Porphyriou Philosophou Peri apochēs empsychōn vivlia tessara. Porphyrii philosophi De abstinentia ab esu animalium libri quatuor / Cum notis integris Petri Victorii et Ioannis Valentini, et interpretatione Latina Ioannis Bernardi Feliciani. Editionem curavit et suas itemque Ioannis Iacobi Reiskii notas adiecit Iacobus de Rhoer. Accedunt IV epistolae de apostasia Porphyrii.

Contributors

Porphyry, approximately 234-approximately 305.
Rhoer, Jacob de, 1720-1813.
Vettori, Pietro, 1499-1585.
Valentinus, Joannes.
Felicianus, Joannes Bernardus, approximately 1490-approximately 1552.
Reiske, Johann Jacob, 1716-1774.
Thomas, J. F.
Siber, Urban Gottfried, 1669-1741.

Publication/Creation

Trajecti ad Rhenum : Apud Abrahamum a Paddenburg, 1767.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rcq6gwpe

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

A. CIↃ IↃ CCCIV.

INGENUO MAGNAEQUE SPEI

ADOLESCENTI,

IJSBRANDO JOANNI VOLLENHOVEN.

Hoc adſiduitatis et modestiae praemium

In Claſſe QUARTA,

Lubentes dederunt ex decreto,

Amplisſimi Scholarchae

AMSTELAEDAMENSES.

QUOD TESTOR H. Hand

Gymnaſii publici Amſtelaedamenſis Rector.

Examine autumnali xxs Sept.

88543

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΠΟΧΗΣ ΕΜΨΥΧΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΤΕΣΣΑΡΑ.

PORPHYRII PHILOSOPHI

DE ABSTINENTIA AB ESU ANIMALIUM

LIBRI QUATUOR.

CUM NOTIS INTEGRIS

PETRI VICTORII ET IOANNIS VALENTINI,

Et interpretatione Latina

IOANNIS BERNARDI FELICIANI.

Editionem curavit & ſuas itemque

IOANNIS IACOBI REISKII

Notas adiecit

IACOBUS DE RHOER.

Accedunt IV. Epiſtolae de Apoſtaſia Porphyrii.

TRAJECTI ad RHENUM,
Apud ABRAHAMUM A PADDENBURG, Bibliopolam,
MDCCLXVII.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30416425

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,

URBIS DAVENTRIENSIS,

PRINCIPIS SALIORUM OPPIDI,

CONSULIBUS ET SENATORIBUS,

OMNIS RECTI ARBITRIS,

LITERARUM AC LITERATORUM PATRONIS ET FAUTORIBUS.

GERARDO IOANNI IACOBSON, Icto.
IOANNI DAPPER, Med: Doct:.
HENRICO GERARDO IORDENS, Icto.
IOANNI ARNOLDO ROUSE.
IACOBO IOANNI FOCKINCK, Icto.
HENRICO DUIKINK, Icto.
HENRICO HAGEDOORN, Icto.
IOANNI WEERTS, Icto.
GERARDO GISB: IOANNI van SUCHTELEN, Icto.
HENRICO FREDERICO BOUWER, Icto.
SIBRANDO de SCHEPPER, Icto.

DAMIANO VAN DUREN, ICTO.
WYERO ANTONIO EEKHOUT, ICTO.
CONRADO WILHELMO BARONI SLOET, ICTO.
IOANN: LUDOV: BOSC DE LA CALMETTE, ICTO.
HENRICO TER BORCH IORDENS.

ET QUI ILLIS AB ACTIS SUNT,
VIRIS SUMMA FIDE CONSPICUIS,

ARNOLDO IACOBSON, ICTO.
HERMANNO BORGERINK, ICTO.
FRANCISCO CORNELIO QUEYSEN, MED: DOCT:.
MARTINO VAN DOORNINCK, ICTO.

TABULARII PUBLICI CUSTODIBUS ATQUE PRAEFECTIS,

S. P. D.

IACOBUS DE RHOER.

Magnanimi PROCERES, *veniam date vera fatenti,*
Nil genere humano saevius orbis habet!
Nil equidem nostro satis est a crimine tutum,
Raptorumque manus insidiasque fugit!

Quid-

DEDICATIO.

Quidquid habet tellus, quod pontus & educat aether,
Ut ſatient avidam vix ſatis apta famem.
Quo miſeros tandem ventris furioſa libido,
Ambitioque gulae quo ſcelerata trahet?
Non fuit haec quondam mundi melioris imago,
Dum populus ſimplex, dum novus orbis erat.
Duceret extentum quum gens feliciter aevum,
Sanguinis innocui non maculata notis.
Sponte ſua tellus, nullo cogente colono,
Delicias domino quum daret alma ſuo.
Aurea Saturno digniſſima ſecula Rege,
Ire ſed illa diu crimina noſtra vetant.
Tempora mox ſubeunt Argentea, moribus at quì
Contulerit noſtris, aurea iure putet.
Hoſtia ſaepe Deo quamvis iugulata cadebat,
Grande tamen menſis adpoſuiſſe nefas.
Ferrea progenies nos proh dolor! omnia ventris,
Omnia ſunt rabidae facta rapina gulae!
Quid meruere boves, animal ſine fraude maligna,
Et patiens operum, quid meruere boves?

DEDICATIO.

Quid placidae meruiſtis oves, genus inque tuendos
Natum homines, placidae quid meruiſtis oves?
At neque cornigerum ſatis eſt proſternere taurum,
Tinguitur & vituli ſanguine culter atrox.
Nec minus, & carae genetricis ab ubere rapta,
Carnifici mitis caeditur agna manu.
Tuque excluſe tuo nondum feliciter ovo,
(O vere innocui*) viſcera, pulle, reples.*
Gaetulis equidem non vita leonibus illa,
Vita nec Armeniis tigribus illa placet.
Frondibus & viridi contenta ferocior herba,
Spernit ſanguineas beſtia quippe dapes.
Quaeque vorat carnem truculentior, illa viciſſim
Vix etiam terrae tangere germen amat.
Regula ſed vitae reliquis animantibus eſſe
Qui debet, ſed homo ſolus utrumque vorat.
Atque utinam pecudum poſſent exempla movere!
Mitius ut vivat quas imitetur habet.
Venantur corvique truces, milvique rapaces,
Munera ſed Cereris blanda columba petit!

Et

DEDICATIO.

Et lupus, & rabidi ſaturantur carnibus urſi,
At cerva, & mitis paſcua tondet ovis.
Fortia neve putes animantia ſanguine paſci,
Debiliora herbis graminibusque frui.
Alite criſtato nihil eſt animoſius, & quid,
Dic mihi, belligero fortius exſtat equo?
Plebeias animas epulae ſed forſitan iſtae,
Non tamen heroas ſemideosque decent!
At Curii quid erat menſa frugalius olim,
Quum Reges forti vinceret ille manu?
Fabriciusque ſtruens toſtis ſibi fercula rapis,
Hoſtibus invictus muneribusque fuit.
Quid moror at veterum veneranda exempla Quiritum?
Non generoſa minus Patria cara dabit.
O vere Batavi quondam, quum ſimplice victu
Staret in intrepidis visque vigorque viris!
Utque pudor nullus cyathos vacuaſſe capaces,
Vel ſic in pretio menſa modeſta fuit.
India tum nondum mittebat aromata, vires,
Proh dolor! & patrias quae populantur opes.

DEDICATIO.

Quid nova morborum querimur modo nomina ſtulti?
In lautis habitant lancibus illa mala!
Utere iure Tuo, dicis, dominemur oportet,
Omnia ſub noſtris legibus ire decet!
Blandimur temere nobis, vanaque ſuperbi
Ignotum premimus nobilitate genus.
Quam ſi forte velis noſtrae componere gentem,
Nominibus multis anteferenda venit.
Si tamen infirmum iugulare potentior hoſtis,
Viribus & poſſit pro ratione frui:
Iſta velint animae viles, ignobile ventris
Haec ſibi mancipium ſcriptaque iura putet!
Ruſticus, ut duros poſſit tolerare labores,
Latranti ſtomacho fercula dura paret.
Altius at ſi quis divino ſemine cretus,
Gaudeat humanis exſeruiſſe caput:
Hunc ſaltem tetri contagia dira veneni
Effugere, & vulgi damna cavere decet.
Haec meus, ut veteri poſſit ſuadere ſodali,
PORPHYRIUS *docta nobilis arte, ſtudet.*

Somnia

DEDICATIO.

Somnia Philoſophi ſi quis putet illa profani,
Iamque ſuis libris nolit habere fidem.
Illum quis neſcit, cui vilior eſca locuſtae,
Et mel, quod foliis depluit arbor, erant?
Chriſticolisque *dapes nunquam tetigiſſe macelli,*
Ut fuerit ſanctae religionis opus!
Sed quid ego laudem, quae non imitanda putemus,
Pendet ab arbitrio cauſſa nec iſta meo.
Arbitrii res illa mei quod ſi tamen eſſet,
Illa ſemper ego vivere lege velim.
Contento generoſa bonis quae Patria praebet,
Det mihi magnificas menſa Batava dapes.
Muneraque Heſperii, curem nihil orbis Eoi,
Qua lurco ignotos condiat arte cibos.
Nempe Deus caeli tractus, terrasque patentes
Montibus atque mari fluminibusque ſecat.
Circumſcripta ſuo gens limite quaelibet, intra
Ut contenta datis diſceret eſſe bonis.
Quidquid id eſt, veteres laudamus, at utimur annis,
Quos bona naſcendi ſorsque, Deusque dedit.

Vos

DEDICATIO.

Vos modo, grande decus Patriae, quos curia Patres
Iactat, pars Clarii praesidiumque chori.
Accipite haec, PROCERES, *placido munuscula vultu,*
Pignora sint animi qualiacunque mei.
Vilia forte putent, indignaque nomine tanto,
Ipse sed est caussam qui mihi Malchus *agat.*
Non adeo Superis Magnesia pompa placebat,
Quam data rite tua tura, Clearche, manu.
Liba dabat Docimus parvi pia cultor agelli,
Gratior haec centum victima bubus erat.
Mite patrocinium nec forte negabitis illi,
Quo non in veteri doctior orbe fuit.
Ut colitis, pulcras sic namque fovetis & artes,
Nec sinitis proavûm nomina clara mori.
Scilicet haec urbi debetur gloria vestrae,
Prima facem ingeniis praetulit illa bonis.
Nondum finitimis ea lux fulgebat in oris,
Belgica nec tantum noverat ipsa decus.
Leida*que erat nondum, nostraque* Hadrianus *in urbe*
In patria quas non inveniebat opes.

Hospi-

DEDICATIO.

Hoſpitium placidis iam clara DAVENTRIA *Muſis*
Praebuit , & ſummos fovit ab arte viros.
Undique iam Salicas ſtudioſus adibat Athenas ,
Diſceret ut terſo cultius ore loqui.
Sexcenti Iuvenes , doctae pia cura Minervae ,
Servabant alacri moenia noſtra manu.
Sed fuimus Troës ! fuit haec proh gloria quondam!
Deſeruit noſtros Pallas iniqua focos.
Forte , videns alibi ſibi ſplendida templa dicari ,
Noluit in fano paupere Diva coli.
Certa tamen ſuperant priſcae veſtigia laudis ,
Illa nec ex toto fama ſepulta iacet:
Maiores nec in arte viros Europa ferebat ,
Nuperius quales noſtra cathedra tulit.
Graeviadis *teſtor manes , cineresque* Gronovî ,
Et cineres teſtor , magne Cupere , *Tuos.*
Nunc & Apollineum ne ſit ſine nomine templum ,
VESTRA , *Patres patriae , cura favorque facit.*
Nunc quoque .... viventum ſed Muſa moleſta pudori
Cur mea , me ſolo deficiente , foret ?

* * *Per-*

DEDICATIO.

Pergite, Praeclari PROCERES, *quos Numina ſervent,*
Ut patriae certam ferre queatis opem.
Quasque reſumſiſtis trabeas & nuper honores,
In ſeros annos continuare velint.
Quid mereatis enim laeti ſentimus, at illa
Dicere, non venae eſt pauperioris opus.
Femina Palladium bene condidit una Lyceum,
Quis putet hoc tantos nolle fovere viros!

LE-

LECTORI AEQUO

SALUTEM DICIT

IACOBUS DE RHOER.

Tandem itaque pertextam dedi telam, ad quam quum primum accederem res paene mali ominis esse videbatur. Aureis enim, quos passim adpellant, *Porphyrii* libris saepius quidem manum admoverant Viri Praestantissimi, sed inrito semper conatu. Equum Seianum agitare, ut dicebat ille, aut Fulviam, fatalem maritis uxorem, duxisse videbantur, qui Tyrio Philosopho operam addixerant. Ex eorum numero fuisse MERICUM CASAUBONUM e notis ad DIOGENEM LAERTIUM L. II. Segm. 7. didici. THOMAS GALEUS promittit, in notis ad *Iamblichum* de Myster: Sect. V. cap. 4. DAVISIO, LAKEMACHERO, LA CROZIO, Viris Excellentissimis, idem sedisse consilium, res est testatissima. Sed nemo forte meliori hanc in rem adparatu usus fuit quam IOANNES FRIDERICUS THOMAS, Gymnasii Suidnicensis in Silesia Rector. Ipse certe significabat, se multas manu scriptorum collationes in promtu habere: atque inter illas Vaticanum quoque exemplar, antiquum & elegans, uti e Thesauro Epistolico Inlustris LA CROZII Tom. III. p. 225. novimus. Ille ipse LA CROZIUS suas ac PETITI observationes cum THOMA communicaverat. PETITI tamen illa pauca admodum erant, & nisi meliora fuerint illis, quae tetigi ad Lib. I. §. 42. de *Malcho* Nostro haud praeclare fuisset meritus. Accepit quoque THOMAS GALEI animadversiones & emendationes, quas ad Auctoris exemplum manu sua adleverat, uti *Idem* Thes. Epist. T. I. p. 340. & T. II. p. 122. nos condocet. Multis praeter haec adiumentis usus fuit, quod ex ipsius literis ad Eruditiss: SIBERUM datis, (quas in calce huius Editionis invenies) intelligi potest. Mihi quidem adeo felici esse non licebat, ut anecdota illa sperare possem, vel sic tamen haec viam conmonstrabant, qua eundum esset, si quid subsidii invenire vellem. Ea in re quid moverim ac promoverim paucis accipe.

Vaticanum exemplar, cuius modo memini, cum cuperem vehementissime, non melius id urgueri posse mihi persuadebam, quam per PETRUM WESSELINGIUM, admirabilis eruditionis virum, quem nondum eluximus, ob damnum quod fecerunt literae nostrae, & ego in primis in morte Praeceptoris optimi, qui, quod de *Porphyrii* Magistro, *Longino* dicebant, *βιβλιοθήκη τὶς ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον.* Nec temere, licet eventu parum felici, sic opinatus fueram. Adponam partem epistolae qua id mihi indicabat Vir Humanissimus. *Haud scio an significatum Tibi fuerit, me Cardinalem Bibliothecarium* ALBANI *rogitasse, ut inquirendum iuberet, utrum schedae Porphyriani libri in Vatica-*

ticanis essent forulis, & si inibi haberentur, ut mea causſa conferendas curaret: Reposuit Vir Eminentissimus, in pluteis Vaticanis nullas esse, idque dolori sibi cedere &c. Et quamvis Codicis MS. Vaticani integram descriptionem se a Bibl: Vindebon: Praefecto accepisse scribat *Thomas* Epist. III. de *Porph: Apost:* frustra tamen inde quoque auxilium speravi. Ita enim mihi rescribendum curavit Inlustr: SWIETENIUS, *Porphyrii libellum περὶ ἀπ. ἐμψ. extitisse aliquando in Bibliotheca Aug: persuaderi non possum, cum & olim iam, & nunc praesertim, quam diligentissime perquisitum a me & investigatum nondum etiam repererim, quam ob rem vehementer mihi quidem dolet perscribi laetiora non posse.*

Nec meliori successu per Amicum Parisiensem Bibliothecam Regiam, eamque Benedictinorum excuti curavi; significabat enim mihi Vir Doctissimus, praeter B. FELICIANI versionem, nihil quod rarum esset, aut quo carerem, ibi inveniri: cum *Thomas* tamen eadem in Epist: testetur, habere se variantes lectiones Codicis Regii Parisiensis.

Sed, quod frustra quaesiveram in Gallia, inveni in Hollandia. Summas debeo gratias Viro Excellentissimo, nec honoribus quam eruditione & meritis inlustriori, G. MEERMANNO, qui mihi indicabat in thesauro illo literario, quem sibi e Francia adquisiverat, esse etiam codicem Mscriptum Porphyriani operis, quem, ut cum editis conferrem, ut est incredibili ad literas promovendas studio, usui meo obferebat. Codex est chartaceus, in Fol. minori, non quidem pervetustus, bonae tamen notae. Titulus ita se habet. Πορφυρίου φιλοσόφου περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων βιβλία τρία. ἔτι δὲ καὶ Πυθαγόρου βίος, καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου μικρὸν τεῦχος. *Id est, Porphyrii Philosophi de rerum animatarum distantia libelli tres. Ad haec Pythagorae vita, & de Alexandro Magno mutilum opusculum.* Vides perperam significari argumentum, & tres libros dici, cum sint, quatuor. Mutilum istud opusculum de Alexandro M. nomen non praefert, est autem Arriani, sed tredecim tantum capita prioris libri complectitur. Tum subiungitur Ταύτην ἀνέγνωκε Ναυλὼτ ὁ Κοιλαδεὺς ἔτει Σωτῆρος Χριστοῦ (α. φ. ο. γ.)1573. & sic iterum in calce Codicis, nisi quod ibi Ναυλὼτ ὁ τῆς Κοιλάδος adpelletur. in summa pagina legitur: *Coll: Paris: Societatis Iesu.* Animadverti Codicem illum in plerisque consentire cum Lipsiensi, (de quo statim) immo eadem paene quae ibi scholia in margine leguntur. Et sic firmari saepe gaudebam lectionem Lipsiensem, quae verior fuerat visa, saepe firmari etiam coniecturas, mihi vel aliis subnatas, licet in multis quoque incertum me reliquerit.

Aliquid auxilii praestitit Britannia. Quum enim DAVISIUM, Virum Praestantissimum, huic operi manum admovisse, neque istud tentasse crederem sine codicum Manuscriptorum ope, bibliothecarum catalogos, ecquid inde sperari posset, consulebam. Erant autem tantum in bibliotheca *Bodleiana* duo manuscripti codices, quos *Davisius* cum editis comparari iusserat. *Sed non sine poenitudine, quae ex pecunia sine fructu profusa ad ipsum redierit*, ut ad I. C. WOLFIUM scribit HUDSONUS *Thes: La Croziani* T. II. p. 99. Alter certe codex recens est,

eſt, ac vitioſe ſcriptus, qui librum priorem tantum continet, alter paullo quidem vetuſtior meliusque ſcriptus, ſed qui ſecundum modo librum conplectitur. Utriusque collationem mecum communicavit Vir Eruditiſſimus & Amiciſſ: S. DE VRIES, qui ante aliquot annos eruditum iter per beatam illam inſulam fecit, codicesque illos cum editis contendit.

Multo felicius res ſucceſſit in Germania. Haud levibus de cauſſis ſuſpicabar in ſupellectile libraria I. A. FABRICII, Viri Excellentiſſimi, fuiſſe quaedam, quae ad *Porphyrii* ſalutem pertinerent. Adii itaque magni FABRICII magnum generum, HERM. SAM. REIMARUM opemque eius inploravi, ſi quid haberet, quo conatus meus promoveri poſſet. Reſcripſit humaniſſime Vir Eximius, cuius verba adponam, ut rem omnem cognoſcas. *Utinam & ego poſſem aliquid ſymbolae conferre: nihil tam reconditum foret in meis ſcriniis, quin Tibi uſurpandum transmitterem lubens. Verum in Fabricianis, quas quidem aſſervo, ſchedis nihil ad hunc librum ſubſidii ſupereſt, neque adfuiſſe unquam aliquid arbitror. Attamen ne omnino ſpem Tuam deſtituiſſe videar, ſcribam ad amicum Lipſienſem, qui mihi, ut ſpero, vel Tibi potius in rem communem collaturo, hanc operam non denegabit, ut Codicem MS. qui eſt in Bibliotheca Paulina, cum edito exemplari contendat, &c.* Nec decolavit iſta ſpes. Vir Praeſtantiſſimus, & multis ingenii monumentis celebratiſſimus, Io. IACOBUS REISKIUS illam provinciam in ſe ſuſcipiens, diverſas Codicis Lipſienſis lectiones diligenter adnotavit, ac mecum communicavit. pro quibus beneficiis me Viris illis Praeclaris ſummo opere obſtrictum eſſe publice profiteor, paria relaturus, ſi ulla ſe dederit occaſio. De ipſo codice ita Clar: REISKIUS: *Non eſt ille quidem optimae notae neque pervetuſtus, ne vetuſtum quidem appellare auſim. haud ſcio, an typographicae artis natalibus ſit poſterior. chartaceus eſt, illo chartae genere, in quo excuſi ſunt codices auctorum Latinorum a Vindelino Spirenſi & aequalibus eius in Italia evulgatorum. In mendoſiſſimis item quibusque locis ſpem noſtram deſtituit, nihilo vulgatis editionibus emendatior. Sed inſunt tamen vel ſic illi codici quoque lectiones, neque illae paucae numero, ita bonae & exquiſitae, ut eas illinc eruiſſe non poeniteat &c.* Non multum ab his abit teſtimonium Doctiſſ: L. SIBERI in Epiſtola ad Io. FRID: THOMAM Miſc: Lipſienſ: T. I. p. 339. Neque hic ſubſtitit REISKII ſtudium. Ut eſt incredibili diligentia, & ingenio admodum foecundo, de plerisque non tantum iudicium addidit, ſed & ingentem emendationum ſuarum copiam *Philoſopho* adfudit. Idque eo tempore, quo belli atrociſſimi calamitatibus res publica & privata Viri Doctiſſimi erat inplicita, quibus tumultibus ingenii aciem non hebetatam ſaepe mirabar.

Gratias quoque debeo Celeberr: F. L. ABRESCHIO, qui, qua eſt humanitate, multas obſervationes quas codici ſuo adſcripſerat, mecum communicavit, easque ſuo loco inſertas videbis.

Tandem nihil unde lux aeque adfulgere poſſit MALCHO, magis commendant Eruditi, quam I. BERNARDI FELICIANI verſionem, quae prodiit Venetiis CIↃ. IↃ. XLVII. Hanc ſine dubio ſignificat M. CASAUBONUS in notis ad *Diogenem* L. II, 7. unde plurimis in locis emendatum ſcriptorem publicare decrerat. Idem

 conſi-

consilium GALEO, in notis ad *Iamblichi* Myst. V, 4. Verissime LA CROZIUS ad MOSHEMIUM T. III. Thes. Epist. p. 225. *iterum moneo, Porphyrii librum nunquam gratum fore Eruditis omnium gentium, nisi prodeat una cum versione* B. FELICIANI, *quae etiam multis in locis perquam commoda invenietur emendando Graeco contextui.* Istud consilium secutus fui, debuitque adeo ineptissima illa F. DE FOGEROLLES, eaque paullo melior Io. VALENTINI, FELICIANO locum cedere. Licet enim ille parum pressus & redundans, nec eam tamen quam prolixitas quaerit, perspicuitatem consecutus dicatur Celeb: P. D. HUETIO, de Clar: Interpret: L. II. p. 222. nec inesse perfecte ipsi dixerim omnes illas dotes, quae verum efficiunt interpretem, quo pertinet religio in exponendis sententiis, fides in exprimendis verbis, in exhibendo colore industria, perspicuitas, elegantia, sed quae Auctori, eiusque characteri respondeat, & quae alia sunt huius generis, plerisque tamen earum commendatur, ceterisque palmam praeripit. Codice etiam multo meliore, licet nec illo perpurgato, quam alii usus fuit, ideoque pro scripturae integritate haud raro testimonium dicit. Id dolebam saepe, quod sensum expressisse contentus, in dubio reliquerit lectorem, quam vocem inveniret. Nollem quoque secutus fuisset malum interpretum exemplum, ut versus Auctoris in metrum cogant, inde enim dubium plerumque quid legerint.

Accedo ad Editiones. Opus nunquam satis laudatum, ut dicam cum L. HOLSTENIO in Vit. *Porph:* c. 8. magnum Italiae decus PETRUS VICTORIUS in lucem protulit Florentiae Anno CIↃ. IↃ. XLVIII. una cum eiusdem πρὸς τὰ Νοητὰ ἀφορμ. & MICHAELIS EPHESII σχολ. εἰς τέσσαρα τοῦ Ἀριστ. περὶ ζώων μορίων. Addidit VICTORIUS observationes aliquas, sed quae occupantur fere in solo *Eusebio*, cuius nequidem omnia loca, quae e Nostro sumserat ille, conparavit, idque aliquando non admodum adcurate, E. Gr. L. IV. § 11. ne quidem monens ea omnia e *Iosepho* in sua rura derivasse Porphyrium.

Principem illam Editionem secutus est F. DE FOGEROLLES, Consiliarius & Medicus Regis Galliae, qui e Graeco exemplari facta versione Latina, scholiis & praefationibus illustrata, ut dicit, publicavit Lugduni in Gallia, (non Lugduni Batavorum, ut putabat *Weinrichius* Misc. Lipsi. T. IV. p. 176.) anno praecedentis seculi vicesimo. Ille quid praestiterit docet nos in Epistola Dedicatoria, (quam integram huic Editioni praefigere nolui, ne patientia Tua, L. B. abuterer) dicam ipsius verbis. , Porphyrium Graecum scriptorem e tenebris erutum per otium vertendum suscepimus, in qua versione sententiarum, magis quam verborum ductum exprimere maluimus. Difficile est enim, (inquit D. Hieronymus) alienas linguas persequentem, alicubi non excidere: arduum quoque praeclare dicta eundem decorem interpretationi conservare: significatur aliquid unius verbi proprietate, non habeo mecum, quo id efferam: & dum quaero implere sententiam longo ambitu vix brevia spatia dimetior. Accedunt Hyperbaton anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum, ipsa postremo proprietas, quam si ad verbum interpretor, absurde resonat, si ob necessitatem, aliquid in ordine in sermone mutavero, ab Interpretis videbor officio

, cio receſſiſſe. Quantum vero ad Graeci contextus integritatem diligentiam-
, que in lectione purganda adhibitam pertinet, non inficiabor Petrum Victo-
, rium tantum ſtudii in illis emendandis poſuiſſe, ut multum auxilii Porphyrio
, tuliſſe videatur: quamvis non omnes maculas deleverit, nec manca nonnulla
, loca reſtituere potuerit, quae inſcitia ſuperiorum temporum vitioque Libra-
, riorum irrepſere. Ego tamen poſt illum magnum mendarum numerum inveni,
, quarum ſeries in margine operis eſt a nobis annotata, & ab alio in poſterum
, maiorem annotari poſſe non dubitamus.

Adiunxerat quoque *Synopſin Apoches Pythagoricae* verſibus expreſſam, & Diſſertationem duplicem, *de virtutibus Heroicis*, & *Chriſtiana Abſtinentia.* Neque has obſervationes neglexi, cum ubivis aeque ineptas haud putaverim. Quid tamen de hominis induſtria iudicandum ſit, dicat HOLSTENIUS loco excitato: BERNARDUS FELICIANUS *egregie expreſſit Latino ſermone: quo neglecto, nuper in Galliis neſcio quis, ineptiſſima verſione, vel delirio potius perpetuo optimum opus peſſime contaminavit. Ut inter omnes malorum ſpecies, quibus iratum numen Porphyrianos manes nomenque hactenus preſſit, hanc facile principem ducam, quod in tam mali medici manus inciderit.*

Poſtrema, quod ſciam, Editio eſt IOANNIS VALENTINI, quae cum nova Eius verſione prodiit Cantabrigiae anno quinquageſimo quinto ſeculi ſuperioris. Subiunxit *Annotatiunculas*, ut vocat, quae hic etiam legi debuerunt; niſi quod omiſerim unum & alterum locum, in quibus operarum errores corrigebat. Perperam P. PETITUS Obſerv. L. 1. c. 5. & alii verſionem hanc L. HOLSTENIO tribuunt. Quid vero de Valentinianis meritis ſtatuendum ſit, ex ipſius praefatione optime colliges. *Omnibus auxiliis ſe deſtitutum fuiſſe* queritur, *& ne Latinum quidem interpretem ab* HOLSTENIO *memoratum vidiſſe. Codices MSS. nullos parare ſe potuiſſe, & Florentina tantum atque Gallica editione fuiſſe uſum.* Id peſſimum, quod lectiones, quas ipſe extuderat, paſſim contextui infarciret, & ſaniſſima corrumpens ingereret illa, quae in ipſius cerebello nata fuerant. Primus ille in *ſectiones*, ſeu paragraphos libros hos deſcripſit, cum *argumenta* iam praefixiſſet FOGEROLLAEUS, quae ſequebatur plerumque VALENTINI, neque haec mihi expungenda erant, tum propter uſum quem praeſtare queunt, tum quia in notis aliquando inluſtrantur.

His ego ſubſidiis adiutus operam addixi libris, quos ſcripſit Philoſophus ad *Firmum Caſtricium*, Amicum & condiſcipulum ſuum, ut ab errore eum revocaret, confutaretque illa, quibus *Heraclides Ponticus*, *Hermachus* Epicureus aliique, & ſpeciatim *Claudius Neapolitanus* κρεωφαγίαν propugnaverant.

In textu conſtituendo ſecutus ſum *Editionem Cantabrigienſem*, ita tamen, ut, quae ille temere infuderat, eraderem, & ubi manifeſte erraret, veriora ſubſtituerem, nunquam tamen, niſi codicum auctoritas addiceret. Placent mihi illa Politiſſimi D'ORVILLII in Praef: *Chariton:* ut melius mereri hodie poſſe haud quaquam videantur Viri Eruditi & cordati de antiquis ſcriptoribus, quam ſi pro virili ſe opponant licentiae, qua nunc periti & inperiti, iuvenes, ſenes in ſollicitan-

citandis saepe etiam saniſſimis locis abutantur. Si quid luxatum aut corruptum videretur, ut ſunt in quibus ſolo ingenii remigio utendum eſt, in notis indicavi. Signisdiſtinctionum, aut accentu, quem vocant, inmutando, ut haud raro accidit, locus ſi poſſet inſtaurari, minus ſcrupuloſe egi, nullum enim inde Auctori periculum.

Linguae & ſtili prima habenda fuit ratio. Atque hic quidem in Atticum dicendi genus inflexus, durior autem, tempori & argumento adcommodatus. Locutiones ipſae elegantes ſaepe, nec ab exemplo optimorum ſcriptorum diſcedentes, ut in notis paſſim obſervatum eſt. Traiectiones autem, ſeu hyperbata nimis ſunt frequentia. Licet enim lingua Graeca & Latina non ſubiectae ſint, inſtar hodiernorum idiomatum ſervili & uniformi iſti vocabulorum ordini ac ſeriei, tamen non omnia licet miſcere ac conturbare, niſi in compoſitionis elegantiam & perſpicuitatem peccare velimus, ut alicubi bene D'Orvillius. Res neglecta ſaepe caſtigationes minime neceſſarias peperit. Quare non amat illos qui ad corrigendum, quam ad legendum veniunt exercitatiores. Saepe emendationis praeceptae laudem integram inlibatamque transſcripſi aliis, qui ante me, ut in libro huius notae fieri debuiſſe nemo paullo humanior ignorat, idem viderant. Neque occaſionem captavi auctores alios emendandi, niſi ultro ſe obferret locus, quo carere non poteram. non enim ſequor eorum conſilium, qui adverſaria ſua ubivis expromere amant, quod vere eſt miſcellaneas obſervationes uni alicui auctori ſubiicere. Cum Auctore Erudito per varias eruditionis partes evagari debui, cavendum tamen erat, ne in locis communibus, quae vocant, haererem, dum publica illa horrea omnibus quotidie patent. Nec in libris hiſce ſine animi voluptate me verſatum fateor. Sua cuique pulcra: mihi ſcriptores illi, qui res ad memoriam inſignes, mores, ritus, religiones, vitae praecepta tradunt, quo in genere *Malchum* Noſtrum excellere omnes ſciunt. Bene de illo Bruckerus Hiſt. Crit. Phil. T. II. p. 257. *dici non poteſt, quantam veteris doctrinae atque hiſtoriae cognitionem ſibi comparaverit, quos Auctores legerit, excerpſerit, fragmenta ſervaverit. Quibus ſi per iudicii mediocritatem, & ſuperſtitionis atque deteſtandae fallacisque philoſophiae, quam ſequebatur, vanitatem recte uti licuiſſet, non haberemus forte in tota antiquitate, quem praeponeremus Porphyrio.* Nemo praeterea religionis noſtrae & Eccleſiae ritus, quales illi quondam erant, & unde originem duxerint intelliget, niſi illum & alios Platonicos praeceptores habuerit. Profecto qui magno ſtudio in futili aliquo ſcriptore occupantur, vix ſecus rem inſtituere mihi videntur, quam ſi frigidam & inſulſam aliquam naeniam, quarum adeo ferax eſt haec aetas, poſt aliquot ſecula ſibi inluſtrandam & exponendam quis ſumeret. Laborioſiorem tamen ac putaram provinciam expertus ſui. Nam cum in Platonis ac Pythagorae placitis bene te verſatum putes, illico ſaepe tenebrae obfunduntur per recentiores, quos dicunt, Platonicos. Poſtquam enim Pythagorica Philoſophia ſe infuderat Platonicae, illi, licet nihil capite ſuo divinius atque excellentius ducant, ſaepe tamen magiſtrum ſuum

deſe-

deſerunt, religionis cauſſa id cum poſtulare videretur. Quod in Noſtro alicubi *Auguſtinum* notare memini. Immo ipſi illi etiam diſſident haud raro inter ſe, uti ſuo loco obſervatum videbis. Et tamen in hiſce libris multa invenias, quae vel ſic ſatis, ſive loquendi formulas, ſive praecepta ipſa conſideres, a ſacris noſtris haud multum aliena videri poſſint. Id nemo mirabitur qui Auctorem noverit, ac quae contra Chriſtianos molitus fuerit recordetur. Hoc nempe illi etiam cum aliis huius familiae philoſophis commune fuit, ut multa ſumentes a Chriſtianis (per quos tamen profeciſſe videri noluerunt) commento hoc eos circumſcribere ſtuderent, quaſi diſſidium tanti non eſſet; ſuisque oſtendere, neceſſe haud eſſe, ut ea, quae in religione noſtra tanquam ſaniora laudarentur, e ſcholis Chriſtianorum peterentur, cum eadem illa a Philoſophis traderentur, uti a viro Eximio, I. L. Moshemio in Diſſert. de *Turbata per Platonicos Eccleſia*, praeclare obſervatum memini. Vellem, praeter cetera illa quae nuperius hac de re monuit Cel. Ernesti, ſplendidum illud Germaniae lumen, id in memoriam vocarent illi, qui N. Teſt. tabulas cum huius generis ſcriptoribus conponere amant; ne verborum ſimilitudine in errorem induci ſe patiantur, cum illi omnia alia huius modi dictis ſignificent.

Sed & conferendi mihi fuerunt auctores vetuſti, *Plato*, *Ioſephus*, *Plutarchus*, e quibus multa ſumſit *Porphyrius*, aliorumque fragmenta, quibus uſus fuit, conquirenda. Haud levis quoque opera danda antiquis Theologis, qui Porphyriana ſuis inſeruerant, *Euſebio*, *Cyrillo*, *Theodoreto* atque *Hieronymo*. Poſteriorem illum multa ſumſiſſe e Noſtro in ſuis contra Iovin: libris nemo mirabitur, qui utrumque eamdem paene cauſſam, ſed diverſo ſcopo, propugnaſſe meminerit. Audiamus ipſum L. II, 7. *Quid ad nos quorum converſatio in coelis eſt, qui ſuper Pythagoram . . . . qui repugnantem carnem, & ad libidinum incentiva rapientem, inedia ſubiugamus? Eſus carnium & potus vini, ventrisque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt.* Quare, quo frequentiores illos in citandis teſtimoniis invenerim, eo facilius vera lectio inſtaurari potuit, quorum ſi meminiſſent multi, temere Porphyrianam ſcripturam aut non ſollicitaſſent, aut aptiori remedio ſanaſſent.

Intelligis iam magna ex parte, B. L. ecquis fuerit qui nobis haec otia fecerit. Patrio is ſermone dicebatur *Malchus*, quod nomen patri quoque fuerat. Id vero cum Graecis auribus inſolens atque barbarum accideret, *Longinus*, Eius praeceptor, *Porphyrium* dixit, a purpura, colore vere regio, id enim Μάλχος Syrorum dialecto ſignificabat. Sed mihi in huius vita verſandum non eſt, data opera de illo egit Eruditiſſimus L. Holstenius in Diſſert: *de vita & ſcriptis Porphyrii Philoſophi.*

Iudicia ideoque, & teſtimonia non conquiſivi, contentus, ut a prioribus Editoribus factum fuerat, Philoſophi vitam & Operum indicem ex *Eunapio* & *Suida* praefigere, una cum verſione *Feliciani*, qui pauca ex *Eunapio* adiecit, quae alii Editores intacta reliquerant.

Diſſertationem Holstenii I. Valentini editioni ſuae adiunxit, atque a Fa-

bricio

BRICIO etiam T. IV. Bibl. Graec. vulgata fuit, huius itaque editionis molem ut augeret, neceſſe haud fuit. Magna quoque diligentia hoc in argumento verſatus eſt Vir Inſignis, I. BRUCKERUS Hiſt: Crit: Philoſ: T. II. p. 236. qui nec intactam liquit quaeſtionem, quae inter doctos agitata fuit, an Chriſtianae religioni nomen cum dediſſet Philoſophus, ab illa defecerit deinceps, uti ſcriptores aliqui Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſignificare videntur. Id ſecum reputans Doct. I. F. THOMAS Editioni ſuae praefigere decrerat Diſſertationem de *Porphyrii apoſtaſia*, qua demonſtraturus erat, ſacra Chriſtiana Philoſopho noſtro cognita ac familiaria fuiſſe, non vero, uti LA CROZIUS aliique opinabantur, eum a religione Chriſtiana ad Platonismum deſciviſſe. Vid. *Theſ. La Croz:* T. I. p. 341. Ille quidem conatus ſucceſſu caruit, uti modo dictum eſt, ſuperſunt tamen Epiſtolae, quibus THOMAS & SIBERUS, Viri praeclari, hoc argumentum diſcuſſerunt, publici iuris factae T. I. Miſcel. Lipſienſ. Nov. quas ut illius conſilio mos gereretur, huic Editioni ſubiici volui.

Crediderim paene Porphyrium ſimulaſſe per aliquod tempus animum a religione Chriſtiana haud alienum, ut ſolebant callidi iſti homines, loquendi etiam formulas doctrinamque ipſam Chriſtianorum praeceptis adcommodare, ut eo melius incautos circumvenirent. Hinc orta perſuaſio ſacris illis nomen dediſſe Philoſophum, ſed a quibus, Platoniſmi cauſſa id exigente, reſiliebat. Ideoque forte Imperator Conſtantinus Arianos publico edicto Phorphyrianos vocari voluit, de cuius cognomenti ratione Eruditos diſſidere video. Res ipſa traditur apud *Socratem* H. E. L. I. c. 9. & in Leg. Ultim. *Cod: Theodoſ:* de *Haeret:* & Leg. 6. *Cod. Iuſt:* de Haeret: Manich. & Samar: certe ſi ibi, ut Clar: HEINECCIO viſum fuit, alio modo interpungas quam fieri ſolet: *Sed quem ad modum Ariani ab Ario, lege divae memoriae Conſtantini, ob ſimilitudinem impietatis Porphyriani, a Porphyrio nuncupantur.* Cavere volebat Imperator, ne ſub ſpecioſo nomine credulis inponeretur. Acceſſerint ſane aliae cauſſae, quae apud *Socratem* legi poſſunt, in lege tamen iſta id diſerte traditur, *ne Chriſtianorum appellatione abutantur.* Arius quippe Chriſtianorum numero cenſeri quoque voluerat, ſed quo illum paſſim eximunt veteres Theologi.

Denique fuerunt etiam qui Porphyrium ſub extrema vitae Chriſtianae religioni nomen dediſſe putabant, id quod ex *Hieronymi* Chronico colligebant: ſed huius opinionis falſitas dudum commonſtrata fuit.

Satis Te diu iam detinui, Lector Optime, unum tamen ſcire adhuc volo, Latinam verſionem Graeco contextui me adpoſuiſſe, ſingulisque in paginis notas ſubieciſſe, Tuae ut commoditati conſulerem. Atque huius quidem inſtituti cauſſam dicat Clar. PERIZON: in Praef. *Aeliano* praemiſſa. Tu ſollemni formula, vale & fave. Dabam Daventriae ipſis Kal. Aprilis CIↃ. IↃ. CC. LXVII.

P. VI-

P. VICTORII
PRAEFATIO.

PETRUS VICTORIUS

Studioſis Graecarum artium, Graeco ſermone ſcriptarum.

Non eſt e genere eorum hominum Reipublicae noſtrae Princeps, qui adumbrati honoris ſplendore: inanisque gloriae cupiditate capti, res praeclaras, & utiles ſoli habere uolunt: atque ipſarum poſſeſſione caeteris omnibus anteſtare: contra enim ea uera bona putat, quae communia ſunt, & a cunctis, qui ſe dignos illis praebuerint, obtineri poſſunt. Hoc, quemadmodum nobis multis modis ſaepe declarauit, ita nunc conſilio hoc ſuo plurimis gentibus indicabit: inſtituit enim ueteres ſcriptores a maioribus ſuis ſumma diligentia conquiſitos: magnisque ſumtibus e Graeciae ruinis incendiisque ſaeuiſſimi belli ereptos, diuulgare, atque ita commodis ſtudioſorum: memoriaeque doctorum uirorum conſulere: qui laboribus ſuis ingeniique excellentia poſteris prodeſſe uoluerunt, & in his curis ſtudiisque aetatem omnem conſumſerunt: iniquo autem fato diu uſi in tenebris latuere ac, quemadmodum ipſi uariis caſibus expoſiti fuere, ita fructus nullos cupidis ingenuarum artium, aut paruos admodum, tulere. Nec ſolum hos, qui lucem multis ſeculis non aſpexerunt, in medium proferre decreuit, ſed etiam non paucos, qui mendoſi iam, ac manci excuſi ſunt ſumma cura perpurgatos, membrisque ſuis auctos, ope eiusdem ſupellectilis, fideliſſimorumque codicum copia, iterum foras dare. Huic igitur rei nunc incumbitur; operaque datur, ut tam honeſta piaque Principis uoluntas, pro dignitate ipſius ac ſtudioſorum utilitate, ad exitum perducatur. Interim cupiens ego ſpecimen aliquod huius operis, quod texitur, dare: ac tam laetum nuncium auribus eruditorum primus apportare, nondum tantae rei apparatu confecto, quaſi excucurri: ac paruum hoc uolumen edendum curaui. In quo quatuor Porphyrii libri de non caedendis deuorandisque animantibus ualde a noſtris etiam auctoribus celebrati: alterque itidem ipſius libellus quo quaeſtiones quaedam ſubtiles grauesque de diuinis rebus, ex decretis Platonis, continentur: nec non etiam declarationes Michaelis Epheſii, unius poſteriorum Ariſtotelis Interpretum, in quatuor libros de partibus animantium.

PRAEFATIO.

Tyrii philoſophi libri ; accurataque de illis rebus diſputatio , remota ſuperſtitione , mirifice utiles erunt , ob multiplicem ac uariam reconditarum elegantiumque rerum expoſitionem : ac crebra etiam antiquorum ſcriptorum uetuſtate conſumtorum , exempla , quibus utitur aut in ſententiis ſuis confirmandis , aut in iudiciis ipſorum , inſtitutisque refellendis. nam exiguus libellus quo uoluit excitare ad res percipiendas, quae animo tantum & ratione cernuntur , totus aureolus eſt : ac non multis uerbis multam obſcuramque doctrinam complectitur. Non ingratam etiam fore putaui Epheſii breuem explicationem , in optimi auctoris libros : quamuis parem illum dignitate doctrinaque Porphyrio minime fuiſſe non ignorem : & quia partim Ariſtotelei illi libri obſcuri perdifficilesque ſunt , & quia a nullo alio quod ſciam , Graeco homine illuſtrantur , excepta Metochitae paraphraſi , quae nondum formis excuſa eſt : nec ullam in partem melior eruditiorque expectari debet. Quod uero ad ſcripturae integritatem : diligentiamque in lectione purganda adhibitam , pertinet , non inficiabor Porphyrii libros peſſime habitos inſcitia ſuperiorum temporum: uitioque librariorum ualde corruptos fuiſſe : tantum tamen ſtudii , collatis plurimis exemplaribus , in illis emendandis poſuimus , ut multum auxilii ipſis tuliſſe nobis uideamur : quamuis non omnes maculas delere , nec manca imminutaque nonnulla loca reſtituere , potuerimus : fides certe illis noſtra diligentiaque non defuit. quod etiam in ſcholiis Epheſii , magna cum eorum utilitate , praeſtitimus. Valete ingenioſi, & eruditi uiri , & propediem plura melioraque ab humaniſſ: Principis liberalitate , egregioque ipſius in uos amore , expectate.

P. VI-

P. VICTORII PRAEFATIO,

quam notis praemiserat.

STUDIOSIS.

Cum pluribus spectatis codicibus male habito undique ac neglecto Porphyrio non parum consuluissem, multisque partibus ipsum meliorem reddidissem, tentaui si possem alia uia ei opem ferre, quam etiam non inutilem expertus sum, sciebam enim hinc saepe testimonia sumsisse Eusebium Pamphilum, aequalem ipsius, in libris προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς: quamuis non sine caussa illum exagitet, atque omnibus contumeliis uexet: eruditione namque Auctoris captus multos, ex his praecipue libris, locos adducit, quibus aut probat, quod confirmare uult, aut falso, praueque ipsum de aliqua re sensisse docet. Fuit enim Porphyrius nostrae pietati, late iam patenti, firmasque radices agenti parum aequus, ac Christiano denique nomini ualde infensus, quamuis in his libris nihil tangat, quod eam laedat: ac potius nostris institutis, moribusque mirifice congruat. ut enim traditam a patribus religionem toto animo probabat, & ab illa fortiter contra aduersarios stabat, ita temperantissimum hominem se praebuit: tenuique admodum uictu contentus fuit: nam uentris, ac gutturis uitiorum ipsum inimicum, acerrimumque reprehensorem extitisse, uiuentemque adhuc e corporis carcere, uinculisque euolauisse, uere dicere possumus. Hoc autem, praeterquam quod ex optima grauissimi uiri disciplina seueriissimaque Plotini domo profectus est, multis etiam sanctissimis praeceptis ab ipso in hoc opere collectis liquido intelligitur: quae causa fuit salutis (ut arbitror) huic subtili, magnaque doctrina refertae scriptioni: cum alii ipsius labores improbioris indicis merito perierint, atque ex omni hominum memoria deleti sint. Attendi igitur diligenter cunctos locos, qui citati a Pamphilo sunt, cumque multa magnaque lectionis discrimina in illis offendissem, malui excuso iam Porphyrio, eaque scriptura, quae apud ipsum reperitur, retenta, uarietates omnes hic adnotare: neque enim ne illic quidem sincere cuncta, integreque seruata sunt: quamuis non pauca melius legi uideantur. Quod factum arbitror, quia Pamphili scripta in magno honore apud Christianos homines fuerunt. cum multam lucem afferant nostris rebus: inanesque ritus gentium sedulo refellant. Porphyrii uero hi libri ob iustum odium, quod contra se alio nomine concitarat, diu iacuerint, ac situ pene squaloreque confecti sint. Praeterea non me fallit consuetudo ueterum, qui in exemplis aliorum auctorum ponendis non parua libertate utebantur: ac si sententiam retinuissent, uerba ipsa, ordinemque eorum saepe non curabant. Hanc igitur tutiorem uiam esse ratus, quicquid discriminis apud eum scriptorem in testimoniis ab his libris petitis, animaduertere potui, adnotaui ac breui etiam aliquando in utram partem magis inclinem, indicaui.

I. VALENTINI

PRAEFATIO.

Non mei eſt ingenii, amice Lector, aliorum laboribus etſi parum fauſto auſpicio confectis obtrectare. Ut vero intelligas cur novam Porphyrii de Abſtinentia verſionem ſuſceperim, audias pauliſper Clar: Holſtenium in Diſſert: ſua de vita & ſcriptis hujus Philoſophi ſic conquerentem. *Scripti fuere a Porph: de Abſtinentia ab eſu animalium*, lib. 4. *opus nunquam ſatis laudatum, quod Bernardus Felicianus egregie expreſſit Latino ſermone. Quo neglecto nuper in Galliis neſcio quis ineptiſſima verſione, vel delirio potius perpetuo optimum opus peſſime contaminavit: ut inter omnes malorum ſpecies, quibus iratum Numen Porphyrianos manes nomenque hactenus preſſit, hanc facile principem ducam, quod in tam mali medici manus inciderit.* Tentare volui, bone Lector, utrum ego aliquanto felicius medicum poſſem agere. Omnibus tamen auxiliis deſtitutus hanc interpretationem adornavi. Ne Latinum quidem interpretem ab Holſtenio memoratum videre contigit. Codices manuſcriptos nullos, licet quaeſiverim ſedulo, parare potui. Impreſſos duos tantum habui, Florentinum ſcilicet, & qui eum κατὰ πόδας ſequitur etiam ubi peſſime ille alter hallucinatur, Gallicanum. Spero nihilominus infinita a nobis ſanata eſſe loca, partim ex Plutarcho, Joſepho, & Euſebio, partim ex noſtra conjectura: adeo ut non niſi de uno forſan aut altero loco eſt cur quis valde queratur. Quod ſupereſt Doctiſſ: Petavii in Ep: ad Lector: Epiphanio praefixa verbis claudam: *Tu velim, Candide Lector, ad hanc lucubrationem noſtram ſic accedas, ut intelligas, neque nihil a nobis hic eſſe peccatum, ſed ſi quae in illo errata reprehenderis ea pluribus cum bonis, ſi modo mihi plura bona ſint, aut aequalibus, paucioribusve compenſes, atque his fruare, illis veniam tribuas.*

I. B.

I. B. FELICIANI DEDICATIO.

ALOISIO MICHAELIO

IOANNES BERNARDUS FELICIANUS S.

Quantum ſtudium a ueteribus moderandis ac componendis moribus ſemper adhibitum fuerit, perſpicuum eſſe unicuique poteſt, qui ueterem philoſophandi rationem conſiderarit. Omnes ſiquidem philoſophorum ſcholae inſtituendae uitae magis quam contemplandi & cognoſcendi cauſa habitae fuiſſe conſpiciuntur. Id quod & antiqua Pythagorae diſciplina declarat, & Socratis poſtea inſtitutio: e cuius diſputationibus omnis ciuiliter & morate uiuendi ratio emanauit: quam cum alii multi, tum duo illa ſplendida ſapientiae lumina Plato & Xenophon graviſſime, & elegantiſſime literarum monumentis poſteris tradiderunt. Cum enim homini non tam inueniendi beatitudinem, quam adipiſcendi natura inſita cupiditas ſit: non ſatis eſſe Philoſophi exiſtimarunt, ſi in felicitate inuenienda elaboraſſent, niſi modum etiam excogitaſſent, quo conſequi eam poſſemus. Sicut autem naturae rerum inueſtigatio uiam ad primam omnium cauſam, primumque omnium auctorem deum inueniendum nobis praemunit: ita uitae integritas ac puritas, quam imitando dei bonitatem in nobis effingimus, facit, ut ad eum poſſidendum idonei reddamur. Summa etenim bonitatis ac probitatis uis ex eo perſpici facile poteſt, quod nulla neque actio; neque oratio ne apud improbos quidem habet auctoritatem, niſi aut probitas, aut probitatis ſaltem ſpecies aliqua ſubſit. nam re uera quicquid ſoliditate probitatis ſtabilitum ac ſuffultum non eſt, id quantolibet ingenio & artificio compoſitum ſit, uanum ac ridiculum, id quod eſt, tandem apud omnes appareat, ac contemnatur, neceſſe eſt. Vnde non immerito Aloiſi clariſſime licet & generis nobilitate & opibus, & ingenio excellas, ita tamen moderate & ſancte uitam tibi inſtituendam duxiſti, ut hanc philoſophiae partem quae ad mores ſpectat, quam philoſophiae animam appellare conſueuiſti, mirum in modum fueris complexus, ut eum decet, qui re uera bonus ſit, & πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ διὸς ἔρνος, ut inquit ille: id quod & genere uitae quam traducis, tranquilliſſimo prae te fers, & cogitationibus nobiliſſimis, quibus quotidie animum tuum a mundi turbationibus, uulgique colluuie ſublatum conſeruas. Qua propter cum illi etiam ſcriptores tibi ſummopere placuerint, qui non ſolum ſubtilibus & acutis diſputationibus ueritatem indagarent, ue-

rum

rum etiam ſimul uitam hominis ita inſtruerent, atque expurgarent, ut ad illam τὴν ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν, ut uolebat Plato, mentes noſtras attollerent: hortabaris identidem, atque etiam iure tuo mihi imponebas, ac mandabas, ut ſi quid eiusmodi inter antiquos auctores inuenire poſſem e tenebris eruerem, daremque operam, in lucem exiret. Ego uero quamuis & aliis occupationibus diſtraherer, & mediocris eruditionis conſcientia deterrerer, mihi non eſſe tamen committendum duxi, ut mandatis tuis aliqua ſaltem ex parte non obtemperarem: praeſertim cum & eum qui mandaret, maxima obſeruantia ac ueneratione proſequerer: & illa qua mandabantur, eſſe eiusmodi uiderem, ut in eorum perſcrutatione uerſari non eſſe maxime utile non poſſet. Iccirco rem aggreſſus nonnullos huiuscemodi Graecos auctores conquiſiui: atque editionem ab hoc Porphyrii opere auſpicari uolui, ratus fore ut tum ex auctoris nomine tum ex re qua de agit, non iniucunda plerisque eius lectio ſit.

Porphyrius enim & in Platonica & in Ariſtotelica philoſophia adeo celebris habetur, ut uel ex nomine ipſo allicere ad ſe philoſophiae ſtudioſos facile poſſit. Opus autem ipſum uaria ac multiplici refertum eruditione eſt: de abſtinentia enim ab eſu animalium cum agat, id non tam Pythagorice, quam Platonice etiam, ac demum theologice pertractat. Quamuis enim & de animalium iniuria, & de daemonum immundorum ui, quae ex huiuscemodi cruentis dapibus latenter attrahitur, ex Pythagoricae, & Platonicae diſciplinae decretis, quibusdamque aliis huiusmodi nonnulla perſequatur: omnia tamen eo ſpectant, ſicut ipſe etiam quaſi uidetur interpretari, ut & nutrimento imminuto uinculum animae, quod eſt corpus, extenuetur, ac debilitetur, quo mens ab affectuum perturbationibus relaxata aſcendere ad contemplanda & fruenda diuina liberius queat: & ſubtractis delicatioribus epulis tum parabilior uictus curam a grauioribus rebus non auocet, tum omnis gulae occaſio circumcidatur. Id quod nihil aliud argumenti habet, niſi ut ieiunii & abſtinentiae ratio non ſolum diuina, ſed naturali etiam lege comprobata eſſe demonſtretur. Vt autem omnia clarius conſtarent, non ab re eſſe duximus, ſi uitam quoque auctoris ab Eunapio conſcriptam conuerteremus, atque operi ipſi anteponeremus. Vale.

OBI-

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

PORPHYRII VITA.

E COMMENTARIO EUNAPII,

In quo collegit vitas Sophiſtarum ac Philoſophorum.

Πορφυρίῳ Τύρος μὲν ἦν πατρὶς, ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων Φοινίκων πόλις, καὶ πατέρες δὲ οὐκ ἄσημοι: τυχὼν δὲ τῆς πρσηκούσης παιδείας, ἀνάτε ἔδραμε τοσοῦτον καὶ ἐπέδωκεν, ὡς Λογγίνου μὲν ἦν ἀκροατὴς καὶ ἐκόσμει τὸν διδάσκαλον ἐντὸς ὀλίγου χρόνου. Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τὶς ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι. καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριθμλότερος. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα: τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, εἰς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον, τὴν προσηγορίαν ἀποτρέψας. παρ' ἐκείνῳ δὴ τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν: γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης ὥσπερ ἐκεῖνος ἀφικόμενος, καὶ ῥητορικῆς. πλὴν ὅσον οὐκ ἐπεκείνην ἔνευσε, φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος. ἦν γὰρ ὁ Λογγῖνος μακρῷ τῶν τότε ἀνδρῶν ἄριστος τὰ πάντα. καὶ τῶν βιβλίων τε αὐτοῦ πολὺ πλῆθος φέρεται, καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται, καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις. οὕτω δὲ ἀχθεὶς τὴν πρώτην παιδείαν καὶ ὑπὸ πάντων ἀποβλεπόμενος τὴν μεγίστην Ῥώμην ἰδεῖν ἐπιθύμησας, ἵνα κατάσχῃ διὰ σοφίας τὴν πόλιν, ἐπειδὴ τάχιστα εἰς αὐτὴν ἀφίκετο, καὶ τῷ μεγίστῳ Πλωτίνῳ συνῆλθεν εἰς ὁμιλίαν, πάντων ἐπελάθετο τῶν ἄλ-

* * * *

λων,

λων, καὶ προσέθετο Φέρων ἑαυτὸν ἐκείνῳ. ἀκορέσως δὲ τῆς παιδείας ἐμφορούμενος, καὶ τῶν πηγαίων ἐκείνων καὶ τεθειασμένων λόγων, χρόνον μέν τινα εἰς τὴν ἀκρόασιν ἤρκεσεν, ὡς αὐτός φησι. εἶτα ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε σῶμα καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησεν, καὶ διαπλεύσας εἰς Σικελίαν τὸν πορθμὸν καὶ τὴν χάρυβδιν, ἥπερ Ὀδυσσεὺς ἀναπλεῦσαι λέγεται, πόλιν μὲν οὔτε ἰδεῖν ὑπέμεινεν, οὔτε ἀνθρώπων ἀκοῦσαι φωνῆς: οὕτω τὸ λυπούμενον αὐτῷ καὶ ἡδόμενον ἀπέθετο, συντείνας δὲ ἐπὶ Λιλύβαιον ἑαυτὸν (τὸ δὲ ἐςὶ τῶν τριῶν ἀκρωτηρίων τῆς Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην ἀνατεῖνον καὶ ὁρῶν) ἔκειτο καταξένων καὶ ἀποκαρτερῶν τροφήν τε οὐ προσιέμενος καὶ ἀνθρώπων ἀλεεινῶν πάτον. οὐδὲ ἀλαοσκοπίην ὁ μέγας εἶχε Πλωτῖνος ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος, ἢ τὸν πεφευγότα νεανίσκον ἀναζητῶν ἐπιτυγχάνει κειμένῳ. καὶ λόγωντε πρὸς αὐτὸν εὐπόρησεν τὴν ψυχὴν ἀνακαλουμένων, ἄρτι διίπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν, καὶ τὸ σῶμα ἔῤῥωσεν ἐς κατοχὴν τῆς ψυχῆς. καὶ ὁ μὲν ἔμπνους τε ἦν καὶ διανίσατο: ὁ δὲ τοὺς ῥηθέντας λόγους εἰς βιβλίον κατέθετο τῶν γεγραμμένων. τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόῤῥητα καλυπτόντων ἀσαφίᾳ, καθάπερ τῶν ποιητῶν τοῖς μύθοις, ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆς σαφηνείας ἐπαινέσας καὶ διὰ πείρας γευσάμενος, ὑπόμνημα γράψας εἰς φῶς ἤγαγεν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τῆς περὶ λόγους εἴχετο σπουδῆς, ὥςε παρῆει καὶ εἰς τὸ δημόσιον κατ' ἐπίδειξιν. τὸ δὲ Πορφυρίου κλέος εἰς Πλωτῖνον, πᾶσα μὲν ἀγορὰ, πᾶσα δὲ πληθὺς, ἀνέφερεν: ὁ μὲν γὰρ Πλωτῖνος τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανείῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων, βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος: ὁ δὲ Πορφύριος, ὥσπερ ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὔγνωςον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν. αὐτὸς μέν φησι (νέος δὲ ὢν ἴσως ταῦτα ἔγραφεν, ὡς ἔοικεν) ἐπιτύχειν χρησιμῳ μηδενὶ τῶν δημοσίων: ἐν δὲ αὐτῷ τῷ βιβλίῳ καταγράφει, καὶ μετὰ ταῦ-

ταῦτα ἄλλα πραγματεύεται πολλὰ, ὅπως χρὴ τούτων ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. φησὶ δὲ καὶ δαιμόνιον τινὰ φύσιν ἀπὸ λουτροῦ τινὸς διῶξαι καὶ ἐκβαλεῖν, Καυσάθαν τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι. συμφοιτηταὶ μὲν οὖν (ὡς αὐτὸς ἀναγράφει) κράτιςοί τινες ὑπῆρχον, Ὠριγένης τε καὶ Ἀμέριος, καὶ Ἀκυλῖνος, καὶ συγγράμματά γε αὐτῶν περισώζεται. λόγος δὲ αὐτῶν οὐδὲ εἷς: πολὺ γὰρ τὸ ἀκύθηρον, εἰ καὶ τὰ δόγματα ἔχει καλῶς, καὶ ἐπιτρέχει τοῖς λόγοις. ἀλλ' ὅγε Πορφύριος ἐπαινεῖ τοὺς ἄνδρας τῆς δεινότητος. πᾶσαν μὲν αὐτὸς ἀνατρέχων χάριν: μόνος δὲ ἀναδεικνὺς καὶ ἀνακηρύττων τὸν διδάσκαλον. οὐδὲν δὲ παιδείας εἶδος παραλελοιπὼς. ἔξι γοῦν ἀπορῆσαι καθ' ἑαυτὸν καὶ θαυμάσαι τὶ πλεῖόν ἐξι τῶν ἐσπουδασμένων, πότερον τὰ εἰς ὕλην ῥητορικὴν τείνοντα, ἢ τὰ εἰς γραμματικὴν ἀκρίβειαν φέροντα, ἢ ὅσα τῶν ἀριθμῶν ἥρτηται, ἢ ὅσα νεύει πρὸς γεωμετρίαν, ἢ ὅσα πρὸς μουσικὴν ῥέπει. τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν οὐδὲ τὰ περὶ λόγους κατάληπτον, οὔτε τὸν οἰκεῖον ἐφικτὸν λόγον. τὸ δὲ φυσικὸν καὶ θεουργὸν τελεταῖς ἀφείσθω καὶ μυςηρίοις. οὕτω παντομιγές τι πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς χρῆμά τι γέγονεν. καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἄν τις μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου. γάμοις τε ὁμιλήσας φαίνεται, καὶ πρὸς Μάρκελλάν γε, αὐτοῦ γυναῖκα γενομένην, βιβλίον φέρεται, ἣν φησιν ἀγαγέσθαι, καὶ ταῦτα οὖσαν πέντε μητέρα τέκνων, οὐχ ἵνα παῖδας ἐξ αὐτῆς ποιήσηται, ἀλλ' ἵνα οἱ γεγονότες παιδείας τύχωσιν: ἐκ φίλου γὰρ ἦν αὐτοῦ τῇ γυναικὶ τὰ τέκνα προυπάρξαντα. φαίνεται δὲ ἀφικόμενος εἰς γῆρας βαθύ. πολλὰς γοῦν τοῖς ἤδη προπεπραγματευμένοις βιβλίοις θεωρίας ἐναντίας κατέλιπεν. περὶ ὧν οὐκ ἐξὶ ἕτερόν τι δοξάζειν, ἢ ὅτι προϊὼν ἕτερα ἐδόξασεν: ἐν Ρώμῃ δὲ λέγεται μεταλαχεῖν τὸν βίον.

PORPHYRII VITA

EX

EUNAPIO.

Porphyrius patria Tyrius, Tyrus autem princeps ueterum Phoenicum urbs fuit, parentibus non ignobilibus est exortus. is cum liberalem educationem esset consequutus, adeo profecit, ut Longini auditor cum extitisset, breui praeceptorem suum honestarit. Longinus uero eo tempore uiuens quaedam bibliotheca, & deambulans musaeum habebatur: qui ad iudicanda ueterum scripta animum adiecerat: quemadmodum etiam ante illum cum multi alii, tum Dionysius e Caria, qui celeberrimus omnium fuit. Porphyrius igitur cum patria Syrorum lingua prius Malchus appellaretur, id quod gentis eius idiomate regem significat: Porphyrius postea ad purpureae regiae uestis insigne appellatione transmutata, a Longino fuit nominatus. Sub cuius disciplina bonarum literarum studiis optimam operam nauauit: atque ad summum & grammaticae non secus atque ille, & rhetoricae peruenit, nisi quod propenso ad eam animo admodum non erat: in omnique philosophiae genere excultus fuit. Erat enim Longinus omnium qui ea tempestate florebant, facile princeps. magnaque librorum eius copia extat, admirationique habetur: ita ut si quis in ueteribus scriptoribus aliquid damnaret, non prius opinioni suae acquiescendum putaret, quam eo Longini quoque iudicium accessisset. Cum itaque hoc modo prima eruditione Porphyrius fuisset institutus, omnibusque esset conspicuus, maximam Romam uidendi desiderio tenebatur, ut sapientia ciuitatem obtineret. Quo ubi primum peruenit, diuinique Plotini consuetudinem iniit, aliorum omnium oblitus ei sese totum dedidit, eiusque disciplinae insatiabili auiditate incumbens, diuinis illis e sacro fonte hauriendis disputationibus aliquamdiu uacauit. Postea contemplationum magnitudine superatus corpus suum odio prosequi coepit, & aegre ferre, quod homo esset. Vnde cum in Siciliam nauigasset, fretumque Charybdis traiecisset, qua Vlisses quoque iter feciſſe dicitur: neque ciuitatem uidere, neque hominum uocem audire passus est: adeo pror-

prorſus doloris & uoluptatis ſenſum omnem depoſuerat : atque ita ad Lilybaeum quod ex tribus Siciliae promontoriis unum eſt , quod in Libyam uergit , contento itinere profectus , ibi ſeſe proiecit , & gemens ac tolerans , cibumque nullum admittens iacebat , atque ut inquit ille , hominum ueſtigia uitans. At non exciuit uana exploratio in his magnum Plotinum. Nam confeſtim conſequutus , ſed quod ita praeſagiret , ſeu , ut iuuenem qui aufugerat , inquireret , iacentem ipſum illic deprehendit : uerbaque ad eum excogitauit , quae & animam iamiam e corpore auolaturam reuocarent , & corpus ad eam continendam corroborarent. atque ita is ſpiritu iam recuperato ſurrexit. ille uero uerba quae dixerat , in librum retulit , ex iis qui ſcripti extant. Sed cum philoſophi dicendi obſcuritate , non ſecus ac poëtae fabulis , arcana occultarent : Porphyrius qui remedium diluciditatis approbaſſet , & experimento deguſtaſſet , commentationibus illuſtrans in lucem edidit. Ipſe igitur Romam reuerſus orandi ſtudio uacauit , ita ut oſtentationis etiam cauſa in publicum prodiret. Porphyrii tamen gloriam omnis concio , & omnis conuentus in Plotinum referebat. Plotinus enim ob coeleſtem animae uim , abſtruſamque & aenigmaticam dicendi rationem , grauis & difficilis perceptu eſſe uidebatur. Porphyrius uero quaſi Homerica quaedam catena quae ad homines demitteretur , uaria eruditione & ſcientia omnia ad facilitatem & perſpicuitatem enunciabat. Atque ipſe quidem inquit , ſed fortaſſe iuuenis admodum ea ſcripſerat , ſe in nullum publicum oraculum incidiſſe. & eodem in libro multa alia pertractat , quaenam cura habenda horum ſit : ſeque daemonicam quandam naturam e balneo quodam effugaſſe , atque eieciſſe , quam Cauſathan indigenae appellarent. Condiſcipuli eius , ut ipſe ſcribit , praeſtantiſſimi quidam extiterunt , Origenes , & Amelius , & Aquilinus : quorum ſcripta extant : ſed nulla tamen in ipſis uenuſtas conſpicitur , licet dogmata & ſententiae recte ſe habeant , uerbisque inſtent. Porphyrius tamen eloquentiam ac grauitatem horum uirorum laudat : cum ipſe & gratiam omnem ſuperet , & ſolus praeceptorem manifeſtet , ac praedicet , nullumque eruditionis genus omiſerit. Mirari quippe ac dubitare unusquisque poteſt , quidnam ſit , cui potiſſimum ille ſtuduiſſe uideatur : eane quae ad oratoriam facultatem ſpectant , an quae ad grammaticae exactam inquiſitionem faciunt : quae ad arithmeticam , an quae ad geometriam , aut muſicam attinent. quae item ad philoſophiam pertinent , iisne quae rationis ſunt , an quae adminiſtrationis praecipuum ſtudium impenderit , ambiguum eſt. Nam quae ad naturalem & diuinam contemplationem ſpectant , adeo ſublimia ſunt , ut ſacris & myſteriis relinquenda eſſe uideantur. Ita ad omnem uirtutem concinnata quaedam res uir ille extitit. Modo enim in ipſo quispiam uerba magis , quam dogmata , modo decreta & ſententias , quam dicendi uim admiraretur. Vxorem autem uidetur duxiſſe. nam ad Marcellam uxorem eius liber fertur : quam , licet quinque liberorum mater

eſſet , ea de cauſa inquit ſe duxiſſe , non ut filios ex ea ſuſciperet , ſed ut ii quos amicus ſuus ex ea iam ſuſceperat , optime educarentur , atque inſtituerentur. Ad ultimam ſenectutem deueniſſe , ac Romae uitam commutaſſe fertur. His temporibus fuerunt etiam ii qui Athenis rhetoricam profitebantur , Paulus & Andromachus e Syria , usque ad Galeni & Claudii , Taciti item & Aureliani tempora : quibus uiguit etiam Dexippus , qui temporum hiſtoriam conſcripſit , uir omni eruditione , & facultate logica inſtructiſſimus.

POR-

PORPHYRII VITA E SUIDA.

Πορφύριος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γραψας· ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεύς. Τύριος Φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου, τοῦ Πλωτίνου μαθητοῦ, διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐρηλιανοῦ, καὶ παρατείνας ἕως Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως. ἔγραψε βίβλια πάμπλειστα, φιλόσοφά τε, καὶ ῥητορικὰ, καὶ γραμματικά. ἦν δὲ καὶ Λογγίνου τοῦ Κριτικοῦ ἀκροασάμενος. Περὶ θείων ὀνομάτων, ά. Περὶ ἀρχῶν, β'. Περὶ ὕλης, ς'. Περὶ ψυχῆς πρὸς Βοήθον, έ. Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, δ'. Περὶ τοῦ Γνῶθι σαυτὸν, δ. Περὶ ἀσωμάτων. Περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν, ζ'. Εἰς τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου φιλοσόφου ἱστορίαν ἐν βιβλίοις, δ'. Κατὰ Χριστιανῶν λόγους ιέ. Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. Πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. Φιλολόγου ἱστορίας βιβλία έ. Περὶ Γένους καὶ Εἴδους, καὶ Διαφορὰς, καὶ Ἰδίου, καὶ Συμβεβηκότος. Περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τοῦ Νείλου πηγῶν. Περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων, βιβλία ί. Συμμίκτων ζητημάτων ζ'. Εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον. Πρὸς Ἀριστίδην ζ'. Εἰς τὴν Μινουκιανοῦ τέχνην· καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ μάλιστα ἀστρονομούμενα· ἐν οἷς καὶ Εἰσαγωγὴν ἀστρονομουμένων, ἐν βιβλίοις τρισὶ, καὶ γραμματικὰς ἀπορίας. οὗτός ἐστιν ὁ Πορφύριος, ὁ τὴν κατὰ Χριστιανῶν ἐφύβριζον γλῶσσαν κινήσας. Πορφύριος, ὁ τῶν Χριστιανῶν πολέμιος, ἀπὸ Φοινίκης πόλεως Τύρου.

EIUS-

EIUSDEM VITA ATQUE OPERUM ENUMERATIO EX SUIDA.

Porphyrius e Phoeniciae urbe Tyro philoſophus, qui patria ipſius lingua rex proprio nomine appellabatur, diſcipulus Amelii, Plotini auditoris, & Iamblichi praeceptor, Longini item critici auditor, qui plurimos libros, tum philoſophicos, tum rhetoricos & grammaticos ſcripſit, de diuinis nominibus unum: De principiis duos: De materia ſex: De anima ad Boëthum quinque: De abſtinentia ab eſu animalium quatuor: De eo quod a ſapiente dictum eſt, noſce te ipſum, quatuor: De incorporeis: Quod una & eadem Platonis & Ariſtotelis ſecta ſit, ſeptem: In Iuliani Chaldaei philoſophi hiſtoriam quatuor: In categorias Ariſtotelis ad Gedalium ſeptem: In easdem categorias per interrogationem & reſponſionem unum. De Homeri Philoſophia: Quod ex Ariſtotelis ſententia anima ἐντελέχεια, hoc eſt perfectio ſit. Philoſophicae hiſtoriae quinque: De genere, ſpecie, differentia, proprio, & accidente: De Nili fontibus ex Pindari ſententia: De utilitate quam ex Homero reges conſequi poſſunt, decem: Miſcellanearum quaeſtionum ſeptem: In Thucydidis exordium ad Ariſtidem ſeptem: In Minuciani artem rhetoricam: & alia complura, & praecipue aſtronomica: inter quae eſt introductio aſtronomiae tribus libris abſoluta: & quaeſtiones grammaticae. Sub Aureliani imperio uiguit: & usque ad Diocletiani tempora peruenit.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΠΟΧΗΣ ΕΜΨΥΧΩΝ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

PORPHYRII PHILOSOPHI

DE

ABSTINENTIA AB ESU ANIMALIUM

LIBER PRIMUS.

IOANNE BERNARDO FELICIANO
Interprete:

ARGUMENTUM.

Primus liber dividitur in tres partes: quarum prima continet praefationem ad Firmum Caſtricium, qui a Pythagoricis inſtitutis, ad carnium eſum defecerat. §. 1, 2, &c. *Secunda complectitur rationes, quibus Peripatetici & Stoici,* §. 4, &c. *quibus Epicurei,* §. 7, &c. *quibus Claudius Neapolitanus,* §. 13, &c. *docent animantia poſſe jure occidi. Tertia pars nonnulla continet, quae praemittit Porphyrius ad rei propoſitae pleniorem tum intellectionem tum enucleationem.* §. 27, &c. *Primum*

ΕΜΨΥΧΩΝ.] *Max: Tyr:* Diſſert. XVII. 8. τῶν ὄντων τοίνυν τὰ μὲν ἄψυχα, τὰ δὲ ἔμψυχα. καὶ τὰ μὲν ἄψυχα, λίθοι, καὶ ξύλα, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἔμψυχα, φυτὰ καὶ ζῶα. Nec alia Platonis ſententia, vid. *Iulian.* Orat. VI. p. 193. B. aut Ariſtotelis, Hiſt. Anim. VIII. 1. Noſter tamen & alii Pythagorici *animalia* hac voce ſignificant. Confer. *S. Bochart:* Hieroz. I. 1. Hinc ζωὴ φυτοῦ & ἐμψύχου diſtinguuntur Noſtro in Ἀφορμ: πρὸς τὰ Νοητ. §. 12. non ergo καὶ πρὸς τὰ φυτὰ παρατενοῦμεν τὸ τῆς δικαιοσύνης, quippe ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατον, ut infra dicitur, III. 18. Nec temere tamen plantas laedendas docet, ſed hac quidem de re alio in loco.

mum eſt, ſe non omnibus, ſed iis ſolum qui vitam cupiunt agere Intellectualem hoc abſtinentiae onus imponere. §. 27, &c. *Eam vero plurimum promovet, ab iis quae ſenſum commovent & à corporeis rebus animi abalienatio.* §. 30, &c. *Inter quas etiam cibi locum habent.* §. 33, &c. *Cum enim varia ſunt in noſtros ſenſus incurrentia, quae animam turbant,* §. 33. *ab eorum omnium contagione, quantum fieri poteſt, cavendum eſt.* §. 35, &c. *Nec iis nos immiſcere convenit, exemplo Philoſophorum,* &c. §. 36. *Et cum cibi non parum habeant hac in re momenti,* §. 38. *etiam eorum ratio habenda eſt. Quod enim dicant nonnulli, poſſe ſe ſenſibilibus miſceri, tamen iis non perturbari, lubricum eſt,* §. 39, &c. *Et a quo multi decepti foedis libidinibus impliciti ſunt.* §. 42, 43. *Iis igitur omnibus, quae mentem commovere ſolent, proſpiciendum eſt,* §. 43, &c. *Et in cibis etiam moderatio obſervanda.* §. 44, &c. *Quod ulterius probat exemplo Epicureorum.* §. 49, &c. *Hoc autem cum non magnum ſit, nec nimis moleſtum* (§. 55.) *haudquaquam recuſandum eſt: praeſertim cum licet omnia tentemus, & ſuſtineamus, bene nobiſcum actum eſſe cenſere oportet, ſi tandem ullo modo Deo frui concedatur.* §, 56. *ad finem.*

§ 1. Τῶν πρὸς ἡμᾶς ἡκόντων, ὦ [1] Φίρμε, πυθόμενος, ὡς τῆς ἀσάρκου καταγνοὺς τροφῆς, ἐπὶ τὴν ἔνσαρκον ἀναδεδράμηκας πάλιν βορὰν, κατ' ἀρχὰς μὲν ἠπίστουν, [2] τῆς γε σῆς σωφροσύνης ϛοχαζόμενος καὶ τῆς εὐλαβείας, ἣν πρὸς τοὺς ταῦτα ὑποδείξαντας, παλαιούς τε ὁμοῦ καὶ θεοφόβους ἄνδρας [3] πεποιήμεθα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἐπὶ τοῖς πρώτοις μηνύοντες, τὴν ἀγγελίαν ἐβεβαίουν, τὸ μὲν ἐπιπλήττειν σοι, οὔτε, κατὰ τὴν παρ-

§ 1. Sum ex iis qui iſthinc ad nos ueniebant, audiuiſſem, te abſtinentia a carnibus repudiata, ad carnium eſumrurſus rediiſſe: primum id non credebam, & temperantiae tuae ratione habita, & pietatis, qua eos qui haec nobis tradiderant, ueteres, & deum timentes uiros proſequebamur. Poſtea quam uero alii ſuperuenientes de te eadem mihi confimarunt: ſi te reprehendere uoluiſſem, quod neque ut prouerbio

1. Φιρμε.] *Firmum Caſtricium* alibi adpellat, amicum & condiſcipulum ſuum, quem ut ab errore revocaret libros hos conſcripſit Malchus. Plura de illo lege in Vit. Plotini. Meminit quoque *Caſtricii*, ſed ab hoc noſtro diverſi, *Liban.* epiſt. MXCI. MCLXXXI. & MCCCXIII. Saepe etiam nomen hoc occurrit in lapidibus literatis apud *Gruterum* & *Reineſium*, utrum tamen apud hunc V. 7. reſtituendum ſit, perquam videtur dubium.

2. Τῆς γε σῆς] *Cod. Lipſ.* τῆς τε σῆς. quod merito probabat *Reiskius.* nec ſecus *Meermannianus.*

3. Πεποιήμεθα.] Videtur hic aliquid deeſſe e. c. διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα, *cui ſtuduimus*, aut ἐν ἔθει πεπ. *cui adſuevimus.* Loquitur ut de duobus, ſe enim una cum Firmo in diſciplina Plotini fuiſſe ſignificat. Reisk.

bio dicitur, fugiſſes malum, ac bonum inueniſſes, neque ut Empedocles, priore uita deplorata ad meliorem reuertiſſes, tum ruſticum, tum procul a rationis perſuaſione mihi eſſe uidebatur: at ſi orationis coargutione errores detegiſſem, & ex quibus in quaenam fuiſſes delapſus, manifeſtaſſem, illud uero & mutua noſtra amicitia dignum, & illis eſſe accomodatum exiſtimabam, qui ad ueritatem ſuam ipſorum uitam inſtituiſſent.

§ 2. Nam cum mecum mutationis huiusce cauſam conſidero, ſanitatem & uires, ut multa & uulgaris turba aſſereret, nequaquam eſſe ullo modo putarim: quippe cum e contrario & ad ſanitatem & ad moderatam laborum philo-

παροιμίαν, [4] φυγῇ κακοῦ τὸ ἄμεινον εὑρόντι, οὔτε [5] κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, τὸν μὲν πρότερον ἀπόδυραμένῳ βίον, εἰς δὲ τὸν βελτίω ἀποῤῥέψαντι, ἀγροϊκόν τ' εἶναι ἐδόκει, καὶ πόῤῥω τῆς κατὰ τὸν λογισμὸν πειθοῦς [6] εὑρισκομένης. τὸ δ' αὖ διὰ τοῦ λόγου τὸν ἔλεγχον τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαλύπτειν, [7] ἀφ' οἵωντε εἰς οἷα καταβέβηκας μηνύειν, τῆς τε πρὸς ἀλλήλους φιλίας ἀντάξιον, καὶ τῶν πρὸς ἀλήθειαν τὸν αὐτῶν βίον ξυνταξαμένων εἶναι ἐδικαίουν.

§ 2. Καὶ γάρ μοι κατ' ἐμαυτὸν [1] λογιζομένῳ τὴν τῆς μεταθέσεως αἰτίαν, [2] ὑγιείας μὲν καὶ ῥώμης, ὡς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἰδιώτης φαίη ὄχλος, οὐκ ἂν [3] μεταβάλλεσθαι φήσαιμι· τοὐναντίον γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν,

4. Φυγῇ κακοῦ τὸ ἄ. εὑρ.] In nuptiis & initiationibus veteres hac locutione uti ſolebant. *Suidas.* ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. τάττεται ἐπὶ τῶν ἀπὸ κακοῦ εἰς κρεῖττον ἐλθόντων. Vid. ibi *Kuſter.* & paroemiographi. Mox vitioſe in *cod. Lipſ.* eſt ἀποδειραμένῳ, & dein τὸν βέλτιον ὑποῤῥέψαντι. Poſtremum illud non adeo male, fulciturque *Meermanniano.*

5. Κατὰ τὸν Ἐ.] Vid. lib. II. §. 31. VALENT.

6. Εὑρισκομένης.] Ante εὑρισκομένης videtur aliquid deeſſe. e. c. πρὸς διδαχὴν, vel πρὸς ἐπανόρθωσιν REISK.

7. Ἀφ' οἵωντε εἰς οἷα κ.] Similis fere locutio occurrit apud Pſell. de Daemon. ἀνὸ' οἵων οἷα διαμειβόμενοι. VALENT. *Ariſtot.* ἐξ οἵων εἰς οἷα, & aliis hujusmodi formulae admodum ſunt frequentes. Adi T. *Gataker.* ad Anton. X. 26.

1. Λογιζομένῳ.] Hiat & labat conſtructio. ſequitur enim *φήσαιμι.* aut ergo deeſt aliquid, aut leg. καὶ γὰρ ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν λογιζόμενος ---- φήσαιμι. aut καὶ γὰρ μοι κατ' ἐμαυτὸν λογιζομένῳ ---- φαίνῃ. REISK. Utique haec Grammaticorum praeceptis haud reſpondent. Crediderim fere ex eorum eſſe numero, quae Syntaxeos confuſionem, vel Oblivionem vocant, quam Graecis non eſſe infrequentem multi docuerunt. Latinis etiam ſubinde id accidiſſe, ut initio longioris periodi caſum ponerent, cui verbum caſui iſti reſpondens ſubiicere decrerant, ſed quod exciderat, nemo paullo humanior ignorat.

2. Ὑγιείας.] Poteſt quidem ἕνεκα vel χάριν ſubaudiri, quod omitti ſolet. ego tamen nihilominus γλιχόμενον aut ὀρεγόμενον deeſſe puto. REISK. *Codd. Lipſ.* & *Meermann.* dant ὑγείας, quae paſſim confundi ſolent. Noſter tamen prius amat.

3. Μεταβάλλεσθαι.] *Lipſ.* μεταβάλεσθαι. voluit librarius μεταβαλέσθαι. quod verum eſt. nam de tempore praeterito loquitnr, quamquam idem librarius paulo poſt συμβάλεσθαι. REISK. *Meermann.* etiam μεταβάλεσθαι, paullo tamen poſt συμβάλλεσθαι.

5.

καὶ πρὸς σύμμετρον ὑπομονὴν τῶν πρὸς φιλοσοφίαν πόνων, τὴν ἄσαρκον δίαιταν, αὐτὸς συνὼν ἡμῖν, ὡμολόγεις συμβάλλεσθαι. τῆτε πείρᾳ γινώσκειν πάρεξιν, ὡς ταῦτα λέγων ἠλήθευες. ἢ δι' ἀπάτην οὖν, ἢ τὸ μηδὲν διαφέρειν ἡγεῖσθαι πρὸς φρόνησιν, τὸ οὕτως ἢ ἐκείνως διαιτᾶσθαι, ἢ δι ἄλλην ἴσως αἰτίαν, ἣν ἀγνοῶ, 4 τὸν φόβον τῆς ἐν τῷ παραβαίνειν ἀσεβείας ἐπαρτῶσαν μείζονα, ἐπὶ τὰ πρόσθεν ἀναδραμεῖν σε παρανομήματα ἐφαίνετο. οὐ γάρ δὴ δι' 5 ἀκρασίαν καὶ φόβον τῆς ὀψοφάγου λαιμαργίας καταφρονῆσαι τῶν πατρίων, ἧς ἐζήλωκας φιλοσοφίας, νόμων, φήσαιμι ἄν σε· οὐδ' ἐλάττω τὴν φύσιν τῶν παρά τισιν 6 ἰδιωτῶν εἶναι· 7 οἱ νόμους ἐναντίους, οἷς ἔζων πρότερον, καταδεξάμενοι, τομάς τε μορίων ὑπομένουσι, καί τινων ζώων, ὧν πρόσθεν ἐνεφοροῦντο, ἀπόσχοιντο ἂν μᾶλλον ἢ κρεῶν ἀνθρωπείων.

§ 3.

losophiae tolerantiam uictum a carnibus alienum conferre, & tu ipse nobiscum uersans fatereris: & te uerum dicere cum haec affirmares, experimento ipso cognoscere facile liceat. Vel igitur deceptione inductus, quod siue hoc siue illo modo uescaris, nihil referre ad prudentiam putes: uel aliam fortasse ob causam, quam ignoro, quae maiorem terrorem incutere, quam uiolandi instituti impietas potuerit, ad priora peccata mihi uideris recurrisse. Non enim ob incontinentiam, aut gulosae edacitatis causa unquam asseram te patrias philosophiae leges quas admirabaris, ita contempsisse, atque inferiorem natura esse imperitis, atque e uulgo hominibus quarundam nationum: qui ubi leges contrarias iis quibus prius utebantur, admiserint, & membrorum praefectiones sustinent, & a quibusdam animalibus, quibus antea replebantur, magis fere si ingrueret necessitas, quam ab humanis carnibus abstinerent.

§. 3.

4. Τὸν φόβον τῆς κ. τ. λ.] Sic infra §. 9. φόβον ἄλογον ἐπήρτησαν. *Clem. Alex.* Strom. II. p. 412. B. διὸ μοι δοκεῖ θειῶς ὁ νόμος ἀναγκαίως τὸν φόβον ἐπαρτᾶν.

5. Ἀκρασίαν καὶ πόθον τ. ὁ λ.] Ad oram Gallicae editionis pro φόβον substituebatur πόθον, & id videtur loci sensus postulare. VALENT. *Plut.* in Symp. T. II. p. 667. F. καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας . . . ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναβδόντας ἑκάστοτε. multo autem latius patet. Recte *Clem. Alex.* in Paedag. L. II. p. 146. B. ἡ γοῦν ὀψοφαγία οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀμετρία περὶ χρῆσιν ὄψου. καὶ ἡ λαιμαργία, μανία περὶ τὸν λαιμόν. Hinc itaque ὀψοφαγία, λαιμαργία & similia iungi solent. Consipirant *Codd.* in manifestum errorem, qui pro πόθον hic dederunt φόβον.

6. Ἰδιωτῶν.] Vid. L. II. §. 61. VALENT.

7. Οἱ νόμους ἐναντίους κατα.] *Sext. Empir.* Pyrrhon. hyp. III. 24. Ἰουδαῖος μὲν γὰρ ἢ ἱερεὺς Αἰγύπτιος ἥττων ἂν ἀπέλαυσε, ἢ χοιρείου φάγοι. De Iudaeis Noster etiam infra II. 61. & IV. 13. Videtur autem respicere ad Maccabaeorum historiam, quod putabat quoque *Fabric.* Biblioth. Gr. L. IV. c. 27. p. 201.

1.

§ 3. Quoniam uero nonnulli uerba etiam commemorarunt, quae aduerſus abſtinentes dicere conſueueras, non aegre ferendum tantum, uerum etiam indignandum ac ſuccenſendum mihi eſſe uidebatur: quod tam ineptis & putidis captiunculis perſuaſi, & uos ipſos decipere, & uetus ac diis gratum inſtitutum euertere paſſi fueritis. Vnde me operae pretium facturum eſſe duxi, ſi non modo noſtra confirmauero, atque ita ſeſe habere oſtendero: uerum etiam aduerſariorum rationes, quae ueſtris iſtis & copia, & ui, & omni alio apparatu longe ſunt ualidiores, collegero, ac confutauero: atque ita ne ab iis quidem quae uidentur eſſe grauiora, nedum a putidis & levibus nugis ueritatem ſuperari demonſtrauero. Contra enim abſtinentiam ab animatis, id quod fortaſſe ignoras, non pauci dixerunt, tum ex philoſophis Peripatetici, Stoici, & Epicurei, qui maiori ex parte con-

§ 3. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν ἀφικομένων καὶ λόγων ἀπεμνημόνευον, οὓς κατὰ τῶν ἀπεχομένων ἐποιοῦ, οὐ σχετλιάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ νεμεσᾶν παρῆν, εἰ ψυχροῖς καὶ ἄγαν ἑώλοις σοφισματίοις πεισθέντες, -αὐτούς τε ἀπατᾷν καὶ παλαιὸν [1] δόγμα καὶ θεοῖς φίλον ἀνατρέπειν ὑπεμείνατε. ὅθεν μοι ἐδόκει μὴ μόνον τὸ οἰκεῖον ὑποδεικνύναι ὡς ἔχει, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐναντίων, [2] πολλῷ ἰσχυρότερα τῶν ὑφ' ὑμῶν λεγομένων ὄντα καὶ πλήθει καὶ δυνάμει καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς, συναγαγεῖν τε καὶ λῦσαι· οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐμβριθῶν δοκούντων εἶναι, οὐχ ὅτι τῶν ἑώλων καὶ ἐπιπολαίων σοφισμάτων, τὸ ἀληθὲς [3] ἡττημένον δεικνῦνται. ἀντειρήκασιν ἴσως γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῇ ἀποχῇ τῶν ἐμψύχων οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων οἵτ' ἐκ τοῦ περιπάτου καὶ τῆς ϛοᾶς [4] καὶ τοῦ

1. Δόγμα ἀνατρέπειν.] Tale eſt illud S. *Paulli* II. ad Timoth. 2: 18. ἀνατρέπουσι τήν τινων πίϛιν· noſtrum ἀνατρέπειν δόγμα praeter alios habet *Diog. Laert.* in Pyrrh. p. 678.

2. Πολλῷ ι. τ. ὑ. ὑ.] *Cod. Lipſ.* πολλῶν & ἡμῶν. Utrumque male.

3. Ἡττημένον δεικνῦνται. ἀντειρήκασιν.] Legendum cenſeo ἀντειρηκόσι, & ſic reddidi locum, quas ſi ita ſe haberent verba: λῦσαι δεικνῦνται ἀντειρηκόσιν ὅτι τὸ ἀληθὲς οὐχ' ἡττημένον ἦν ὑπὸ τῶν ἐμβριθῶν &c. VALENT. Verbum ἀντειρήκασιν transferendum in verſum 14. & collocandum poſt ὀλίγοι. REISK. ϛίγμα τέλειον antea ponebatur poſt ἀντειρήκασιν, eaque interpunctio locum corrumpebat, quem integerrimum habemus, ſive cum Cl. *Reiskio* vocem ἀντειρήκασιν paullo ſerius colloces, ſive per traiectionem, Noſtro ſollemnem, explices. Pro ἡττημένον in edit. *Fogeroll.* erat ἡττημένων, operarum forte vitio, nam in *Florent.* erat etiam ἡττημένον. Mox pro ἀγνοεῖς dat *Lipſ.* ἀγνοεῖν male.

4. Καὶ τοῦ E.] Forte καὶ τῶν (ſcilicet φίλων aut ἐπιτηδείων aut μαθητῶν vel tale quid) Ἐπικούρου τὸ πλεῖϛον (ſcilicet μέρος vel πλῆθος). REISK. Intelligit Philoſophos Peripateticos, Stoicos & Epicureos. οἱ ἐκ vel ἀπὸ τινος dicuntur, qui alicuius dogmata ſequuntur. Infra 7. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ Επικούρου. Sect. 1. 5. οἱ ἀπὸ Σωκράτους. *Plut.* T. II. p. 963. F. οἱ ἀπὸ τῆς ϛοᾶς καὶ περιπάτου. & ſic millies.

5.

τοῦ Ἐπικούρου τὸ πλεῖον τῆς ἀντιλογίας πρὸς τὴν Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἀποτεινόμενοι φιλοσοφίαν, ἧς ζηλωτὴς εἶναι ἐσπούδακας· τῶν τε φιλολόγων συχνοὶ, καὶ Κλώδιος τὶς Νεαπολίτης, πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν 5 βιβλίον κατεβάλετο. ὧν τὰς πραγματευτικὰς καὶ κοινὰς πρὸς τὸ δόγμα ζητήσεις παραθήσομαι. τὰς ἰδίως 6 πρὸς τὰς τοῦ Ἐμπεδοκλέους φερομένας κατασκευὰς παραιτησάμενος.

contradictionem aduerſus Pythagorae & Empedoclis philoſophiam intenderant: quorum tu aemulus eſſe in praeſentia ſtuduiſti: tum ex oratoribus inter quos Clodius quidam Neapolitanus contra abſtinentes a carne librum etiam conſcripſit. E quibus omnibus quaeſtiones eas adducam, quae ad rem & inſtitutum hoc communiter ſpectant: caeteras, quae aduerſus Empedoclis confirmationes priuatim feruntur, omittam.

5. Βιβλίον κατεβάλετο.] Καταβάλλειν eſt *in literas referre*, ubi ex hoc etiam loco oſtendit *Reiskius* ad *Polyb.* L. IV. p. 315. eſt in genere *in medium proferre, prodere*, uti καταβάλλειν λόγον & ſimilia, de quibus *Caſaub.* ad *Theophr.* C. Eth. p. 203. pro κοινὰς in *Cod. Lipſ.* erat κινὰς. perquam vitioſe· pro πραγματευτικὰς *Meerm.* πραγματικὰς.

6. Πρὸς τὰς τοῦ E.] Forte πρὸς τὰ [ſcilicet δόγματα] τοῦ Ἐμπεδοκλέους. *eas diſputationes* [nam illae ſunt quas κατασκευὰς appellat] *quae nominatim Empedoclis ſcita impugnantes circumferuntur, nunc ſilentio transmittens.* Reisk.

1. *Ex Heraclide Pontico Peripateticorum & Stoicorum rationes.*

§ 4. [2] Εὐθὺς τοίνυν φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες τὴν δικαιοσύνην συγχεῖσθαι, καὶ τὰ ἀκίνητα κινεῖσθαι, ἐὰν τὸ δίκαιον μὴ πρὸς τὸ λογικὸν μόνον 3 τείνωμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἄλογον· οὐ μόνον τοὺς ἀνθρώπους καὶ

§ 4. Qui igitur inſtituto huic contradicunt, ſtatim iuſtitiam confundi, & immobilia moueri inquiunt: ſi ius eo usque prouehamus, ut non ſolum ad rationalia, ſed etiam ad irrationalia pertinere cenſeatur: ut non tam ho-

1. *Ex Heraclide Pontico.*] Haec verba in Gallic: edit: huic §. praefigebantur. Quae ego primum retinenda cenſui, quia p. 21. Heraclides Ponticus inter eos numeratur, quorum argumenta contra abſtin: Porphyrius hic recenſet. Poſtea tamen deprehendi, multa quae §. §. 4, 5 & 6. adducuntur, ipſiſſima eſſe Plutarchi verba, ex lib. de ſolertia animalium deſumta, nonnihil tamen alicubi immutata. Valent.

2. Εὐθὺς τοίνυν φασ.] Adſcripta erant in margine *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* haec verba. δόξαι τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τοῦ περιπάτου, ὅτι οὐ δεῖ τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι.

3. Τείνωμεν.] Forte τιμῶμεν. in *Cod. Lipſ.* eſt τίνωμεν. Mox forte ἡγούμενοι εἶναι· *ad nos pertinere.* Reisk. τίνωμεν etiam in *Meerm.* correxerat eadem manus, quae antea τείνωμεν dederat.

homines & deos ad nos ſpectare exiſtimemus, quam caetera etiam bruta animalia, quibus nullum commercium nobiſcum eſt: neque ipſorum aliis ad opus, aliis ad eſum utamur, aliena prorſus, atque expertia ſocietatis hominis, non ſecus ac reipublicae humanae eſſe iudicantes. Qui enim erga ipſa perinde atque erga homines ſe gerere uoluerit, ut ipſis parcat, & non noceat: dum iuſtitiae attribuit, quod ferre non poteſt, illud quod poteſt, deſtruit: & alienorum introductione quod proprium eſt, tollit ac perdit. Efficitur enim ut uel ſi ipſis non parcamus, iniuſte agere nobis neceſſe ſit: uel ſi parcamus, atque uti ipſis nolimus, uitam traducere non ualeamus: & demum pecudum quodam modo uitam agamus, ſi pecudum uſum repudiemus.

καὶ τοὺς θεοὺς πρὸς ἡμᾶς ἡγούμενοι, οἰκείως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα θηρία, τὰ μηδὲν ἡμῖν προσήκοντα, ἔχοντες. καὶ οὐχὶ τοῖς μὲν, πρὸς ἔργον χρώμενοι, τοῖς δὲ, πρὸς ἐδωδὴν, ἔκφυλα καὶ ἄτιμα τῆς κοινωνίας καθάπερ πολιτείας νομίζοντες. ὁ γὰρ καθάπερ ἀνθρώποις, καὶ τούτοις χρώμενος, φειδόμενος δὲ καὶ μὴ βλάπτων, προσάπτων τῇ δικαιοσύνῃ, ὃ μὴ δύναται φέρειν, καὶ τὸ δυνατὸν αὐτῆς ἀπόλλυσι, καὶ διαφθείρει 4 τῷ ἀλλοτρίῳ τὸ οἰκεῖον. γίγνεται γὰρ ἢ τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν, ἀφειδοῦσιν αὐτῶν, ἢ μὴ χρωμένοις, τὸ ζῆν ἀδύνατον καὶ ἄπορον· καὶ τρόπον τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων προϊέμενοι χρείας.

§ 5. Vt enim Nomadum & Troglodytarum infinitam multitudinem omittam, qui nullum aliud alimentum agnoſcunt niſi carnes: nobis qui manſuete uiuere & humane uidemur, quodnam terrae opus, quodnam maris, quaenam

§ 5. 1 Ἀφίημι γὰρ Νομάδων καὶ Τρωγλοδυτῶν ἀνεξευρέτους ἀριθμῶν μυριάδας· οἱ τροφὴν σάρκας, ἄλλο δὲ οὐδὲν, ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως ζῆν δοκοῦσιν, ποῖον ἔργον 2 ἀπολείπεται γῆς, 3 ποῖ-

ου

4. Τῷ ἀλλοτρίῳ.] In *Lipſ.* & *Meerm.* τῶν ἀλλοτρίων. male.

1. Ἀφίημι γὰρ Νομάδων &c.] Legas haec apud *Plut.* Tom. II. p. 964. A. Dicentur de gentium iſtarum inſtitutis plura ad Lib. IV. 21. pro ἀριθμῶν *Codd. Lipſ.* & *Meerm.* habent ἀριθμῷ· quod etiam apud *Plut.* aliqui praeferunt, eique reſtituit Doct. *Reiskius* in Animad. ad *Plut.* Opuſc. p. 548.

2. Ἀπολείπεται γῆς.] γῆς deeſt in *Lipſ.* male. Legendum forte ἀπολείπεται ἐπὶ γῆς· Reisk.

3.

ον ἐν θαλάττῃ, 4 τίς ἐναργὴς τέχνη, τίς κόσμος διαίτης, ἂν ὡς πρὸς ὁμόφυλα, τὰ ζῶα διακεώμεθα, 5 ἀβλαβῶς καὶ μετ' ἐυλαβείας αὐτοῖς προσφερώμεθα. 6 εἰπεῖν γὰρ ἔργον οὐδὲν, οὐδὲ φάρμακον, οὐδὲ ἴαμα τῆς τὸν βίον ἀναιρούσης ἀπορίας, 7 ἢ τὴν δικαιοσύνην ἔχομεν, ἂν μὴ τὸν ἀρχαῖον νόμον καὶ ὅρον 8 φυλάττωμεν, ὡς καθ' Ἡσίοδον ὁ Ζεὺς τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον,

nam insignis ars, quodnam victus nostri ornamentum relinqueretur, si erga caetera animalia tanquam nobis cognata ita affecti essemus, ut innoxie & pie erga ipsa nos gereremus? Profecto nullum tantae inopiae remedium quae uitam omnem, & iustitiam tollit, comparare poterimus, nisi antiquam legem & praefinitionem seruemus. Quoniam ut inquit Hesiodus, Iupiter cum naturas distinxisset, & utrumque animalium genus separatim statuisset,

Ἰχ-

Pi-

3. Ποιὸν ἐν θ. τ. ε. τ.] [Plut. ἐν ὄρεσι] τέχνη — ἂν ὡς πρὸς ὁμόφυλα &c. Plut. ἂν ὡς προσήκει λογικοῖς καὶ ὁμοφύλοις πᾶσι τοῖς ζώοις οὖσιν ἀβλαβῶς καὶ μετ' ἐυλαβείας προσφέρεσθαι μάθωμεν ἔργον ἐστὶν. εἰπεῖν οὐδὲν οὖν. VALENT.

4. Τίς ἐναργὴς τέχνη.] Ἐνεργὴς aut ἔνεργος *quae exercebitur ars*. Possit quoque legi τὶς ἐνέργεια τέχνης ut respondeat proximo τὶς κόσμος διαίτης. REISK. Ἐναργὴς & ἐνεργὴς passim confunduntur, priusque illud S. *Paullo* 1 Cor. XVI: 9. reddere aliqui mallent, sed invitis codicibus. Saepe etiam ἐνάργεια factum pro ἐνέργεια. Vid: *Bengel:* ad *Paulli* epist. ad Philem. 6. ἔνεργον τέχνην dicit etiam *Iamblich.* de Myst. Sect. II: 2. Nec tamen vulgatum, quod *Felicianus* quoque legit, proscribere ausim. Statim pro διακεώμεθα *Reiskius* malebat διακείμενοι.

5. Ἀβλαβῶς — προσφερώμεθα.] Uti ἐπιεικῶς προσφέρεσθαι, de blanda lenique tractatione, apud *Diod. Sic.* IV. 53. cuius contrarium est προσφέρεσθαι πικρῶς, βιαίως &c. de quibus ibi magnus Interpres.

6. Εἰπεῖν γὰρ ἔ. οὐ.] Pro εἰπεῖν sententia postulat λοιπὸν aut λείπεται, aut cum in Cod. Lipsi. sic interpungatur: εἰπεῖν γὰρ· ἔργον — possit sic conjici. λείπεται γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἔργον οὐδὲν. *Relinquitur nullum plane, si fas est dicere opus.* REISK. Apud *Plutarch.* quidem haec paullo diverso modo leguntur, habemus tamen ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν· οὐδὲν οὖν φάρμακον &c. Apud nostrum itaque retineri quoque velim. Solet saepius, solent & alii τὸ ἐστὶ omittere, quod si inseras, plana videtur sententia. Distinguit tamen *Meermann.* eodem modo quo *Lipsi.* Male in *Cod. Bodlei:* γὰρ deerat.

7. Εἰ τὴν δικαιοσύνην ε.] Forte εἰ τῆς δικαιοσύνης ἐχόμενοι μὴ τὸν ἀρχαῖον νόμον καὶ ὅρον φυλάτταμεν, ᾧ καθ' Ησ· REISK. Considera mihi illa *Plutarch.* οὐδὲν οὖν φάρμακον, οὐδὲ ἴαμα τῆς, ἢ τὸν βίον ἀναιρούσης ἢ τὴν δικαιοσύνην ἀπορίας ὀιδὲν ἔχομεν &c. Scias etiam antiquissimas editiones sic habere (nam *Cantabr.* editor primum εἰ pro ἢ procudit) nec secus in *Cod. Lipsi.* & *Meerm.* legi: & recte me corruptam scripturam de gradu depulisse, ac *Porphyrio* suum ἢ reddidisse fateberis.

8. Φυλάττωμεν· ὡς καθ' &c.] Apud Plut. ita legitur, φυλάττωμεν, ᾧ καθ' Ἡσίοδον, τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον, ἰχθύσι μὲν &c. Videtur in Plut. deesse Ζεύς. ᾧ, κ. Ἡ. Ζεὺς &c. vel mutandum ᾧ apud Plut. in ὁς. Ego non consulto prius Plut. verba verteram, & falsa apud Porph. interpunctio fecit, ut non omnino recte interpretatus sim. Tollas periodi notam ad φυλάττωμεν & ἑκάτερον, & comma tantum adjicias, omniaque perspicua sient. Versio carminum ex Hes. Grotiana est: de jure bell. I. 1: 11. Porph. finem versus tertii mutavit. Sic enim apud Hes. legitur ἐργ. 277. ἡ πολλὸν ἀρίζη Γίνεται — VALENT.

9.

Piſcibus, & uolucrum generi, pecudumque uorare
Conceſſit mutuo ſe, quod nulla eſſet in ipſis
Iuſtitia: aſt homines & iuſti fecit, & aequi
Participes.

9 Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐςὶ μετ' αὐτῶν.
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην---- πρὸς ἀλλήλους.

§ 6. Quibus autem nullum iuſte agendi commercium erga nos eſt: erga ea neque nobis ulla eſt ratio iniuſte agendi. ut qui rationem hanc reſpuunt, nullam aliam, ne anguſtam quidem iuſtitiae viam relinquant, quam ingredi poſſit. Nam id quod iam diximus, naturam noſtram quae ex ſe non ſufficit, ſed indiga multorum eſt, auxilio a caeteris animalibus arcere, nihil aliud eſt, quam funditus tollere, & in difficilem inſtrumentisque omnibus carentem, & neceſſariarum rerum inopem uitam concludere. Praeterea primos illos homines non fortunate admodum uixiſſe aiunt: quippe cum non intra naturae animalium terminos ſeſe contineat ſuperſtitio, ſed in plantas etiam tandem irrumpat. quid

§ 6. Οἷς δὲ οὐκ ἔξι τὸ δικαιοπραγεῖν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα γίνεται τὸ ἀδικεῖν. ὡς οἵγε τοῦτον [1] προέμενοι τὸν λόγον, οὔτε εὐρεῖαν ἄλλην, οὔτε λεπτὴν τῇ δικαιοσύνῃ παρεισελθεῖν ὁδὸν ἀπολελοίπασιν. ὃ γὰρ ἤδη εἰρήκαμεν, τὴν φύσιν, αὐτάρκη μὲν οὐκ οὖσαν, ἀλλ' ἐνδεῆ πολλῶν, εἰργομένην δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων βοηθείας, [2] ἄρδην ἀναιρεῖν, καὶ κατακλείειν εἰς τὸν ἄπορον καὶ ἀνόργανον καὶ ἀκτήμονα τῶν ἀναγκαίων βίον. φασὶ δὲ οὐκ εὐτυχῶς διαβιῶναι τοὺς πρώτους γενομένους· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων ἵςασθαι τὴν δεισιδαιμονίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ φυτὰ βιάζεσθαι. τί γὰρ μᾶλλον ὁ βοῦν

9. Ἰχθύσι ----] Heſiodi iſtis multi uſi ſunt. *Sext. Empir.* adv. Rhet. L. II. p. 295. & plures, quos ibi excitavit *Fabricius*. Hinc Graecorum proverbium ἰχθύων βίος de quo *Kuhn:* ad *Aelian:* Var. Hiſt. I, 1. illa πρὸς ἀλλήλους ſeorſim poſui, ſecus quam antea fieri ſolebat, non enim ſunt poëtae, & metrum turbant.

1. Προέμενοι τὸν λόγον.] Senſus ſatis commodus, & *Plutarcho* haec conveniunt. Auſcultare itaque non audeo Viro Erud: qui malebat προσέμενοι, licet praepoſitiones illas millies confundi haud ignorem. Pro εὐρεῖαν *Lipſ.* & *Meerm:* vitioſe εὑρεῖν.

2. Ἄρδην ἀναιρεῖν.] Ἐςὶ, δοκεῖ aut ſimile quid ſubintelligi debet, quod utroque in ſermone uſitatiſſimum eſt. *Reiskius* volebat ἀναιρεῖτε καὶ κατακλείετε, vel ἀναιρεῖ τὸ κατακλείειν. loqui nempe Peripat. Stoicos, Epicureos, adverſus Pythagoricos. Bene βίον dicit ἀνόργανον. Confer *Plut.* T. I. p. 162. B. οὐ ταυτὸν θεωρητικοῦ φιλοσόφου καὶ πολιτικοῦ βίος, ἀλλ' ὁ μὲν

βοῦν ἀποσφάττων καὶ πρόβατον ἀδικεῖ, 3 τοῦ κόπτοντος ἐλάτην ἢ δρῦν; εἶγε καὶ τοῦτοις ἐμφύεται ψυχὴ κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν. τῶν μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ϛοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου τὰ κυριώτατα ταῦτα.

quid enim qui bouem iugulat, aut ouem, magis iniuſte agit, quam qui abietem aut quercum deiicit? cum ex transformatione anima in ipſis quoque ſtirpibus inſeratur. Atque haec praecipua ſunt argumenta, quae Stoici & Peripatetici afferre conſueuerunt.

μὲν ἀνόργανον καὶ ἀπροσδεᾶ τῆς ἐκτὸς ὕλης ἐπὶ τοῖς καλοῖς κινεῖ τὴν διάνοιαν. Pro τὸν ἄπορον male *Meerm:* τὸ ἀπ.

3. Τοῦ κόπτοντος ἐλάτην &c.] *Hieron:* ut multa alia in illis libris, ſic haec etiam reſpicit, adverſ. Iovin. II. 6. *Probabo non & Pythagorae dogma nos ſectari, qui propter* μετεμψύχωσιν, *omne quod movetur & vivit, edendum non putant, & eiusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumque ſuccciderint, cuius parricidae ſunt & venefici.*

Ex Hermacho Epicureorum rationes.

§ 7. 1 Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἐπικούρου, ὥσπερ γενεαλογίαν μακρὰν διεξιόντες, φασὶν, ὡς οἱ παλαιοὶ νομοθέται, ἀπιδόντες εἰς τὴν τοῦ βίου κοινωνίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους πράξεις, 2 ἀνόσιον ἐπεφήμισαν τὴν ἀνθρώπου σφαγὴν, καὶ ἀτιμίας οὐ τὰς τυχούσας προσῆψαν. τάχα μὲν καὶ φυσικῆς τινος οἰκειώσεως ὑπαρχούσης τοῖς ἀνθρώποις πρὸς ἀνθρώ-

§ 7. Epicurei autem prolixam quandam quaſi genealogiam commemorantes, ueteres inquiunt legiſlatores cum ad uitae ſocietatem, & mutuas inter ſe hominum actiones reſpexiſſent, impiam eſſe hominis caedem ſanxiſſe: iisque mulctas non quaslibet irrogaſſe, qui eam commiſiſſent. Quamvis enim naturalis etiam quaedam ex formae & animae ſimilitudine hominibus erga homi-

1. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἐπικ.] Haec verba usque ad §. 13. Cl. Gaſſendus in ſua *Epicuri Philoſophia* olim Latina fecerat. Quod ſi in mentem mihi veniſſet, cum primum huic operi manum admoverem, aliqua laboris mei parte levaſſem. Quod poſtea feci a §. 49. usque ad 54. Valent. Adſcriptum erat in *Cod. Lipſ:* & *Meerm:* δόξαι τῶν Ἐπικουρείων ὅτι οὐ δεῖ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι. Paullo poſt pro ἀτιμίας *Reiskius* coniiciebat ζημίας.

2. Ἀνόσιον ἐπεφήμισαν.] Sic legendum, licet *Codd.* aliqui velint ἐπεφήμησαν. ſtatim enim habemus ἀνόσιον ἐπιφημισθῆναι. Paſſim ea vocabula confuſa invenias. Vid. Cel. *D'Orvillius* ad *Charit.* VI, 7. Nec dubito, quin ita reſcribendum ſit apud *Euſeb.* P. E. p. 69. A. ubi editur ἐπεφήμησαν.

mines cognatio ſit, quae faciat, ne ita prompte hujuscemodi animal, ſicut caetera quae conceſſa ſunt, occidatur: praecipuam tamen cauſam, cur hoc ita impium facinus ac deteſtabile habitum fuerit, eſſe, quod non conferre id ad totam uitae conſtitutionem exiſtimarunt. Ex hac enim origine qui utilitatem inſtitutionis huius perceperunt, iis nulla alia cauſa opus fuiſſe, qua ab huiuscemodi ſcelere coërcerentur, eos vero qui huiusce rei ſenſum habere non ſatis poſſent, magnitudine poenae deterritos a mutua caede abſtinuiſſe. Quorum utrumque, inquiunt, adhuc etiam euenire conſpicitur. Nam qui eiusmodi decreti utilitatem conſiderant, prompte in officio perſiſtunt: qui percipere eam nequeunt, minis legum terrefacti idem ſervant. Quas quidem minas promulgarunt nonnulli eorum cauſa qui uenire in utilitatis conſiderationem nequirent: cum plerique eas admiſiſſent.

§ 8. Nullum enim a principio ius neque ſcriptum, neque non ſcriptum, ui-

θρώπους, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς μορφῆς καὶ τῆς ψυχῆς, εἰς τὸ μὴ προχείρως φθείρειν [3] τὸ τοιοῦτον ζῷον, ὥσπερ ἕτερόν τι τῶν συγκεχωρημένων. οὐ μὴν ἀλλὰ [4] τήν γε πλείσην αἰτίαν τοῦ δυσχεραν θῆναι τοῦτο, καὶ ἀνόσιον ἐπιφημισθῆναι, τῷ μὴ συμφέρειν εἰς τὴν ὅλην τοῦ βίου σύςασιν ὑπολαβεῖν. ἀπὸ γὰρ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς οἱ μὲν [5] παρακολουθήσαντες τῷ συμφέροντι τοῦ διορίσματος, οὐδὲν προσεδεήθησαν ἄλλης αἰτίας, τῆς ἀνειργούσης αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πράξεως ταύτης. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι λαβεῖν αἴσθησιν ἱκανὴν τούτου, τὸ μέγεθος τῆς ζημίας δεδιότες, ἀπείχοντο τοῦ κτείνειν προχείρως ἀλλήλους. ὧν ἑκάτερον φαίνεται καὶ νῦν ἔτι συμβαῖνον. καὶ γὰρ οἱ μὲν θεωροῦντες τὸ συμφέρον τῆς προειρημένης διατάξεως, ἑτοίμως ἐπ' αὐτῆς μένουσιν· οἱ δὲ μὴ δεκτικοὶ τούτου, τὰς ἀπειλὰς φοβούμενοι τῶν νόμων· ἃς ἕνεκα τῶν ἀσυλλογίςων τοῦ χρησίμου διώρισάν τινες, παραδεξαμένων αὐτὰς τῶν πλείονων.

§ 8. Οὐδὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς βιαίως κατέςη νόμιμον, οὔτε μετὰ γρα-

B 2 φῆς,

3. Τοιοῦτον ζῷον.] *Lipſ:* τοιοῦτο. e correctione, eraſa vetuſtiſſima lectione, quae videtur fuiſſe τοιοῦτον. REISK.

4. Τήν γε πλείσην.] Subaudi φασὶν. mox pro τῷ forte τὸ. REISK.

5. Παρακολουθήσαντες τ. σ.] Παρακολουθεῖν eſt animo conſequi & percipere quod docearis. Eo modo cape apud *Paullum* I. Timoth. IV, 6. *Strabo* L. I. p. 5. ἐφ' ὅσον καὶ τῷ πολιτικῷ παρακολουθεῖν δυνατόν. Vid. ibi *Caſaub:* & conſtructionis rationem uberrime inluſtrantem Clar: *Abreſch:* Diluc: Thucyd: Auct. p. 361.

φῆς, οὔτε ἄνευ γραφῆς τῶν διαμενόντων νῦν καὶ διαδίδοσθαι πεφυκότων· ἀλλὰ συγχωρησάντων αὐτῷ καὶ τῶν [1] χρησαμένων. φρονήσει γὰρ ψυχῆς, οὐ ῥώμῃ σώματος καὶ δυναστευτικῇ [2] δουλεύσει τῶν ὄχλων διήνεγκαν οἱ τὰ τοιαῦτα τοῖς πολλοῖς εἰσηγούμενοι· καὶ τοὺς μὲν εἰς ἐπιλογισμὸν τοῦ χρησίμου καταστήσαντες ἀλόγως αὐτοῦ πρότερον αἰσθανομένους καὶ πολλάκις ἐπιλανθανομένους, τοὺς δὲ τῷ μεγέθει τῶν ἐπιτιμίων καταπλήξαντες. οὐ γὰρ ἦν ἑτέρῳ χρῆσθαι φαρμάκῳ πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος ἀμαθίαν, ἢ τῷ φόβῳ τῆς ἀφωρισμένης [3] ἀπὸ τοῦ νόμου ζημίας. αὕτη γὰρ κατέχει μάνη καὶ νῦν τοὺς τυχόντας τῶν ἀνθρώπων, καὶ κωλύει τὸ μήτε κοινῇ, μήτε ἰδίᾳ τὸ ἀλυσιτελὲς πράττειν. εἰ δὲ πάντες ἐδύναντο βλέπειν ὁμοίως καὶ μνημονεύειν τὸ συμφέρον, [4] αὐ-

uiolenter conſtitutum eſt ex iis quae nunc uſque permanent, & eiusmodi natura ſunt, ut diſtribui late inter homines ualeant: ſed conſenſus etiam illorum acceſſit, qui uſuri ipſo eſſent. Prudentia enim animi, non uiribus corporis, aut dominatu in populos pollebant, qui talia plerisque hominibus introduxerunt; qua efficiebatur, ut alii in animaduerſionem utilitatis inducerentur, qui ipſius ſine conſideratione prius ſenſum habebant, & ſaepenumero obliuiſcebantur: alii mulctarum magnitudine terrerentur. nullo enim alio remedio ad utilitatis inſcitiam uti licebat, quam ſupplicii legibus inſtituti terrore: qui quidem ſolus eſt, qui nunc quoque uulgares quoslibet homines coerceat, ac uetet, ne aut publice aut priuatim, quod inutile eſt, perpetrent. Nam ſi omnes ſimili modo & perſpicere, & in

1. Χρησαμένων.] Peculiari locutione χρῆσθαι νόμῳ dicuntur, qui legem obſervant, vel quibus ad obſervandum lata eſt. *Plato* in Min: p. 565. C. οὔτε ἀυτοὶ ἀεὶ τοῖς ἀυτοῖς νόμοις χρῶνται. *Thuc:* L. V. c. 105. καὶ ἡμεῖς οὔτε δέντες τὸν νόμον, οὔτε κειμένῳ πρῶτοι χρησάμενοι. Haec luce circumfundunt illa S. *Paulli* I. ad Tim. I, 8. καλὸς ὁ νόμος, ἐὰν τις ἀυτῷ νομίμως χρῆται. Illa verba νῦν καὶ διαδίδοσθαι πεφυκότων *Lipſ.* deſunt.

2. Δουλεύσει] Δουλώσει. oppreſſione. nam δουλεύσει eſt *ſervitute*, quae toleratur, non ea, quae imponitur tenuioribus a potentioribus. Reisk. Sic quoque placebat Clar: *Abreſch.* & merito.

3. Ἀπὸ τοῦ νόμου.] Alibi utitur ὑπὸ. ſed nec prius illud damnandum. centies hoc pro illo ponitur, atque inde alterum alterius locum paſſim occupavit. Vide de confuſione iſta *Weſſeling.* ad *Diod. Sic.* IV, 46. *D'Orvil:* ad *Chariton.* VI: 4. & multos alios.

4. Οὐδὲν ἂν προσεδέοντο νόμων.] Veriſſima ſententia. Hinc οὐδὲ νόμοι παρὰ ἀνθρώποις ἄχρις εὐδαιμόνουν. infra III, 16. & lex Brachmanes ἀυτονόμους ἔιασε, καὶ ἐσέφθη ὡς αὐτοῦ κρείττονας. Lib. IV. Sect. 18. S. *Paullus* I: ad Timoth. I, 19. δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. ubi aliorum hac de re dicta ὅλῳ τῷ βυλάκῳ, quod dici ſolet, admetientur interpretes. Pulcrum tamen *Phi-*

le-

in memoriam revocare utilitatem poſſent, nihil opus fuiſſet legibus: ſed ultro homines & quae interdicta ſunt, euitarent, & agerent, quae iubentur. Quippe cum ſatis utilis & noxii conſideratio futura eſſet, & ad prauorum fugam, & ad bonorum electionem conciliandam. At poenae irrogatio ad eos ſpectat, qui utilitatem percipere non poſſunt: quas terror impendens cogit appetitionibus dominari, quae ad inutiles actiones ipſos trahunt: atque ita ui in officio continet.

§ 9. Vnde etiam neque inuoluntariam caedem omni prorſus poena uacuam eſſe uoluerunt legiſlatores, ut non modo nullam aliquibus occaſionem darent facta eorum ſponte imitandi, qui inuiti egiſſent, ſed illud etiam cauerent, ne multa huiusmodi contingerent,

οὐδὲν ἂν προσεδέοντο νόμων· ἀλλ' αὐθαιρέτως τὰ μὲν εὐλαβοῦντο τῶν ἀπειρημένων, τὰ δὲ ἔπραττον τῶν προστεταγμένων. ἱκανὴ γὰρ ἡ τοῦ χρησίμου καὶ βλαβεροῦ θεωρία, τῶν μὲν φυγὴν παρασκευάσαι, τῶν δὲ αἵρεσιν. ἡ δὲ τῆς [5] ζημίας ἀνάτασις, πρὸς τοὺς μὴ προορωμένους τὸ λυσιτελοῦν. ἀναγκάζει γὰρ δεσπόζειν ἐπικρεμαμένη ταῖς ἀγούσαις ἐπὶ τὰς ἀσυμφόρους πράξεις ὁρμαῖς, καὶ βίᾳ συναναγκάζει τὸ δέον ποιεῖν·

§ 9. Ἐπεὶ καὶ τὸν ἀκούσιον φόνον οὐκ ἔξω πάσης ζημίας κατέςησαν οἱ νομοθέται· [1] ὅπως μηδεμίαν ἐνδῶσι πρόφασιν τοῖς ἑκουσίως τὰ τῶν ἀκουσίως δρώντων ἔργα μιμεῖσθαι προαιρουμένοις· ἀλλ' ὅπως μὴ [2] ἀφύλακτον ᾖ, μηδὲ ἠμελημένον τὸ τοιοῦτο,

lemonis locum adſcribere debeo, quia noſtro eſt ſimilis. Ita ille in Fragm. p. 290.

Ὦ πῶς πονηρόν ἐςιν ἀνθρώπου Φύσις
Τὸ σύνολον, οὐ γὰρ ποτ' ἐξενήνοχεν νόμου.

5. Ζημίας ἀνάτασις.] Forte ἐπανάτασις, & dein ἀνάγκη γὰρ δεσπόζει. REISK. Ἀνάτασις, ἡ μετὰ πικρίας καὶ θρασύτητος ἀπειλή, ut *Suidas* loquitur. Dicitur quippe ἀνατείνεσθαι proprie de illis, qui baculum attollunt, qui minitantium geſtus eſt. Hinc ἀνάτασις & ἐπανάτασις in comminationibus ſaepe adhibentur. Vid: *Weſſel.* ad *Diod. Sic.* XIV, 3. Mox *Lipſ.* τοὺς μήπω ὁρωμένους.

1. Ὅπως μηδεμίαν ἐνδῶσι.] Videtur deeſſe οὐχ' ante ὅπως cui reſpondeat in lin. 29. ἀλλ' ὅπως VALENT. Forte οὐ μόνον, ὅπως μηδεμίαν ἐνδῶσι. REISK. οὐκ ὅπως in margine *Fogeroll.* iam adſcripſerat, & ſolet ſane apud Noſtrum & alios οὐχ' ὅπως dici pro οὐχ ὅπως, οὐ μόνον. Hoc tamen in loco οὐ μόνον per ellipſin mihi ſupprimi videtur. Sic enim ſolent ſcriptores Graeci, ſequente ἀλλὰ. Conſule interp. ad *Ioann.* Euang. XII, 44. & V. D. ad *Xenoph. Epheſ.* Obſ. Miſc. Vol. X. p. 201. Latini idem loquendi genus ſequuntur, qui *non* pro *non modo* dicunt, ſequente *ſed.* Segetem exemplorum conduxit *Cort.* ad *Salluſt.* in Iug. XIV, 23. Pro ἐνδῶσι, quod operarum vitio erat in *Cantabr.* edit. reſtitui ἐνδῶσι. male autem *Meermann.* ἀκουσίων.

2. Ἀφύλακτον ᾖ.] Ita recte *Valent.* male antea legebatur ἦν, quod erat etiam in *Bodlei. Codice.*

ὥστε πολλὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀκούσια συμβαίνειν. οὐ γὰρ συνέφερεν οὐδὲ τοῦτο, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ τὸ καθ' ἑκούσιον τρόπον φθείρειν ἀλλήλους. ὥστε τῶν ἀκουσίων τῶν μὲν, παρὰ τὴν 3 ἀσάθμητον αἰτίαν καὶ ἀφύλακτον γιγνομένων 4 ἀνθρωπίνῃ φύσει, τῶν δὲ, παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν καὶ 5 ἀνεπίσατον τῆς διαφορᾶς, βουληθέντες κωλύσαι τὴν 6 βλάπτουσαν αὐτοὺς πλησίον ῥαθυμίαν, οὐκ ἀθῶον κατέσησαν ζημίας οὐδὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν, ἀλλὰ 7 τῷ φόβῳ τῶν ἐπιτιμίων ἀφεῖλον τὸ πολὺ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας. οἶμαι δ' ἐ-

rent, quae inuoluntaria reuera essent. Nam neque id conferebat, easdem ob causas, ob quas etiam uetitum esse diximus, ne sponte homines sese mutuo perderent. Qua propter cum ex inuoluntariis alia ex incerta causa committantur, atque eiusmodi, quae ab humana natura euitari non possit: alia ex nostra negligentia, & incuria, quantum quid referat, non aduertentium: ut prohiberent, ne inertia nostra alii laederentur, neque inuoluntariam actionem impunitam reliquerunt: sed terrore poenarum huiuscemodi peccati copiam cohibuerunt. Atque

3. Ἀσάθμητον αἰτίαν.] αἰτίαν potest explicari caussa rerum ea, quae neque mentis sagacitate praeuideri & conjectura quasi diuinari potest. vereor tamen nihilominus, ne vocabulum sit minus idoneum. Reisk. Vocem ἀσάθμητος egregie inlustravit *D'Orvill.* ad *Chariton.* VI, 4. docuitque frequentissime de τύχῃ, ὄχλῳ & ἀνθρωπίνῃ φύσει adhiberi. Nihil illis addi debet.

4. Ἀνθρωπίνῃ φύσει.] Infra sic Noster saepius, nunquam vero ἀνθρωπεία φύσις illi dicitur. Hoc tamen dici, non illud, M. *Thomas* praecipit. Sed quo iure docebunt Te monita a Clar: *Dukero* ad *Thucyd:* III, 40. & *Wesseling:* Observ. I, 30. Nihil ergo insolens in illis S. *Iacobi* III, 7. δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ. Altera tamen vox maiorem notam antiquitatis habere videtur. Conf: Doct: *Pierson:* ad *Moerid:* p. 26.

5. Καὶ ἀνεπίσατον τ. δ.] τὸ ἀνεπίσατον τῆς διαφορᾶς est incogitantia & caecitas irae iurgantis, cum, qui rixatur, abreptus ab aestu irae, non satis se colligit, neque providet, quae paret, quid agat, sed temere fertur & inflammatus ardore mentis saevientis ea perpetrat, quae redditum sibi male habeant. Reisk. Ingeniosa est coniectura Viri D. qui malebat ἀνεπισάτητον τῆς διαφθορᾶς. Editor *Cantabr:* ante ἀνεπ: addiderat τὸ. Sed nec priores editiones, nec *Codd.* Mscripti illud agnoscunt. Saepe & apud Nostrum, & apud alios modo additum, modo neglectum articulum invenias, in quibus ad usum scriptoris attendere debemus.

6. Βλάπτουσαν αὐτοὺς] Aut pro αὐτοὺς legendum est simpliciter τοὺς, aut illo servato leg. αὐτοὺς καὶ τοὺς πλησίον. & ἰρσὸς, & *reliquos cives.* Reisk. *Lugdun:* & *Cantabr: Edit:* pro αὐτοὺς etiam τοὺς substituerant, quum vero omnes *Codd.* conspirent in αὐτοὺς, non dubito, quin librariorum culpa in unam vocem coaluerint, quae distingui debuerant, αὖ τοὺς. Consentientem habeo *Meerman: codicem.* Saepius id huic voculae apud Nostrum & alios accidit, uti dicetur alias. Vocem ῥαθυμίαν interpres dedit per *inertiam.* nec illud male. latius tamen patet, ac significat vitium animi dediti rebus nihili, & hinc etiam vitia inde fluentia complectitur. Inspice *Perizon:* ad *Ael:* V. Hist. IX, 9.

7. Τῷ φόβῳ τ. ε. α.] *Lips.* τῶν βοτῶν ἐπιτιμίων. prodigiosa corruptela. Perinde est servetur vulgata & accipiatur τὸ πολὺ pro *multitudine, frequentia, crebritate:* an legatur

que ego quidem exiſtimo conceſſas etiam a lege caedes conſuetis quibusdam expiationibus procurari non aliam ob cauſam a primis illis fuiſſe inſtitutum, quam quod a uoluntaria actione homines amouere quam longiſſime uolebant: quippe cum ipſis undecunque aliqua prohibitione eſſet opus, ne ad ea quae non utilia ſunt, perpetranda ita temere delaberentur. Vnde non ſolum mulctas ſtatuerunt, qui primi hoc animaduertere: ſed alium etiam terrorem ratione carentem iniecerunt, contaminatos eos eſſe denuntiantes qui hominum quomodocunque occidiſſent, niſi piaculis quibusdam ſeſe expurgaſſent. Ita enim mentis expers animi pars uario modo erudita, in conuenientem manſuetudinem deuenit:

9. Ἐξὶ βέβαιον.] Βέβαιον prius legebatur. Ego βιαίως commodius putavi, cui opponitur ἑκούσιον. VALENT. Saepe quidem haec vocabula confunduntur, qua de re *D'Orvill:* ad *Char: II*, 6. ſed hic nihil innovandum. Oraculum alibi mihi non lectum, certe in adverſaria non relatum fateor.

10. Ἑκούσιον ἂν κατανεύσῃ.] Superſtitio notiſſima. Adſcribere tamen debeo *Plut:* T. II. p. 729. F. ἔρδειν μὲν ἐκάλουν καὶ ἱέζειν ---- ἄχρι δὲ νῦν παραφυλάττουσιν ἰσχυρῶς τὸ μὴ σφάττειν πρὶν ἐπινεῦσαι καταστενδόμενον.

11. Χέρνιβ' ἐπιθ.] Extra uſum quidem ſacro-

§ 10. Capram uero in Icaro Atticae, quia uitem totonderat, primum interemerunt. Diomus item Poliei Iouis ſacerdos cum eſſet, bouem primus dicitur mactaſſe ex huiuscemodi occaſione: Cum Diipolia, id autem eſt Iouis feſtum, celebrarentur, & fructus ex antiquo more ad id eſſent praeparati, bos accedens ex ſacra pulte deguſtauit. at ſacerdos aliorum qui aderant, auxilio adiutus, eum interfecit. Atque apud Athenienſes quidem peculiares hae cauſae afferuntur: aliae apud alios dici ſolent: plenae tamen omnes mi-

§ 10. Αἶγα δ' [1] ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀττικῆς [2] ἐχειρώσαντο πρῶτον, ὅτι [3] ἄμπελον ἀπέθρεισεν. βοῦν δὲ Δίομος ἔσφαξε πρῶτος, ἱερεὺς ὢν [4] τοῦ πολιέως διὸς, ὅτι τῶν [5] διϊπολίων ἀγομένων, καὶ [6] παρασκευασμένων κατὰ τὸ πάλαι ἔθος τῶν καρπῶν, ὁ βοῦς προσελθὼν ἀπεγεύσατο τοῦ ἱεροῦ πελάνου· συνεργοὺς γὰρ λαβὼν τοὺς ἄλλους ὅσοι παρῆσαν, ἀπέκτεινε τοῦτον. καὶ παρὰ μὲν Ἀθηναίοις τοιαῦται κατὰ μέρος ἀποδίδονται αἰτίαι, ἄλλαι δὲ παρ' ἄλλοις λέγονται. πλήρεις δὲ πᾶσαι

crorum χέρνιψ dicitur τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. hoc tamen in loco, ut paſſim apud alios, de *aqua luſtrali* accipiendum. Vid. modo *Duk.* ad *Thucyd:* L. IV: 97. χέρνιβον & χέρνιβα quid vocarint, pulcre docebit quoque Doct. *Pierſon:* ad *Moerid:* Attic: p. 414.

1. Ἐν Ἰκάρῳ.] Meurſ. corrigit Ἰκαρίῳ. Vid. in Pop: Att. Ἰκαρία. VALENT. Recte: & ſic *Reiskius.*

2. Ἐχειρώσαντο.] Bene *Felic: interemerunt. Xenoph.* Exped. VII. p. 403. ἢν δέ τις ἀνθίσηται, σὺν ὑμῖν πειρασόμεθα χειροῦσθαι. alias χειροῦσθαι ὑηρία eſt *ſubigere*, *domare*, quo de uſu *Weſſ:* ad *Diod:* V, 39.

3. Ἄμπελον ἀπέθρισεν.] Ita recte reſtituebat *Valent:* & ante eum *Fogeroll: Suidas* Ἀπέθρισεν, ἀπέκειρεν. quo in loco fide non optima egit *Kuſter:* tu dexterrime reſtituentem lege *Abreſch:* Anim. ad Aeſchyl. II, 8. conſule etiam de voce *Barneſ:* ad *Eurip:* Hel. 1204.

4. Τοῦ Πολιέως διὸς.] Nulla urbs apud veteres, quae non peculiarem aliquem habebat Deum vel Deam, cuius curae ſe in primis committebat. Hinc θεοὶ πολιεῖς & πολιοῦχοι paſſim memorantur. Praeſertim vero Iupiter ſic vocabatur, quippe qui generali urbium tutela defungeretur. Teſtem dabo unum, ſed locupletem, *Hemſterh:* ad *Polluc.* IX, 26.

5. Διϊπολίων ἀγομένων.] Vid. Meurſ. Graec. Fer: VALENT. Res notiſſima ex illis qui antiquitates Graecas expoſuerunt. Paſſim vocant Διϊπόλια. Vid: *Heſ:* in V. & ibi V. D. apud quem tamen etiam Διπόλια ſcribitur. infra §. 30. vocat Διοσπόλια, quo nomine ſi veniant, fit certe rariſſime. Quia antiquiſſimum hoc eſt feſtum, inde factum, ut apud *Ariſtoph:* διϊπολιώδη dicantur *valde antiqua & obſoleta.* Βουφόνια etiam adpellarunt, propter illa quae de bove Noſter in ſeq: narrat. Vid: *Pauſ:* in Attic: & alios, quos excitant V. D. ad *Aelian:* V. H. VIII, 3. Plura hac de re infra. Aliqui haec in Dionyſiis accidiſſe volunt, plerique tamen in Diipoliis. Vid: Schol: *Ariſt:* in Nub: 979. Ἄγειν ἑορτὴν tritiſſima eſt locutio, qua de *Schol:* in *Ariſt:* Plut. 621. ibidemque *Hemſterhuſius.*

6. Παρασκευασμένων.] Rectius *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* παρεσκευασμένων. & hic ſtatim συνεργοὺς λαβὼν, ſine γὰρ.

7.

σαι οὐκ [7] εὐαγῶν ἀποδόσεων. λιμὸν δὲ οἱ πλεῖστοι αἰτιῶνται, καὶ τὴν ἐκ τούτου ἀδικίαν. [8] διὸ γευσάμενοι τῶν ἐμψύχων, ἀπήρξαντο καὶ τούτων, εἰωθότες τῆς τροφῆς ἀπέχεσθαι. ὅθεν οὐδὲ πρεσβύτερον τὸ θυσιῶν ὑπάρχον τῆς ἀναγκαίας τροφῆς [9] ἐκ τούτου ἀφορίζει ἂν τοῖς ἀνθρώποις τὸ βρωτέον. ἐπόμενον δὲ οἷς ἐγεύσαντο καὶ ἀπήρξαντο, οὐκ ἀναγκάζοι προσίεσθαι ὡς εὐσεβὲς, οὗ μὴ εὐσεβῶς τοῖς θεοῖς ἀπήρξαντο.

§ 11. [1] Μηνύει δὲ οὐκ ἧκιστα, οὐκ ἐξ ἀδικίας πᾶν τὸ τοιοῦτο λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, [2] τὸ μὴ ἐν παντὶ ἔθνει τὰ αὐτὰ, ἢ θύειν, ἢ ἐσθίειν, ἐκ δὲ τῆς χρείας τῆς πρὸς αὐτοὺς σοχάζεσθαι τοῦ καθήκοντος. [3] Παρὰ γοῦν Αἰγυπτίοις καὶ Φοίνιξι θᾶττον ἄν τις ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσαιτο ἢ θηλείας βοὸς. αἴτιον δὲ ὅτι χρήσι-

minime piarum assignationum. Famem enim, & iniustitiam quae ex ea euenit, plerique causantur: quod cum ex animatis sibi esset comedendum, ea diis mactarint: cum prius tamen ab eorum esu abstinere consueuissent. Vnde mos huiuscemodi sacrificiorum cum antiquior non esse conspiciatur, quam necessarius ex animalibus uictus fuerit, declarare hominibus satis potest, semouenda etiam animalia ab eo quod comedendum sit: neque necesse esse, ut ex iis quae illi comederint, & sacrificarint, illud quasi pium admittamus, quod diis non pie obtulerunt.

§ 11. Ex iniustitia autem huiuscemodi omnem ritum exordium sumsisse illud praecipue indicio est, quod non apud omnes gentes eadem uel sacrificant, uel comedunt: sed ex usu suo quid rectum & ex officio sit coniicere consueuerunt. Nam apud Aegyptios & Phoenices ex humanis carnibus potius, quam ex boue foemina degustarent: cuiusce rei causa est, quod ani-

7. Εὐαγῶν ἀποδόσεων.] Ἀποδόσεων suspectum. num ἀπολύσεων. *excusationum.* ἀπολύεσθαι est *se excusare, defendere.* Reisk.

8. Διὸ γευσάμενοι τ. ε.] Δι' ὃν scil: λιμὸν. deinde sic distinguo, γευσάμενοι τῶν ἐμψύχων, ἀπήρξαντο καὶ τούτων, εἰωθότες (subaudi τκύτης) τῆς τροφῆς ἀπέχεσθαι. Reisk.

9. Ἐκ τ. ἀφορίζει.] Repono ἀφορίζοι, ut erat in *Cod. Lipsi.* quod merito probabat *Reiskius*, & per coniecturam viderat *Abreschius.* iubet sic etiam *Meerm.* sed qui paullo post male ἀπήρξατο.

1. Μηνύει δὲ οὐκ ἧκιστα.] Scribendum videtur, μηνύει δὲ ἧκιστα οὐκ ἐξ ἀδικίας. -- Valent. Οὐκ ἧκιστα id est μάλιστα, ut bene *Schol: Thuc: I,* 3. quomodo ergo sensus in hisce sibi constat? Posterius οὐκ est spurium & e priori ortum, uti saepius per librarios Nostro accidisse vidimus. *Fogeroll:* correxerat τὸ ἐξ ἀδικίας.

2. Τὸ μὴ ἐ. π. ε.] Forte τὸ μὴ ἅπαντα τὰ ἔθνη. Reisk. *Meerm.* τῷ μὴ ἐ. π. ἐ.

3. Παρὰ γοῦν Αἰγ. καὶ Φ. &c.] Notat hanc superstitionem dicam an prudentiam? Aegy-

animalis huius quod utile admodum eſt, penuria apud ipſos erat. Iccirco cum tauros & ederent, & in ſacris mactarent, foeminis uero foeturae cauſa parcerent piaculi loco eſſe ſanxerunt, ſi quis manus in eas iniecisſet. Qua in re uſus pocul dubio & utilitas fuit, quae in uno, & eodem boum genere pietatem & impietatem ſtatueret. Quae cum ita ſeſe habeant, non iniuria uetat Theophraſtus, ne animalia ſacrificent, qui re uera ſe gerere pie uolunt, huiuscemodi alias ob cauſas.

σιμον τὸ ζῶον ὃν τοῦτο, ἐσπάνιζε παρ' αὐτοῖς. διὸ ταύρων μὲν καὶ ἐγεύσαντο καὶ ἀπήρξαντο. τῶν δὲ θηλειῶν φειδόμενοι τῆς γονῆς ἕνεκα, ἐν μύσει 4 τὸ ἅψασθαι ἐνομοθέτησαν, 5 καὶ τοίγε τῆς χρείας ἐφ' ἑνὸς καὶ ταυτοῦ γένους τῶν βοῶν τότε εὐσεβὲς καὶ τὸ ἀσεβὲς διώρισαν. 6 ὧν δὴ τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον, εἰκότως 7 ὁ Θεόφραστος ἀπαγορεύει μὴ θύειν τὰ ἔμψυχα, τοὺς τῷ ὄντι εὐσεβεῖν ἐθέλοντας, χρώμενος καὶ τοιαύταις ἄλλαις αἰτίαις.

§ 12. Q § 12.

gyptiorum & Phoenicum ſaepius Noſter. Vid: in fine huius libri, & IV, 7. *Hieron: II.* adv: Iovin: 7. *in Aegypto & Palaeſtina propter boum raritatem nemo vaccam comedit.* Barcaeos, Cyrenaeos & paſtoritios Afros inde ab Aegypto usque ad Tritonidem lacum, ab eſu vaccae abſtinere *Herod:* teſtatur. de aliis alii. Vid: *Bochart:* Hier: II, 32. Non itaque mirum hodie etiam Indorum Brachmanes, veterum Aegyptiorum, ut volunt, diſcipulos vaccis abſtinere, quam ob cauſſam Chriſtianos Europaeos abominantur. Adi *Iablonsk:* in Prol: Panth: Aegypt: p. 20. Diſce e Noſtro arcanum Reipublicae, veram abſtinentiae huius cauſſam. cum enim Aegyptus animalium haud admodum eſſet ferax, recte femellarum maior ratio habita quam marium. (non ſecus ac nuper graſſante lue providentiſſimi patriae Patres volebant.) Res in publicum utilis, in ſuperſtitionem dein verſa eſt & ſic beſtiarum cultui data occaſio. non poenitebit legiſſe *Moshem:* ad *Cudworth:* Syſt: p. 918. cui Noſter egregie patrocinari potuiſſet. Duraſſe ſuperſtitionem usque in Conſtantii Imperatoris tempora obſervat *Weſſel:* ad *Herod: II,* 41. *Spenceri* opinionem, Leg. Rit. II, 15. quod Deus vaccam mactari olim voluerit, ut Hebraei ad cultus vaccini contemtum & odium adducerentur, morari hic non debemus.

4. Τὸ ἅψασθαι.] Pro *comedere*, ut ſtatim γεύεσθαι, & διγγάνειν §. 3. ſic ſolent haec vocabula, ut paullo poſt dicam. in *cod. Bodl.* erat τι ἅψεσθαι.

5. Καὶ τοίγε ---- διώρισαν.] Τοίγε & διώριζαν mutanda duxi in τόγε & διώρισεν. VALENT. Aut ταῖς χρείαις, aut τῇ χρείᾳ. nam conſtat διώρισαν eſſe legendum cum *Cod. Lipſ.* REISK. Vel *Reiskio* accedendum eſt, vel pro τοὶ leg. τὸ ſeu forte τῷ. Sed & εὐσεβὲς ---- τῆς χρείας bene necti poſſunt. Male *Cantabr:* διώριζαν dederat. recte ceteri. Illa εὐσεβὲς καὶ τὸ in *Meerm.* non inveniuntur.

6. Ὧν δὴ τοῦτον &c.] Haec, usque ad finem paragr: e *Noſtro* exſcripta legas etiam apud *Euſeb:* P. E. IV. p. 157. B.

7. Ὁ Θεόφρ. ἀπαγ. μὴ θ.] Citat haec *Theodorit:* Serm: de Sacrif: p. 588. D. ſed ibi editur ἀπαγ. τὸ θύειν. notum eſt, & ſupra iam dictum, μὴ citra neceſſitatem ſaepe addi ἀπαγορευτικοῖς, & quae ἀπαγορεύσεως ſignificationem incluſam habent. Locus *Theophr:* videtur ex eodem libro petitus, unde is qui occurrebat §. 5. & infra §. 20. & 26. in omnibus enim illis de ſacrificiis agitur. dicam poſtea.

I.

§ 12. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐξ [1] ἀνάγκης μείζονος, ὡς ἔφαμεν, ἡμᾶς καταλαβούσης, κατήρξαντο αὐτῶν· λιμοὶ γὰρ αἴτιοι, καὶ πόλεμοι, οἱ καὶ [2] τοῦ γεύσασθαι ἀνάγκην ἐπήγαγον. ὄντων οὖν τῶν καρπῶν, τίς χρεία τῷ τῆς ἀνάγκης χρῆσθαι θύματι; ἔπειτα τῶν εὐεργεσιῶν [3] τὰς ἀμοιβὰς καὶ τὰς χάριτας, ἄλλοις μὲν ἄλλως ἀποδοτέον κατὰ τὴν ἀξίαν [4] τῆς εὐποιΐας, τοῖς δὲ εἰς τὰ μέγιστα ἡμᾶς εὖ πεποιηκόσιν, τὰς μεγίστας καὶ ἀπὸ τῶν τιμιωτέρων. καὶ μάλιστα εἰ αὐτοὶ εἶεν τούτων πάροχοι· κάλλιστα δὲ καὶ τιμιώτατα ὧν ἡμᾶς οἱ θεοὶ εὖ ποιοῦσιν, οἱ καρποί. διὰ γὰρ τούτων ἡμᾶς σώζουσιν καὶ νομίμως ζῆν παρέχουσιν. ὥστε ἀπὸ τούτων αὐτοὺς τιμητέον. [5] καὶ μὴν θύειν δεῖ

§ 12. Primum quia neceſſitate quadam maiore ingruente, ut diximus, ipſa ſacrificarunt: fames enim & bella in cauſa fuerunt, quae ea comedendi neceſſitatem attulere. Cum igitur ſuppetant fruges, quid opus tandem eſt, ut neceſſitatis ſacrificio utamur? Deinde quod cum beneficiorum remunerationes & gratiae aliae aliis pro beneficentiae dignitate reddendae ſint: iis qui in nos maxima beneficia contulerunt maxime ſunt retribuendae, & ex precioſiſſimis, praeſertim ſi ipſi nobis ea exhibuerint. Maxima autem & precioſiſſima quibus nos dii proſequuntur, fruges ipſae ſunt: quippe cum ipſis & nos conſeruent, & ut legitime uitam traducamus, exhibeant. His igitur uenerari eos debemus: & non ſacrificare ea quae ma-

1. Ἀνάγκης ---- ὡς ἔφαμεν.] Ὡς φαμὲν habent priores *edd. Cod. Lipſ.* & *Meerm.* Eleganter ἀνάγκη καταλαμβάνειν τινα dicitur, uti ſupra §. 24. ut mala ac calamitates, quae nos ſubito corripiunt & opprimunt. Ita δεῖμα apud *Dion: Hal: III.* p. 365. κακὸν *ibid. VIII.* 449. πόλεμος & ſimilia centies. Conſ: *Duker:* ad *Thucyd:* L. IV. c. 31. & *Weſſel:* ad *Herod: IV*, 11.

2. Τοῦ γεύσασθαι.] Uti ἅπτεσθαι & ſimilia pro *edere*, *veſci* apud Noſtrum & alios ὅσα κόνις. Cumulate tibi ſatisfacient V. D. ad *Luc.* A. A. X, 10. & *Hor: Vuringa* Anim: ad Vorſt: c. 8.

3. Τὰς ἀμοιβὰς ---- ἀποδοτέον.] Ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι eſt *gratiam referre*, *beneficia beneficiis rependere.* Infra §. 24. ἀμοιβὴν ἀποδιδοὺς. *Paull.* I. ad Tim. V, 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. ubi larga manu exempla dabunt interpretes, quibus nihil addi debet. *Reiskius* pro ἄλλως malebat ἄλλας, uti paullo poſt τὰς μεγίστας.

4. Τῆς εὐποιΐας.] Iterum voce utitur §. 24. quam non admodum probari dicit *Pollux* V, 40. Sed praeter *Auct.* Epiſt. ad Hebr. XIII, 16. *Alciphr:* & alii utuntur. Dixi in Fer: Daventr. L. I. c. 2. Mox *Reiskius* malebat τιμιωτάτων.

5. Καὶ μὴν θύειν δεῖ &c.] Habet haec etiam *Theodor:* Serm: de Sacrif: p. 588. & *Euſeb:* P. E. L. IV. p. 151. usque ad finem §. huius. illorum fide reſcripſi ſtatim πεμπτεῦμεν.

&

mactando neminem paſcemus. Nihil enim perinde ac ſacrificium innoxium eſſe omnibus debet. At ſi quis animalia quoque non minus quam fruges in uſum nobis deum tradidiſſe affirmet: is ſciat ea propterea non eſſe ſacrificanda, quia ex ſacrificio ipſis nocumentum infertur, dum anima priuantur. Sacrificium enim id eſt θυσία, quaſi ὁσίαν hoc eſt ſanctitatem quandam nomine ipſo prae ſe fert. Sanctus autem nemo eſt, qui ex alienis referre gratias uelit ſiue fructus, ſiue plantas ab inuito ſumſerit. Qui enim eſſe ſanctum id poteſt, cum iniuria illi afficiantur, a quibus ea auferuntur? Quod ſi ne ſi uiles quidem fructus ab aliis auferas, ſancte ſacrificas: ea quae fructibus longe ſunt precioſiora ab aliis ablata diis offerre ſanctum nullo modo eſt: quippe cum iniuria maior inde exiſtat. anima autem longe precioſior iis eſt, quae

δεῖ ἐκεῖνα, ἃ θύοντες, οὐδένα [6] πημανοῦμεν. οὐθὲν γὰρ ὡς τὸ θῦμα ἀβλαβὲς εἶναι χρὴ πᾶσιν. εἰ δέ λέγοι τὶς, ὅτι οὐχ ἧττον τῶν καρπῶν καὶ τὰ ζῶα ἡμῖν ὁ θεὸς εἰς χρῆσιν δέδωκεν, [7] ἀλλ' ὅτι γε ἐπιθυομένων τῶν ζώων φέρει τινὰ βλάβην αὐτοῖς, ἅτε τῆς ψυχῆς νοσφιζομένων, οὐ θυτέον ταῦτα. ἡ γαρ θυσία, ὁσία τίς ἐςι κατὰ τοὔνομα. ὅσιος δὲ οὐδεὶς, ὃς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀποδίδωσι χάριτας, κἂν καρποὺς λάβῃ, κἂν φυτὰ, μὴ [8] ἐκ θέλοντος. πῶς γὰρ ὅσιον, [9] ἀδικουμένων τῶν ἀφαιρεθέντων, εἰ δὲ οὐδὲ καρποὺς ὁ ἀφελόμενος ἄλλων, ὁσίως θύει, τά γε τούτων τιμιώτερα παντελῶς οὐχ ὅσιον ἀφαιρουμένους τινῶν, θύειν. τὸ γὰρ δεινὸν οὕτω γίγνεται μεῖζον· ψυχὴ δὲ πολλῷ τιμιώτερον τῶν

e

Q 2 ἐκ

& ſic etiam *Cod. Lipſ.* ac *Meerm.* errorem itaque diutius propagari non ſivi, & πoιμανοῦμεν, quod *edd.* obſederat, proſcripſi. vitium *Fogeroll:* iam viderat. Pro οὐθὲν ---- τὸ θῦμα *Theodor:* οὐδὲν τὸ θύειν.

6. Πoιμανοῦμεν.] Legi debet πημαν. ex Euſ: loc. cit. VALENT.

7. Ἀλλ' ὅτιγε.] Apud Euſ: qui & huius loci teſtimonio utitur in quarto ἀλλ' οὖν γε. VICTORIUS.

8. Μὴ ἐκ θέλοντος.] Ita recte. male apud *Euſeb:* ἐθέλοντος. Paullo ante repoſui ἀποδίδωσι. Editorum ſocordia errorem edit. principis in ἀποδίδοσι non adverterat.

9. Ἀδικουμ. τ. ἀφ.] Apud eundem excuſum eodem in loco, particula negandi praepoſita eſt mendoſe duobus his verbis, non tamen illa in ſcripto Euſ: invenitur, quare h. parte integrior eſt auctor. cum vero ſtatim legatur illic. εἰ δὲ οὐδὲ καρπῶν ὁ ἁψάμενος ἀλλοτρίων ὁσίως οὐ θύει ne illic quidem eadem particula legitur in manu exarato, ut neque apud auctorem: nam in aliis convenit ſcripto cum excuſo. cum vero idem excuſus infra diſcederet a lectione Porph: δεινὸν αὐτὸ legens, idem ſcriptus οὕτω habet. Quod etiam parvi ponderis eſt. abeſt quoque adverbium πάνυ ab hac ſententia, quae ab eodem

ἐκ γῆς φυομένων, ἣν ἀφαιρεῖσθαι θύοντα τὰ ζῶα, οὐ προσῆκεν.

§ 13. Ἀλλ' ἴσως τὶς ἂν εἴποι ὅτι καὶ τῶν φυτῶν [1] ἀφαιροῦμέν τι· ἢ οὐχ ὁμοία ἡ ἀφαίρεσις· οὐ γὰρ παρὰ ἀκόντων. καὶ γὰρ ἡμῶν ἐασάντων αὐτὰ, μεθίει τοὺς καρπούς· καὶ ἡ τῶν καρπῶν λῆψις, οὐ μετ' ἀπωλείας αὐτῶν, καθάπερ ὅτε ἂν τὰ ζῶα τὴν ψυχὴν πρόηται. καὶ τὴν παρὰ τῶν μελιττῶν δὲ τοῦ καρποῦ παράληψιν, [2] ἐκ τῶν πόνων ἡμῶν γιγνομένην, κοινὴν ἔχειν προσήκει καὶ τὴν ὄνησιν. συνάγουσι γὰρ αἱ μέλιτται ἐκ τῶν φυτῶν τὸ μέλι· ἡμεῖς δὲ αὐτῶν ἐπιμελούμεθα. Διὸ καὶ δεῖ οὕτω μερίζεσθαι, ὡς μηδεμίαν αὐταῖς γίγνεσθαι βλάβην. τὸ δὲ ἄχρηστον μὲν ἐκείναις, ἡμῖν δὲ χρήσιμον, εἴη ἂν μισθὸς ὁ παρ' ἐκείνων. [3] ἀφε-

e terra oriuntur: qua quidem priuare animalia ut sacrificemus, non conuenit.

§ 13. Sed fortasse dicet quispiam, ex plantis quoque nos quicpiam detrahere, dum fructuum oblationes diis facimus. At non similis ea detractio est: non enim fit ab inuitis. Nam si etiam nos plantas omittamus, nullamque uim afferamus, ipsae sua sponte fructus remittunt. Fructuum praeterea demptio, non cum interitu stirpium efficitur, sicut cum animalia animam effundunt. Fructus autem apum quia ex laboribus etiam nostris existit, ex eo conuenit, ut commune etiam emolumentum percipiatur. Ipsae enim hinc inde mel ex floribus delibantes colligunt: nos uero curam ipsarum habemus, ut merito ita partienda etiam utilitas sit, ne ipsae ullo damno afficiantur. Quod enim ipsis commodum non est, id nobis multos usus praestat: ut quasi merces ab illis sumendum esse uideatur.

Ab-

dem in eadem re confirmanda ponitur. τὸ τοίνυν μήθ' ὅσιον; μήθ' εὐδάπανον, οὐ πάνυ θυτέον. VICTORIUS.

10. Θύοντα τὰ ζ.] In singularem θύοντα omnes Porphyrii *codd.* conspirant. & sic *Euseb:* quoque. perperam ergo *Cantabr:* θύοντας dederat.

1. Ἀφαιροῦμέν τι ----] *Cod. Lipsi.* dat ἀφαιροῦμεν τι ἢ οὐ. οὐχ ὁμοία ---- *atqui ait sacrificantes nos etiam a plantis aliquid auferimus. An tu negas?* Respondet, *non par est ratio* ---- quod tantisper teneri poterit, dum melius reperiatur. mihi simplicius videtur ἢ prorsus omittere, ut natum e proximo τι. REISK. *Cantabr: Edit.* volebat ἀλλ' οὐχ. sed cum *Lipsi.* conspirat *Cod. Bodl.* ac *Meerm.* & vere, ut opinor. Sive cum *Reiskio* exponas, sive ἢ οὐ pro ἀλλὰ dictum putes. *Schol: Thuc: II, 62.* τὸ ἢ οὐ, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ. Sed vide de loco isto *Duker:* ad L. III, 36. Posset etiam ἦ legi, vel, quod *Abreschio* placebat, ἡ ἀφαίρεσις; per interrogationem.

2. Ἐκ τῶν πόνων ἡμῶν.] Forte ἐκ κοινῶν τῶν πόνων ἡμῖν γιγνομένου-κοινὴν ---- REISK.

3. Ἀφεκτέον ἄρα τῶν ζώων ἐ. τ. θ.] Citat haec *Euseb:* P. E. L. IV. p. 151. & *Theodor:* Serm: de Sacrif: p. 589. formula qua statim utitur, καὶ γὰρ ἄλλως, occurrit etiam sub init. §. 24.

4.

Abſtinendum igitur ab animalibus in ſacrificiis eſt. Accedit quod cum alia omnia deorum ſint, noſtri eſſe fructus uidentur, quippe cum nos eos & ſeramus, & plantemus, & aliis ſtudiis adhibitis enutriamus. Ex noſtris itaque, non ex alienis ſacrificandum eſt. Praeterea quod ſumptu paruo parabile eſt, quam quod magno, ſanctius, & diis gratius eſt, & ſacrificantibus item, cum aſſidue ad pietatem exercendam ſuppetat, facilius. Quod uero neque eſt ſanctum, neque uili ſumtu acquiri poteſt, etiam ſi adſit, adhibendum in ſacrificiis prorſus non eſt.

§. 14. Animalia autem ex iis non eſſe quae facile aut uili ſumptu comparentur, inde conſpici optime poteſt, ſi ad plerosque homines ſpectemus: non enim ſi aliqui ſint, qui multis ouibus, alii qui bobus abundent, conſiderandum in praeſentia eſt: primum quia multae gentes ſunt, quae nullum ex animalibus quae idonea ſacrificiis ſint, niſi admodum ignobilia habeant: deinde quod ex iis etiam qui in ciuitatibus habitant, plerique penuria horum

φεκτέον ἄρα τῶν ζώων ἐν ταῖς θυσίαις. καὶ γὰρ ἄλλως πάντα μὲν τῶν θεῶν ἐςιν, ἡμῶν δὲ δοκοῦσιν εἶναι οἱ καρποί· ἡμεῖς γὰρ καὶ σπείρομεν αὐτοὺς καὶ φυτεύομεν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις ἀνατρέφομεν. θυτέον οὖν ἐκ τῶν ἡμετέρων οὐ τῶν ἀλλοτρίων· ἐπεὶ καὶ τὸ εὐδάπανον, καὶ τὸ εὐπόριζον, τοῦ δυσπορίζου ὁσιώτερον, καὶ θεοῖς κεχαρισμένον, καὶ τὸ ῥᾷζον τοῖς θύουσν πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν ἕτοιμον. 4 Τὸ τοίνυν μήθ' ὅσιον, μήτ' εὐδάπανον, οὐ πάνυ θυτέον, εἰ καὶ παρείη.

§ 14. Ὅτι δ' οὐ τῶν εὐπορίζων καὶ εὐδαπάνων τὰ ζῶα, θεωρητέον, εἰς τὸ πολὺ τοῦ γένους ἡμῶν ὁρῶντας· οὐ γὰρ ἐπεὶ τινές εἰσι 1 πολύῤῥηνες καὶ πολυβοῦται τῶν ἀνθρώπων, τοῦτο σκεπτέον. πρῶτον μὲν ὅτι πολλὰ τῶν ἐθνῶν οὐ κέκτηται τῶν θυσίμων ζώων οὐθὲν, εἰ μή τις τῶν ἀτίμων λέγοι. δεύτερον δὲ, ὅτι τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς πόλεσιν οἰκούντων οἱ πλεῖοι σπανί-

4. Τὸ τοίνυν μήθ' ----] Haec iterum *Euſeb:* loco laud.

1. Πολύῤῥηνες καὶ πολυβοῦται τ. ἀ.] Forte τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντες εἰσὶν, ἀλλὰ ταύτῃ τοῦτο σκεπτέον. *quia ſunt in hominibus armentis aliqui gregibusque abundantes, ideo omnes his copiis praeſtant, ſed hic res eſt ſpectanda.* Reisk. Reſpicere videtur illa *Homer:* Iliad: I, 154.

Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύῤῥηνες, πολυβοῦται: Vid: ibi *Schol.* Paullo ante male *Bodl.* & *Meerm.* ὁρῶντες.

νίζουσι τούτων. Εἰ δὲ καὶ [2] τῶν ἡμέρων τις καρπῶν λέγοι σπανίζειν, ἀλλ' οὐ τῶν γε λοιπῶν τῶν ἐκ γῆς φυομένων· οὐδ' οὕτω χαλεπὸν τοὺς καρποὺς ὡς τὰ ζῶα πορίσασθαι. ῥᾴων ἄρ' ὁ πόρος τῶν καρπῶν καὶ τῶν ἀπὸ γῆς, ἢ ὁ τῶν ζώων. τὸ δ' εὐδάπανον καὶ εὔπορον πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν συντελεῖ, καὶ πρὸς τὴν ἁπάντων.

§ 15. Καὶ μαρτυρεῖ γε ἡ πεῖρα, ὅτι χαίρουσι τούτῳ [1] οἱ θεοὶ ἢ τῷ πολυδαπάνῳ. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοῦ [2] Θετταλοῦ ἐκείνου τοὺς χρυσόκερως βοῦς καὶ τὰς ἑκατόμβας τῷ Πυθίῳ προσάγοντος, μᾶλλον ἔφησεν Πυθία τὸν [3] Ἑρμιονέα κεχαρῆσθαι, θύσαντα [4] τῶν ψαι-

rum laborant. Nam si quis fructuum noſtorum inopiam ſibi eſſe dicat: caeteris tamen quae e terra oriuntur, non indigebit: neque ita difficile erit fructus, ut animalia comparare. Facilior igitur fructuum, & e terra naſcentium, quam animalium acquiſitio eſt. Quod uero eſt facilius, uiliorisque penditur, ad aſſiduam & cuiuslibet pietatem facit.

§ 15. Ac diis quidem haec magis placere, quam quae multos ſumptus requirant, rei ipſe euentus teſtatur. Nam cum olim Theſſalus ille boues deauratis cornibus, & hecatombas Pythio Apollini immolaret, magis aſſeruit Pythia Hermioneum ſibi fuiſſe gratifica-

2. Τῶν ἡμέρων τ. κ.] Forte τινὰς. REISK. Interpres legit ἡμετέρων. & ſic etiam eſt in *cod. Bodl.* ac *Meerm.* ſed nihil demutandum, quia opponuntur τοῖς ἐκ γῆς φυομένοις. ubi *Lipſ.* & *Meerm.* ἐκ τῆς γῆς. non male.

1. Οἱ θεοὶ ἢ τῷ πολυδαπάνῳ.] Subintelligitur μᾶλλον, cuius abſentia in eiusmodi verborum ordine non eſt inſolita. Exempla nobis I, 54. & alibi occurrebant. Plura dabunt *Needham:* ad *Hierocl:* in Aur: Carm: p. 138. & *Weſſeling:* ad *Diod: XI,* 11. quibus facile multa alia poſſent addi. mireris rem frequentiſſimam, ſed ſaepe non obſervatam, viros doctos ſubinde in errorem induiſſe. exemplis non utar.

2. Θετταλοῦ ἐκείνου τ. χ. β.] Forte ἐκείνου τοῦ τὰς χρυσόκ. REISK. Θετταλὸς dicitur qui aliis etiam Θεσσαλός. Vide quae de ſcriptura diſputat *Waſſ:* ad *Thuc: I,* 20.

3. Ἑρμιονέα κεχαρῆσθαι.] Κεχαρίσθαι. *gratificatum eſſe.* rem feciſſe gratam & acceptam. REISK. Optime. reſponſum Pythiae habemus apud *Hierocl:* in Aur: Carm: p. 26.

Ἀλλά μοι εὖαδε χόνδρος ἀγακλυτοῦ Ἑρμιονῆος.

ubi vid: *Needham:* docentem noſtro in loco *Bentleium* reſcripſiſſe κεχαρίσθαι, quo nihil verius. firmant ſequentia illa ἦν κεχαρισμένος. Idem placebat *Abreſchio.*

4. Τῶν ψαιςῶν ἐκ τοῦ πηριδίου τοῖς τ. δ.] Ψαιςὰ quae fuerint ſupra vidimus, ubi ψαισθέντα βυλήματα adpellat. Erant tenuiorum ſacrificia non alia fere quam illa, uti patet etiam ex illis quae leguntur infra §. 17. Divites tura, & alia id genus libamina, in aram coniiciebant, obſervabantque, ut ſummis digitis vel tura, vel fruges obferrent, ut ſcribit *Caſaub:* ad *Theophr:* C. Eth. p. 232. Immo tribus digitis id fieri conſuevit. *Ovid: II.* Faſt: 573.

Et

catum, qui e reticulo liba tribus digitis obtulerat. cumque ille ob id dictum reliqua omnia in aram in ignem inſuper conieciſſet: rurſus dixit, duplo eum ingratius ita faciendo ſe praeſtitiſſe quam prius fuerat gratus. Ita quod parabile eſt, diis placet: magisque numen ad ſacrificantium animum & mores, quam ad hoſtiarum copiam ſpectat.

§ 16. Similia his Theopompus etiam memoriae prodidit. Magnetem enim quendam ex Aſia inquit praediuitem hominem fuiſſe, qui cum copioſo pecudum grege abundaret, per ſingulos annos diis multa & magnifica ſacrificia exhibere conſueuerat, tum ob opum affluentiam, tum ob pieta-

ψαιζῶν ἐκ τοῦ πηριδίου τοῖς τρισὶ δακτύλοις. προσεπιβαλόντι δὲ διὰ τὸ ῥηθὲν τὰ λοιπὰ πάντα [5] τοῦ πυρὸς ἐπὶ τὸν βωμὸν, εἶπε πάλιν, ὅτι [6] δὶς τόσον ἀπέχθοιτο, τοῦτο δράσας, ἢ πρότερον ἦν κεχαρισμένος. οὕτω τὸ εὐδάπανον φίλον θεοῖς, καὶ μᾶλλον [7] τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει.

§ 16. Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ [1] Θεόπομπος ἱστόρηκεν, εἰς Δελφοὺς ἀφικέσθαι ἄνδρα Μάγνητα ἐκ τῆς Ἀσίας φάμενος, πλούσιον σφόδρα, κεκτημένον συχνὰ βοσκήματα. τοῦτον δ' εἰθίσθαι τοῖς θεοῖς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν θυσίας ποιεῖσθαι πολλὰς, καὶ μεγαλοπρεπεῖς· τὰ μὲν δι' εὐπορίαν

Et digitis tria tura tribus ſub limine ponit.

Confer. *Bod. a Stapel* ad *Theophr:* H. Plant. L. IX. c. 4. Contentus itaque erat Hermioneus eo ſacrificii genere, quod ditiores ceteris addere ſolebant, quodque ἐπιβύειν proprie dicebant, ut alio in loco dicetur.

5. Τοῦ πυρὸς.] Forte τῷ πυρὶ, aut τῶν πυρῶν. REISK. Niſi velis τῆς πύρας, ob illa quae praeceſſerunt. Voluiſſe ita Bentleium *Needh:* l. l. me docuit. pro προσεπιβαλόντι *Meerm.* προσεπιβαλλὸν τὶ.

6. Δὶς τόσον ἀπ.] Aut δὶς τόσῳ, aut δὶς τόσον. natum μα (in σῶμα) ex ν ultima litera vocabuli τόσον, & α ex initio ſequentis vocis ἀπέχθοιτο. REISK. Optime. δὶς τόσον *Fogeroll:* & *Valent.* iam correxerunt. Nec ſecus erat in *Cod. Bodl.* Recte ergo *Needham:* l. l. ſic quoque reſtituebat. Pati itaque nolui, ut τὸ σῶμα, quod ſolebat, diutius legeretur.

7. Τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ &c.] Aurea ſententia quam Noſter etiam §. 60. & alibi, priſcique ſapientes centies inculcant. Solum producam *Platon:* in Alcib: p. 459. B. quia locus eſt pulcerrimus. καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσι ἡμῖν θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. πολλῷ μᾶλλον, οἶμαι ἢ πρὸς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας. Et id quod viduae accidit in Euangelio, *Marc. XII,* 43. Nota mihi etiam elegantem paronomaſiam in ἦθος & πλῆθος, quam ſaepe ſectari ſolent auctores vetuſti. Poſt alios multa hac de re *Albert:* ad *Luc.* A. A. VIII, 30. Tale eſt illud §. 19. θεοφιλεῖς & πολυτελεῖς.

1. Θεόπομπος ἱστόρηκεν.] Plures fuerunt Theopompi, de quibus *Fabric:* in Bibl. Graec. *Menag:* ad *Diog: Laert:* III, 26. & VI, 14. aliique agunt. Et praeter illos Theopompus, Philoſophus Pythagor: cuius meminit *Liban:* Epiſt. 1526. quem *Wolfius* addi vult Pythagoreorum indici, a *Fabric:* vol. 1. nobis dato: Intelligebam hoc loco opus Theophr: περὶ εὐ-

αν [2] τῶν ὑπαρχόντων, τὰ δὲ δι' εὐσέβειαν καὶ τὸ βούλεσθαι τοῖς θεοῖς ἀρέσκειν. οὕτω δὲ διακείμενον πρὸς τὸ δαιμόνιον ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς, πομπεύσαντα δὲ ἑκατόμβην τῷ θεῷ καὶ τιμήσαντα μεγαλοπρεπῶς τὸν Ἀπόλλωνα, παρελθεῖν εἰς τὸ μαντεῖον [3] χρηστηριαζόμενον· οἰόμενον δὲ κάλλιστα πάντων ἀνθρώπων θεραπεύειν τοὺς θεοὺς, ἐρέσθαι τὴν Πυθίαν, τὸν ἄριστα καὶ προθυμότατα τὸ δαιμόνιον γεραίροντα θεσπίσαι, καὶ τὸν [4] ποιοῦντα τὰς θυσίας προσφιλεστάτας, ὑπολαμβάνοντα δοθήσεσθαι αὐτῷ τὸ πρωτεῖον. τὴν δὲ ἱέρειαν ἀποκρίνασθαι, πάντων ἄριστα θεραπεύειν τοὺς θεοὺς Κλέαρχον, κατοικοῦντα ἐν Μεθυδρίῳ τῆς Ἀρκαδίας. τὸν δ' ἐκπλαγέντα ἐκτόπως [5] ἐπιθυμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἰδεῖν, καὶ ἐντυχόντα, μαθεῖν τινα τρόπον τὰς θυσίας ἐπιτελεῖ. ἀ-

tatem, & quia diis placere ſummopere ſtudebat. Hunc ita affectum ad deum Delphos profectum cum ſacrificiis fuiſſe, cumque ibi magnifica hecatombarum pompa Apollinem fuiſſet ueneneratus, ad oraculum conſulendum fuiſſe ingreſſum: cumque ſe praeclariſſime omnium diis cultum exhibere arbitraretur, Pythiam interrogaſſe quisnam eſſet, qui optime & promptiſſime deum uenerare-tur, eique gratiſſima ſacrificia offerret, ratum fore ut ſibi palma ea in re ſine dubio concederetur: uatem autem reſpondiſſe omnium optime deos colere Clearchum, qui Methydrii, id Arcadiae oppidum eſt, habitaret. Illum autem mirum in modum admiratum in animum induxiſe ſuum, ut eo pergeret, atque hominem conueniret, ab eoque quo pacto ſacrificaret, ſciſcitaretur. Cum-

εὐσεβείας, cuius meminit *Schol: Ariſtoph:* ad Aves 1354. & ex illo *Voſſius* de Hiſt. Gr. I, 7. atque alii, quod Chio contribuunt, niſi illi prava lectione decepti fuerint, qua de re infra.

2. Τῶν ὑπαρχόντων.] Τὰ ὑπάρχοντα centies eo ſenſu Graecis dicuntur. Unde *Wetſten:* hoc ex loco inluſtrat *Luc.* in Euang. VIII, 3. profecto operae pretium erat, ut tredecim huius ſignificationis exempla coacervaret.

3. Χρηστηριαζόμενον.] Operarum, ut opinor, errore in *Cantabr:* erat χρησηριαζόμενον. Χρηστηριάζειν & χρηστηριάζεσθαι quid proprie ſint pulcre edocuit ὁ πάνυ ad *Diod: Sic:* L. XVI, 26.

4. Ποιοῦντα τὰς θυσίας.] Forte ποιούμενον. Reisk. Ita ſane Noſter frequentiſſime: nec tamen aliam illam formam plane reſpuit. vid: §. 22. & 56. paullo ante reſcripſi ἐρέσθαι cum antea legeretur ἔρεσθαι.

5. Ἐπιθυμεῖσθαι.] Ἐπιθυμῆσαι. quo etiam ducit lectio *Cod. Lipſ.* in quo legitur quidem ἐπιθυμεῖσθαι idque ab eadem manu, eſt tamen εἰ ita deformatum, ut facile appareat librarium in eo aliquid machinatum eſſe, cum aliud ante exaraſſet. Proximum ἐκτόπως non ad praemiſſum ἐκπλαγέντα, ſed ab ſubiectum ἐπιθυμῆσαι pertinet. *mirifico deſiderio hominem videndi exarſiſſe.* Reisk. V. ſupra I, 25. ubi ἐγχρονίζεσθαι pro ἐγχρονίζειν nobis occurrebat, quam vocem, quod i-

Cumque Methydrium confeſtim ſe contuliſſet, primum quidem oppidi exiguitate & humilitate conſpecta rem ita contempſiſſe, ut nedum inde priuatum quempiam, ſed ne ciuitatem quidem totam praeclarius, & magnificentius ſe uenerari deos poſſe exiſtimaret. nihilo minus tamen ad hominem acceſſiſſe, ab eoque requiſiuiſſe, ut modum quo deos coleret, ſibi explicaret. Clearchum uero ita dixiſſe: Ego quidem ſumma diligentia ſemper in conſtitutis temporibus diis ſacrifico: dum & ſingulis quibusque menſibus in nouiluniis Mercurium, & Hecatem, & reliquos deos quos maiores noſtri nobis reliquerunt, corono, atque orno, tureque ipſis, & libis, &

ἀφικομένου οὖν ταχέως εἰς τὸ Μεθύδριον, πρῶτον μὲν καταφρονῆσαι, μικροῦ καὶ ταπεινοῦ ὄντος [6] τοῦ μεγέθους τοῦ χωρίου, ἡγούμενον οὐχ ὅπως ἂν τινὰ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν πόλιν δύνασθαι μεγαλοπρεπέστερον αὐτοῦ, καὶ κάλλιον τιμῆσαι τοὺς θεούς. ὅμως δ' οὖν συντυχόντα τῷ ἀνδρὶ, ἀξιῶσαι φράσαι αὐτῷ, ὁντινα τρόπον τοὺς θεοὺς τιμᾷ. τὸν δὲ Κλέαρχον φᾶναι ἐπιτελεῖν καὶ σπουδαίως θύειν ἐν τοῖς προσήκουσι χρόνοις, [7] κατὰ μῆνα ἕκαστον ταῖς νουμηνίαις στεφανοῦντα καὶ φαιδρύνοντα τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἱερῶν, ἃ δὴ τοὺς προγόνους καταλιπεῖν, καὶ [8] τιμᾶν λιβανωτοῖς, καὶ ψαι-

R σο-

ibi monere, debueram, eadem forma habemus apud *Platon:* in Gorg: p. 327. E. de aliis Doct: *Abreſch:* Dil: Thuc: Auct: p. 282. Hoc in loco rectius *Meerm.* ἐπιθυμῆσαι.

6. Μικροῦ —— μεγέθους τ. χ.] Vocabulum μέγεθος hic nihil aliud quam *ſpatium & ambitum* oppidi ſignificat, & eſt ſignificationi tam magnae rei, quam parvae commune. Proinde recte comma abeſt ab ὄντος a *Cod. Lipſ.* haud diſſimulabo tamen Theopompum ita mihi videri dediſſe. ταπεινοῦ ὄντος ἐς μέγεθος τοῦ χωρίου. REISK. Μεθύδριον τόλιν μὲν οὐκ ἔτι, κώμην δὲ ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν συντελοῦσαν dicit *Pauſ:* L. VIII. p. 475. & 512. Ex quo enim condita eſt Megalopolis in vicum degeneravit. Conf: V. D. ad *Thucyd: V*, 58. μικροῦ τοῦ μεγέθους videtur ſpecies eſſe ὀξυμώρου, de quo loquendi genere multa Viri D. Contrarium πόλεις μεγέθει μεγίστας eleganter dixit *Aelian:* V. H. III, 18. Alia lege apud *Weſſeling:* ad *Herod: I*, 19.

7. Κατὰ μῆνα ἕκαστον &c.] Lex antiquiſſima Athen: ταῖς Νουμηνίαις θύειν, quae ſacra ἐπιμήνια dicebantur. Vid: *Petit:* Leg: A. L. I, 1. p. 158. Hinc *Plato* de Leg: VIII. p. 905. B. δώδεκα ἑορτὰς εἶναι τοῖς δώδεκα θεοῖς. ὧν ἂν ἡ φυλὴ ἑκάστη ἐπώνυμος ᾖ, τούτων ἑκάστοις ἔμμηνα ἱερά. Quare cum mos iſte diu ante Moiſis aetatem inter gentiles fuerit frequentiſſimus, Deus olim in noviluniis ſibi victimas inmolari voluit, ne Iſraëlitae, moribus antiquis addictiores, Gentium numinibus inmolarent, uti viſum fuit *Spencer:* de Leg: Rit: III, 4.

8. Τιμᾶν λιβανωτοῖς.] Adſcriptum erat in margine *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* λιβανωτός ἐστι, τὸ ἐκ λιβάνου γιγνόμενον ἄρωμα. ψαιστὰ δέ εἰσιν ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα ἀπὸ τῆς τοῦ μύλου περιψήσεως, ἅπερ ἐπεθυμίων τοῖς θεοῖς· πόπανα δὲ πλακουντία πλατέα καὶ λεπτά, καὶ περιφερῆ.

9.

σοῖς, 9 καὶ ποπάνοις. κατ' ἐνιαυτὸν δὲ θυσίας δημοτελεῖς ποιεῖσθαι, παραλείποντα οὐδεμίαν ἑορτήν. ἐν αὐταῖς δὲ ταύταις θεραπεύειν τοὺς θεοὺς, οὐ βουθυτοῦντα, οὐδὲ ἱερεῖα κατακόπτοντα, ἀλλ' ὅ, τι ἂν παρατύχῃ, ἐπιθύοντα, σπουδάζειν μέντοι ἀπὸ πάντων τῶν περιγιγνομένων 10 καρπῶν, καὶ τῶν ὡραίων ἃ ἐκ τῆς γῆς λαμβάνεται, τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπονέμειν· καὶ τὰ μὲν παρατιθέναι· τὰ δὲ 11 καθαγιάζειν αὐτοῖς. αὐτὸν δὲ τῇ αὐταρκείᾳ προσεσχηκότα 12 τοῦ θύσαι βοῦς προνοεῖσθαι.

§ 17. Παρ' ἐνίοις δ' ἱσόρηται τῶν συγγραφέων, 1 τῶν τυράννων μετὰ τὸ κρατῆσαι Καρχηδονίων, 2 ἑκατόμ-

& placentis ſacra offero: & quotannis publicas oblationes celebro, ita ut nullum ſolenne feſtum unquam omittam. In quibus ſane non mactatis bobus, neque uictimis iugulatis deos placo, ſed quibuslibet, quae facile occurrerint. Atque in primis illud ſtudeo, ut ex omnibus tempeſtiuis frugibus quae e terra mihi ſuppetunt, primitias diis reddam. alias ſiquidem mihi ad ueſcendum ſumo, alias aris eorum adolere conſueui. Nam cum eo ſim contentus, quod mihi eſt ſatis, ut boues immolarem, adiicere animum nunquam potui.

§ 17. Apud quosdam item monumentis literarum proditum eſt: quod cum tyranni multo cum certamine in-

9. Καὶ ποπάνοις.] Vid: Cel: *Rhunken:* ad *Lex: Tim: Plat:* in Πόπανα, ubi eodem modo quam in ſcholio laudato legitur, niſi quod pro πλακουντία ibi ſit πέμματα. quod *Suid:* & *Phot:* in Lex: Mſſ: etiam praeferunt. Confer: *Suid:* in Ἀνάξατοι. ubi parum recte *Interp. popana etiam placentae vocantur*, quem errorem caſtigavit Elegant: *Toup:* Emend: in *Suid:* p. 36. Vox migravit in Latium. Iuven: VI, 540.

tenui popano corruptus Oſiris.

λιβανωτὸς & πόπανον iunguntur *Menandro* infra 17. ubi plura.

10. Καρπῶν καὶ τῶν ὡραίων.] Sunt ὡραῖα etiam illa quae quotannis ſtatis temporibus ex animalibus proveniunt. Reisk. Ὡραῖοι καρποὶ ſunt proprie omnes fructus e terra provenientes, quibus pro anni & temporis ratione utebantur, verni, aeſtivi &c. prout ſua quique ὥρᾳ naſcerentur, vel potius maturi eſſent, nam de illis, non de inmaturis, quod V. D. ad *Diog: Laërt: II*, 32. volebat, dicitur. Res certa ex illis quae *Graevius* Lect: Heſiod: c. 2. & *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: III*, 69. docuerunt.

11. Καθαγιάζειν.] Forte καθαγίζειν. *adolere, igni conſumere.* Reisk. Per *adolere* dedit etiam *Felic:* & certe καθαγίζειν frequens eſt de victimis quae arae inpoſitae igne conſumuntur. *V. Weſſ:* ad *Diod: IV*, 23. Solent autem voces hae ſaepiſſime inter ſe permiſceri. Exemplo tibi ſint, quae V. D. ad *Polluc: I*, 26. obſervarunt.

12. Τοῦ θύσαι βοῦς προνοεῖσθαι.] Ante προνοεῖσθαι deeſt οὐ vel οὐδὲν. Reisk. Niſi προνοεῖσθαι *cavendi* vel *praecavendi* ſignificatione accipias, de qua H. *Steph:* in V.

1. Τῶν τυράννων.] Opinor Porphyrium reſpicere illam hiſtoriam quae habetur apud *Diod: Sic:* L. XI. & *Herod:* L. VII. de Gelone & eius ſociis. Valent. Gelonis res cum Karthaginienſibus tradit *Diod:* L. XI, 24. Sed ibi nihil quod huic loco convenit. Gelonem victoriam de Karthaginienſibus reportaſſe & Delphos pecuniam miſiſſe narrat *Herod: VII*, 65.

2. Ἑκατόμβας παραζῆσαι.] Παραζῆσαι propria ſacrificiorum vox. vidimus §. 25. nec mo-

inter ſe, & contentione poſt debellatos Carthaginenſes Hecatombas eximias Apollini adduxiſſent, quibusque delectaretur maxime interrogaſſent, deus praeter omnem ipſorum exſpectationem reſponderit, Docimi liba ſibi accepta potiſſimum fuiſſe. is Delphicus erat asperi cuiusdam loci cultor, qui cum ex agro eo die in urbem ueniſſet, ex appenſo facculo farinae paucos quosdam manipulos obtulerat: quibus deum magis oblectarat, quam illi qui ſacrificia ea magnificentiſſimo apparatu exhibuerant. Vnde ex poëtis quidam ob rei perſpicuitatem talia quaedam uidetur aſſeruiſſe: quem ad modum in Myſti fabula Antiphanes diſſerit:

Diis namque ſimplex uilitas rerum placet.

τόμβας κατὰ πολλὴν ἔριν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐκπρεπεῖς παραστάντων τῷ Ἀπόλλωνι, εἶτα πυνθανομένων αἷς ἡσθείη μάλιστα, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν αὐτῶν ἀποκρίνασθαι, διότι τοῖς Δοκίμου ψαιστοῖς. 3 Δελφὸς δὲ ἦν οὗτος, σκληρὰ γεωργῶν πετρίδια· κατιὼν δὲ ἀπὸ τοῦ χωρίου ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐκ τῆς περικειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας 4 δράκας ἐβυλήσατο, πλέον τέρψας τὸν θεὸν τῶν μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συντελεσάντων. ὅθεν καὶ 5 τῶν ποιητῶν τὶς διὰ τὸ γνώριμον ἀποφαίνεσθαι ἐδόκει τὰ τοιαῦτα· 6 ὡς Ἀντιφάνει ἐν μύσιδι λέγεται,

Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ.

Cu-

monerem, niſi ipſiſſimo dicto uſus eſſet *Lucian:* Deor: Concil: 13. κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραση̃ς.

3. Δελφὸς δὲ ἦν οὗτος. Cives aeque quam urbs ipſa dicebantur Δελφοὶ. τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως τῇ πόλει ut *Steph: Byz:* ſcribit. Exempla invenies apud *Periz:* ad *Aelian:* V. H. VI, 9. & *Boſſium* Obſ: Crit: c. 2. hic uti γεωργῶν πετρίδια, ſic apud *Iſocr:* de Pace p. 362. πέτρας γεωργοῦντες occurrunt.

4. Δράκας ἐβυλήσατο.] Velis forte ἐβυηλήσατο. Vocabulum βυλεῖσθαι rarius eſt, notat βυλήματα obferre, *V. Caſaub:* ad *Theophr:* C. Eth: p. 231. βυλήματα, inde dicta, quae fuerint apud veteres vidimus § 6. Frequentius eſt βυηλήσασθαι, de quo *Pollux: I,* 27. ſed ibi *codices* variant, & aliqui βυλήσασθαι habent. in *Bodl.* & *Meerm.* perperam erat ἐβηλύσατο. Δράκας quid vocaverint docent V. D. ad *Heſych:* in Δράξ. Pro τερψάς, quod ſequitur, *Lipſ.* τέρψαν.

5. Τῶν ποιητῶν τ.] Τισὶ. viſum eſt poëtarum quibusdam eiusmodi ſententias, ut locos communes nemini non notos inſpergere. dativum hic requiri & res ipſa monſtrat, & ſequens Ἀντιφάνει confirmat. Reisk.

6. Ὡς Ἀντιφάνει &c.] Verſionem illorum carminum Antiphanis debemus Clar: Grotio in exc. 617. ſic autem ſecundum & tertium ille legit

Τεκμήριον δ' ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς
Θύωσιν, ταύταις καὶ λιβανωτὸς ἐπετέτη.

Caetera enim quae interponuntur putavit ex interpretamento nata. Sequentes Menandri verſus idem Grotius vertit. Valent. Verſus Antiphanis ſic fere in metrum redigantur

Τεκμήριον δ' ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς
Θύωσιν, ἐπὶ τοῖς πᾶσι ἀκριλεξάτοις,
Ἅτερος ἁπάντων καὶ λιβανωτὸς ἐπετέθη.

τεκμήριον δὲ, ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινες θύωσιν, ἐπὶ τούτοις ἅπασιν, ὕστατος πάντων καὶ λιβανωτὸς ἐπετέθη.

Ὡς' ἄλλα μὲν τὰ πολλὰ παραναλούμενα,
Δαπάνην ματαίαν οὖσαν αὐτῶν οὕνεκα.
Τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ, τοῦτο ἀρεσὸν τοῖς θεοῖς.

Καὶ [7] Μένανδρος δ' ἐν δυσκόλῳ φησίν·

Ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὴς καὶ τὸ πόπανον·
Τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ ἅπαν τεθέν.

§ 18.

Cuiusce rei argumentum subiiciens,

Nam cum boum, inquit, *de grege sacrum quis fecerit*,

Post omnia aris turis additur uapor
Postremus: ampla ut caeterorum copia
Praeferre nil nisi gloriam offerentium,
Vanosque sumptus: quod ultimo infertur loco,
Videatur id placere diis uel pauculum.

Quin & Menander in Morosо, fabulae id est nomen, ita inquit.

Pia hinc oblatio turis & libaminum,

Quae iniecta flammis omnia accepit deus.

§ 18.

e lege carminis apparet, aut veteres λιβανοτὸς per ο scripsisse, aut in carmine ω & ο promiscue habuisse. argumentum rei hoc. *cum hecatombas sacrificarunt, post latissima omnia & splendidissima, postremum omnium thus offertur & arae imponitur.* REISK.

Ὡς Ἀντιφάνει. &c.] Varii fuerunt huius nominis: hic significatur ille quem plerique Rhodium fuisse putant, quo de *Fabric:* B. G. II, 22. Comoediam hanc laudat etiam *Athen:* X, 11. (ubi mulierum confabulationem fuisse docet, nullaque erat caussa, quare *Amyslidem* legendum putaret *Dalecamp.*) & 13. Μύσις haec, seu μεμνημένη, videtur cultum divinum praecepisse, qui non pompa & immensis sumtibus, sed pura sanctaque mente celebrabatur. Credibile enim est, Comicum in hac fabula corruptas sacrorum leges ac caeremonias pungere ac perfricare voluisse, ut bene obsservatum *T. Hemsterh:* Viro Eximio ad *Polluc:* X, 67. qui fragminis huius oblitus non fuit. Iam quod ad versus ipsos, *Grotii* quae fuerit opinio, *Valent.* dixit, non tamen de nihilo est, pro ἐπετέθη ibi legi ἐπιτεθύτη. ἐπιθύειν certe optime hic conveniret. Confer quae dicuntur § 59. Utique probabile mihi non est, omnia ea esse Antiphanis, quae Auctor inserit, usque dum ad Menandrum perveniat. Pleraque illorum e poëta sumta mihi persuadeo, non vero eum perpetua serie expressum. Quod si aurium me non fallat iudicium, illa certe τεκμήριον δὲ philosophi potius quam Comici esse videntur. de metro ideoque sollicitus non ero, quod si in illis *Grotii* sibi non semper constare notes, recorderis velim, Virum Summum sententiae passim maiorem curam, quam moduli habuisse. Ceterum τὰ ante τοιαῦτα deerat *Meerm.* cui *Cod.* adscriptum erat τοῦτο καὶ Σώπατρος λέγει ἐν ταῖς ἐκλογαῖς τῶν ἱστοριῶν. & sic etiam *Lipsi.* sed ibi pro λέγει est προφέρει.

7. Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ &c.] Apud *Menandr:* in Fragm: p. 52. sic legitur

\- - - - - - ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὴς
Καὶ τὸ πόπανον. τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
Ἅπαν ἐπιτεθέν.

Et sic *Grot:* in Exc: p. 719. & *Athen.*

§ 18 Propterea ſane etiam figlinis uaſis, & ligneis, & uimineis ad publica praeſertim ſacrificia uti conſuerant, deos oblectari ipſos rati. Vnde etiam nunc uetuſtiſſima uaſa quae figlina aut lignea fuerint, & ob materiam, & ob artis ſimplicitatem diuina eſſe magis exiſtimantur. Nam Aeſchilum inquiunt, cum fratres rogarent, ut paeana in deum ſcriberet, dixiſſe optima a Tynnicho fuiſſe conſcripta, quo circa ſua ſi Tynnichi hymnis conferrentur, non ſecus fore accepta quam ſtatuae nouae ſint, ſi ueteribus comparentur: illas enim licet ſimplici modo fabrefactae ſint, diuinas haberi: nouas quamuis accurate

§ 18. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς [1] κεραμίοις ἀγγείοις, καὶ τοῖς ξυλίνοις, καὶ πλεκτοῖς ἐχρῶντο, καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δημοτελεῖς ἱεροποιΐας, τοιούτοις χαίρειν πεπεισμένοι τὸ θεῖον. ὅθεν καὶ τὰ παλαιότατα ἤδη κεράμια, καὶ ξύλινα ὑπάρχοντα, μᾶλλον θεῖα νενόμισαι διά τε τὴν ὕλην, καὶ τὴν ἀφέλειαν τῆς τέχνης. τὸν γοῦν Αἰσχύλον φασὶν, [2] τῶν ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν θεὸν [3] γράψαι παιάνα, εἰπεῖν, ὅτι βέλτιςα [4] Τυννίχῳ πεποίηται. παραβαλλόμενον δὲ τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐκείνου, ταυτὸν πείσεσθαι τοῖς ἀγάλμασι τοῖς καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα· ταῦτα γὰρ καίπερ ἁπλῶς πεποιημένα, θεῖα νομίζεσθαι· τὰ δὲ

IV, 11. ubi vid: magnum Animadverſorem. De verſuum integritate conſuli debent interpretes. Bene Latinorum *tus pium*, cum hoc dicendi genere contendit Cel: *Burman:* ad *Ovid: I.* Faſt: 672. Et hoc uti in loco, ſic apud *Aelian:* V. H. XI, 5. iungitur πόπανον & λιβανωτός, ubi plura de hiſce ſacris *Periz.*

1. Κεραμίοις ἀγγείοις.] Solent fere alii ſubſtantivum per ellipſin ſupprimere. *Suidas* κεραμεῖον. ἀγγεῖον. τὸ δὲ κύριον κεράμιον, διὰ τοῦ ει μὴ πρόσκειται τὸ ἀγγεῖον. Sic Noſter ſtatim κεράμια adpellat. debuiſſet utique hic κεραμείοις legi, ſed ει & ι in huiuscemodi centies confundi alibi diximus.

2. Τῶν ἀδελφῶν.] Τῶν Δελφῶν. rogatum a Delphiis, ut Deum ſuum Appollinem, Delphicum puta, paeane conſcripto concelebraret. Reisk. Idem viſum fuit *Fabro* Epiſt: L. I. p. 187. nec diſſentire videtur *Fabric:* B. G. II, 6, 8. utinam codices addicerent! ſcribarum certe ſocordia ſaepius caput adpinxit Delphis, quo carere debebant, ut apud *Plut:* T. II. p. 965. C. & alios, quos excitat *Weſſeling:* ad *Herod: V*, 72.

3. Γράψαι παιάνα.] Bene, nam παιὰν proprie hymnus in Apollinem vel Dianam, licet latius etiam pateat, & ad laudes quascunque transferatur. Vid: *Wolfium* ad *Liban:* Epiſt. 1333.

4. Τυννίχῳ πεποίηται.] Non eſt inventus aliquis eius nominis. Repoſuimus igitur Phrynichum. Tragoedum Aeſchylo contemporaneum. Valent. Forte τῷ Ἰβύκῳ πεποίηται. ſed vid. Fabr: Bibl: Graec: I. p. 615. qui vulgatam e Platone defendit. Reisk. Et ſic etiam *Menag:* ad *Diog:* L. II, 42. & recte. Laudatur quidem *Platoni* in Min: p. 569. *Phrynichus* aliquis, ſed ille alius eſt. Fuere plures huius nominis, uti e *Fabric: Bibl: Gr:* & V. D. ad *Aelian:* V. H. III, 8. liquere poteſt, ſed cum verum auctorem habeamus, circumſpicere alios neceſſe non eſt.

5.

καινὰ, [5] περιέργως εἰργασμένα, θαυμάζεσθαι μὲν, θεοῦ δὲ δόξαν ἧττον ἔχειν. καὶ [6] τὸν Ἡσίοδον οὖν εἰκότως τὸν τῶν ἀρχαίων θυσιῶν νόμον ἐπαινοῦντα εἰπεῖν,

Ὡς κε πόλις ῥέζῃσι· νόμος δ' ἀρχαῖος ἄριστος.

§ 19. Οἱ δὲ τὰ περὶ τῶν ἱερουργιῶν γεγραφότες καὶ θυσιῶν, τὴν περὶ τὰ πόπανα ἀκρίβειαν φυλάττειν παραγγέλλουσιν, ὡς ἀρεσκὴν τοῖς θεοῖς ταύτην, ἢ τὴν διὰ τῶν ζώων θυσίαν· καὶ [1] Σοφοκλῆς διαγράφων τὴν θεοφιλῆ θυσίαν φησὶν ἐν τῷ πολυείδῳ,

[2] Ἦν μὲν γὰρ οἷος μαλλὸς, [3] ἦν δὲ κἀμπέλων.

Σπονδήτε καὶ ῥᾳξ εὖ τεθησαυρισμένη·

[4] Ἐ-

te elaboratas, admirationi quidem ob artificium esse, longe minorem tamen in se habere diuinitatis existimationem. atque iccirco merito Hesiodum ueterum sacrificiorum legem commendantem dixisse:

Vt populus sacrum faciat uetus optima lex est.

§ 19. At qui de sacrorum operatione & sacrifiiciis scripserunt diligentiam in libaminibus seruandam praecipiunt, quippe cum ea longe gratiora diis sint, quam sacrificium quod ex animalium mactatione offertur. Sophocles item diis gratum sacrificium exponens in Polyido ita inquit:

Nam uellus oblatum erat ouis, erat uitium
Libamen, acini & bene reseruatus latex:

Far-

5. Περιέργως εἰργασμένα.] Qualia illa fuerint facile intelliges, si vim potestatemque vocis περιεργάζεσθαι consideres. est quippe *cum cura aliquid elaborare*. hinc passim de summo dicitur & inmodico studio, quod in rem aliquam inpenditur, unde περίεργον notare coepit, quidquid nimii & supervacui est laboris. Adeant tirones *Periz:* ad *Aelian:* V. H. II, 44. & solet sic περὶ in aliis conpositis.

6. Τὸν Ἡσίοδον.] Vid: *Hesiod:* Fragm: vers. 169. sed ubi male haec, quasi *ex Antro Nymph.* petita, laudantur. Paullo post διὰ τῆν, transpositis vocabulis erat in *Edd:* antiquioribus *Lipsi. Cod.* & *Meerm.*

1. Σοφοκλῆς διαγρ.] Sophoclis carmina ibi adducta interpretatus est idem Grotius. VALENT.

2. Ἦν μὲν γὰρ &c.] A Sophocle haec accepta invenias etiam apud alios, sed diverso modo. Ac primum quidem versum sic refinxi, ἦν δὲ κἀμπέλων, cum antea legeretur ἦν δ' ἀμπέλου. Suadebat hoc & moduli ratio, & *Clem: Alex:* Strom: L. IV. p. 476. & *Grotii* in Exc: p. 139. qui sic expressérunt, auctoritas. debent haec explicari e lanae usu in sacris antiquorum, uti ἔρια καὶ μαλλὸς saepe iungi solent. Vid: *Hemsterh:* ad *Comici* Plut: 1055. μαλλοῦ pro θαλλοῦ dexterrime restituentem, & Porphyrium egregia luce circumfundentem. Conf: etiam *Castell:* de Fest: Graec: in Ἐφεσίων, & quo modo his, sed suo arbitrio, in rem suam utatur *Spencer:* Leg: Hebr: Rit. II, 15.

3. Ἦν δ' ἀμπέλου.] Forte ἦν δ' ἐξ ἀμπέλου. mox ὄλαις, id est οὔλαις, nam veteres ο & ω & οὐ promiscue habebant, & οὐλαὶ sunt idem atque ὀλαὶ κριθαὶ. grana hordei a mola nondum contrita. REISK.

4.

Farrago nec non fructuum promiſcua:

Liquorque oliuae pinguis, & faberrime
Apis reſinae fictilis cera fauus.

Veneranda autem in Delo erant ueterum monumenta, ex hyperboreis manipuligeris. Oportet igitur, ut expurgatis moribus ad deos accedamus

4 Ἐνῆν δὲ παγκάρπεια συμμιγὴς ὅλαις,
Λίπος τ' ἐλαίας καὶ τὸ ποικιλώτατον
5 Ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον·
6 Σεμνὰ δ' ἦν 7 τῶν πρὶν ὑπομνήματα ἐν Δήλῳ ἐξ ὑπερβορέων ἀμαλλοφόρων. 8 Δεῖ τοίνυν καθηραμένους τὸ ἦθος ἰέναι θύσοντας, τοῖς

4. Ἐνῆν δὲ παγκάρπεια &c.] Male apud *Grotium*
Ἐν τῷ δὲ παγκάρπεια συμμιγῆς ϛολαῖς.
Melius *Clem: Alex:* licet ordine paululum turbato, Ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὅλαις παγκαρπία. quod ποιητικώτερον videri poſſet. παγκαρπία forte diſplicuit librario, ignaro utroque modo multa huius generis efferri. οὐλαὶ quid fuerint Lexicographi docent. eodem redit, an ſic an ὅλαι ſcribas. cuius obſervationis neglectus effecit, ut V. D. culpam inpingeret *Lucian:* qua eum liberat *D'Orvill:* ad *Char: IV*, 2. poſterius hoc loco metrum poſtulat.

5. Ξουθῆς μελίσσης &c.] Apud *Clem:* pro ἐλαίας editur ἐλαίου. & ξανθῆς pro ξουθῆς. ſed poſterius illud amant poëtae, ut in Fragm: *Antiph:* apud *Athen: X*, 15. & infra § 21. Apud *Schol: Eurip:* qui hunc verſiculum laudat, legitur Ξουθοῦ μελίσσης &c. idque a Sophocle, non ſine cauſſa, profectum putabat *Valkenar:* vid: ad Phoenis. *Eurip:* p. 622. Eleganter ὄργανον μελίσσης *mel* dicit. ὄργανον ἀντὶ τοῦ ἔργον. *V. Schol: Eurip:* l. l. paſſim poëtae ἔργα μελίσσης vocant, vid: ad I, 21. Nota etiam mellis uſum in ſacris, quem diis gratiſſimum credebant. *V. Weſſeling:* ad *Diod: Sic: V*, 62. Secus quam Hebraeorum legislatori placuit, ſed id non pertinet ad hunc locum.

6. Σεμνὰ δ' ἦν τῶν &c.] Solebant antiquiſſimis temporibus Hyperboreorum ſacra in inſulam Delum mitti, manipuli frugum, idque ſollemni cum pompa & tripudio. "Αμαλλαι *manipulos frugum* notant, & Ἀμαλλοφόρῳ Cereri ſacra Athenienſes feciſſe legimus. Speciatim autem intelliguntur *hordei manipuli, primitiae ex hordeo:* quos enim Noſter ἀμαλλοφόρους, *Serv:* ad XI. Aen. 858. οὐλοφόρους adpellat. ſed de his diverſa admodum prodita legas, prout auctores ex ambitioſis Athenienſium narrationibus, vel aliunde hauſerint. mihi plura agitanti otium fecere viti praeclari quos ab interpr. ad *Herod: IV*, 33. hanc in rem excitatos video. Quum vero Delus antea vaſtata, ſub Hadriano forte aliquem ſplendorem reciperaverit, dubitari poſſet, an ritus iſte Porphyrii aetate in deſuetudinem iam abierit, nec ne? Prius ex hoc loco conficias, & tamen infra §. 28. de ſacris illis loquitur, quaſi quae ſuo adhuc tempore celebrata fuerint. Hinc probabile fieri poteſt, cetera quidem monumenta Deliaca male fuiſſe habita, aram tamen, de qua ibi ſermo, vim non fuiſſe factam. Vid: quae diſputat V. D. in Obſerv: Miſc: Vol. VII. T. I. p. 83. Certe Athenienſibus ab imperatore Hadriano datum fuiſſe, ut ſacra iſta vetuſto ritu adminiſtrarentur, neſcio unde probari poſſit. *Plutarch:* utique T. II. p. 1136. A. dicit, antiquitus illa ſacra, adhibitis tibiis, fiſtulis & citharis in Delum fuiſſe miſſa. quum ergo illo ſerior *Aelian:* V. H. III, 1. iſta de re loquatur, ac quae eo etiam tempore obſervaretur, id de ſuperiori ſeculo intelligendum eſt.

7. Τῶν πρὶν.] Subaudi, niſi addere mavis, ἐθῶν, aut νομίμων. REISK.

8. Δεῖ τοίνυν &c.] Fort ἔδει. *oportebat.* cui reſpondet νῦν δὲ *nunc autem.* & mox θεσφι-

λε-

τοῖς θεοῖς θεοφιλεῖς ταύτας θυσίας προσάγοντας, ἀλλὰ μὴ πολυτελεῖς. νῦν δὲ ἐσθῆτα μὲν λαμπρὰν περὶ σῶμα μὴ [9] καθαρὰν ἀμφιασαμένοις, οὐκ ἀρκεῖν νομίζουσιν πρὸς τὸ τῶν θυσιῶν ἁγνόν· ὅταν δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ἐσθῆτος τινὲς [10] λαμπρυνάμενοι, μὴ καθαρὰν κακῶν τὴν ψυχὴν ἔχοντες, ἴωσιν πρὸς τὰς θυσίας, οὐδὲν διαφέρειν νομίζουσιν. ὥσπερ οὐ τῷ θειοτάτῳ γε τῶν ἐν ἡμῖν χαίροντα μάλιστα τὸν θεὸν, διακειμένῳ καθαρῶς, ἅτε συγγενεῖ πεφυκότι. ἐν γοῦν Ἐπιδαύρῳ προεγέγραπτο,

[11] Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα

Ἔμμεναι ἁγνείη δ' ἐστὶ, φρονεῖν ὅσια.

§ 20.

§ 45. Διὸ καὶ ἄχρι τῶν γοήτων ἀναγκαῖα ἔδοξεν ἡ τοιαύτη προφυλακή· οὐ δύναται μέντοι διὰ παντός· [1] ἀσελγείας γὰρ ἕνεκα ἐνοχλοῦσι δαίμονας πονηρούς. ὥςε οὐ γοήτων ἦν ἡ ἁγνεία, ἀλλὰ θείων καὶ θεοσόφων ἀνδρῶν, φυλακὴν δὲ φέρουσα πανταχοῦ τοῖς χρωμένοις, τὴν πρὸς τὸ θεῖον οἰκείωσιν. ὡς εἴθε διὰ παντὸς αὐτῇ καὶ γόητες ἐχρῶντο, καὶ οὐκ γοητεύειν προυθυμήθησαν, ἀποκεκλεισμένοι ὑπὸ ταύτης ἀπολαύειν, ὧν ἕνεκα ἀσεβοῦσιν. ὅθεν [2] παθῶν ὄντες πλήρεις, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπεχόμενοι τῶν ἀκαθάρτων βρώσεων, μεσοὶ ὄντες ἀκαθαρσίας, [3] δίκας τίνουσι τῆς εἰς τὰ ὅλα παρανομίας, τὰ μὲν ὑπ' αὐτῶν ὧν ἐρεθίζουσι, τὰ δὲ καὶ [4] ὑπὸ τῆς πάντ' ἐφορώσης τὰ θνητὰ, καὶ ἔργα καὶ διανοήματα, δί-

§ 45. Vnde usque etiam ad praestigiatores & fascinatores huiuscemodi praecautionis necessitas procedit: non tamen uim in ipsis perpetuo habet, propterea quod flagitiorum & libidinis causa daemones malos inuocant. Quare fascinatorum non est castimonia, sed diuinorum, ac diuina sapientia imbutorum hominum: quae quidem ex conciliatione cum diis custodiam iis qui ipsa utuntur, afferre consueuit. Nam utinam perpetuo ipsa etiam praestigiatores uterentur: non enim praestigias sequi amplius uellent: quippe cum a fruendis illis abstraherentur, quorum causa impie agunt. Vnde cum perturbationibus sint pleni, & parumper ab impuris cibis abstinentes immunditia repleantur, poenas luunt sceleris quod in uniuersa sua operatione committunt, partim ab ipsis quos irritant, partim etiam a iustitia quae omnia mortalia & opera

cere, *sacris operari*. notum est loquendi istud genus, utroque in sermone centies inlustratum. vide § 59. *Athen. XIV*, 23. οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν ἔρδειν ὠνόμαζον.

1. Ἀσελγείας γὰρ ----] *Flagitiorum & libidinis* dedit interpres. ἀσελγεία quippe latissime patet, omnemque animi inpotentiam complectitur. diligentissime in ea voce versati sunt Philologi ad Epist. ad Rom. XIII, 13. & *D'Orvill.* ad *Charit. V*, 6.

2. Παθῶν ὄντες πλήρεις, μεσοὶ.] iungit etiam *Paull.* ad Rom. I, 29. πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ ---- μεσοὺς φθόνου &c. ubi vide *Kypkium*. μεσὸς παθῶν & similia centies occurrunt. Conser *D'Orvill.* ad *Char. V*, 8. p. 480. qui Porphyrii oblitus non fuit.

3. Δίκας τίνουσι.] Δίκην τίνειν proprie *mulctam pecuniariam solvere*, inde ad alia transfertur, notatque quamlibet poenam dare, seu sustinere. exempla ubivis obvia, diligenter tamen a V. D. ad *Paull.* II ad Thessal. I, 9. congesta.

4. Ὑπὸ τῆς πάντ' ἐφορώσης ---- δίκης.] *Hesiod.* Oper. 254.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα
Κυδνή τ' αἰδοίη &c.

ubi de Dea illa ultrice, quae Nemesis dicta Iovis solio adsidere credebatur, multa *Graevius*. quod illa Nostro omnia mortalia opera speculari dicatur, convenit illis *Euseb:* de Laud.

ra & conſilia ſpeculatur. Viri igitur diuini tam interna quam externa puritas eſt, qui ſicut ab animae affectibus, & a cibis qui affectus incitant, abſtinere ſtudet: ita eſca diuinae ſapientiae fruitur, & ſimilitudinem dei ſibi rectis de eo cogitationibus conciliat: quique intellectuali ſacrificio conſecratur, & alba cum ueſte, & nitida re uera impatibilitatis animae, & leuitatis corporis, non alienis & externis ſuccis in corpore, & perturbationibus in anima grauatus ad deum accedit.

§ 46. Non enim profecto in templis quae ab hominibus dicata diis ſunt, ge-

δίκης. ἀνδρὸς ἄρα θείου ἡ ἔσω καὶ ἡ ἐκτὸς ἁγνεία, [5] ἀποσίτου μὲν ἐκ παθῶν ψυχῆς σπουδάζοντος εἶναι, ἀποσίτου δὲ καὶ βρώσεων, αἱ τὰ πάθη κινοῦσιν, σιτουμένου δὲ θεοσοφίαν, καὶ ὁμοιουμένου ταῖς περὶ τοῦ θείου ὀρθαῖς διανοίαις, καὶ [6] ἀνδρὸς ἱερουμένου τῇ νοερᾷ θυσίᾳ, καὶ μετὰ [7] λευκῆς ἐσθῆτος, καὶ καθαρᾶς τῷ ὄντι τῆς ψυχικῆς ἀπαθείας, καὶ τῆς κουφότητος σώματος προσιόντος τῷ θεῷ, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίων καὶ ὀθνείων χυμῶν καὶ παθῶν ψυχικῶν [8] βεβαρημένου.

§ 46. [1] Οὐ γὰρ δὴ ἐν μὲν ἱεροῖς ὑπ' ἀνθρώπων θεοῖς ἀφωρισμένοις

Laud. Conſtant. ubi δίκης ὀφθαλμὸν ἔφορον dicit τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. quae & alia iam laudata video a *Kuſter.* ad *Suid.* in Δίκης ὀφθαλμός. *Syneſ.* de Regn. p. 19. δίκην θεοῦ πάντ' ἐφορᾷν καὶ πάντ' ἐπακούειν.

5. Ἀποσίτου μεν ----] Dictio ἀπόσιτος παθῶν (nam ἐκ tollendum videtur) comparari queat cum νηςεύειν κακότητος illa celebri & gravi ſententia Pythagorae, ni fallor. Reisk. Magnum divinumque hoc Empedoclis dictum arbitrabatur *Plut. V. Coel. Rhod.* Lect. Ant. XIV, 3. σιτεῖσθαι σοφίαν, & ſimilia e Lexicographis nota ſunt.

6. Ἀνδρὸς ἱερουμένου.] Uſitatius eſt ἱερωμένου, a verbo ἱερᾶσθαι. videtur quoque ἀνδρὸς tollendum, quia iam ſupra poſitum eſt. Reisk. Notant Grammatici diſcrimen inter ἱερᾶσθαι & ἱεροῦσθαι, hoc volunt dici illa quae conſecrantur, ἱερᾶσθαι de illis, qui ſacerdotio funguntur. Vide *Duker.* ad *Thuc. V*, 1. id velle putabam *Thom. M.* in illis quae perplexa dicit *Duker.* ἱερᾶσθαι & ἱερεύεσθαι de ſacrificiis dici, ſolum ἱερᾶσθαι, non ἱερεύεσθαι, de ſacerdotibus. ſed ibi vitioſam eſſe lectionem contendunt interpretes. *Euſeb:* etiam, haec forte reſpiciens, D. E. L. I. p. 29. D. ἱερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ, οὐ βουθυσίαις ---- δόγμασι δὲ ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας. Rem Noſter & alii toties ingerunt, uti ſupra aliquoties iam vidimus, ut cauſſa non appareat, quare haec Eum a *Paullo* accepiſſe opinemur cum V. D. ad *Epiſt.* ad Rom. XII, 1.

7. Λευκῆς ἐσθῆτος καὶ καθαρᾶς.) Conſer quae ad § 19. obſervata ſunt. notiſſima ſunt alba veſtimenta eorum qui ſacris operantur. συμβόλου χάριν γίνεσθαι τὸ ἔξωθεν κεκοσμῆσθαι τε καὶ ἡγνίσθαι recte *Clem. Alex.* Strom. IV. p. 531. B. merito itaque λευκὰ ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι συμφέρει, apud *Artemid.* Oneirocr. II, 3. Mox τοῦ σώματος *Meerm.* ſed male dein χειμῶνα pro χυμῶν.

8. Βεβαρημένου.] *Edit. Flor.* & *Lugd.* βεβαρυμένου. eodem redit. nam & βαρεῖσθαι & βαρύνεσθαι paſſim eſt *gravari*, *torpere*, *languere*, ac tribuitur animo, qui per inmodicum cibum, potum, curas &c. torpet. Tale eſt illud *Luc.* Euang. XXI, 34. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι. ubi multa V. Docti.

1. Οὐ γὰρ δὴ ἐν &c. Totum hunc paragraphum

καὶ [2] τὰ ἐν ποσὶ καθαρὰ δεῖ εἶναι καὶ ἀκηλίδωτα πέδιλα, ἐν δὲ [3] τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς, τῷ κόσμῳ τούτῳ, [4] τὸν ἔσχατον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν χιτῶνα τὸν δερμάτινον, οὐχ ἁγνὸν προσήκει διατηρεῖν, καὶ μεθ' ἁγνοῦ διατρίβειν ἐν τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς; εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ μεμολύνθαι αὐτὸν μόνον ὁ κίνδυνος ἔκειτο, ἐνῆν παριδεῖν ἴσως καὶ καταραθυμῆσαι. Νῦν δὲ παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ σώματος ἀπορροίας φέροντος δαιμονίων ὑλικῶν, ἅμα τῇ ἀκαθαρσίᾳ τῇ ἐκ σαρκῶν καὶ αἱμάτων, πάρεξιν ἡ ταύτῃ [5] φίλη καὶ προσήγορος δύναμις δι' ὁμοιότητα καὶ οἰκειότητα.

§ 47. Ὅθεν ὀρθῶς οἱ θεολόγοι τῆς ἀ-

geſtare puros, & macula omni carentes calceos debemus: in templo uero patris, qui mundus hic eſt, cura nulla habenda eſt, ut extima noſtri cutanea tunica pura conſeruetur, & cum ea pura & nitida ingrediamur. Nam ſi in eius tantummodo inquinatione periculum uerſaretur, negligere fortaſſe id liceret. Sed cum omne ſenſibile corpus defluxus quosdam materialium daemonum ſecum afferat fit, ut, ſimul cum impuritate quae ex carnium & ſanguinis eſu exiſtit, amica ipſi, & familiaris poteſtas ex ſimilitudine, & cognatione etiam adſit.

§ 47. Quocirca recte theologi abſtinen-

phum e Noſtro ſumſit *Cyrill:* Adv. Iulian. L. IX. p. 310. E. pro ὑπ' ἀνθρώπων ille ἀπὸ ἀνθρ. bene ἱεροῖς ---- ἀφωρισμένοις. ἀφορίζεσθαι enim proprie dicitur de illis, quae deſignantur & Deo dedicantur, uti peculiariter de agri parte, quae a reliquo fundo divinum in uſum ſeparabatur. prorſus uti ager Deo conſecratus γῆ ἀφορισμένη Alexandrinis ſenibus *Levit. XXVII*, 21. *Heſych:* τεμένη. ναοὶ, ἄλση, ἢ τὰ ἀφωρισμένα κατὰ τιμὴν χωρία. Adi *Salmaſ:* ad *Solin:* p. 767. laudatum V. D. ad *Paull.* ad Rom. I, 1.

2. Τὰ ἐν ποσί κ. ---- ἀκηλίδωτα π.] Ecquis ignorat ſacra veterum nudipedalia & Pythagorae praeceptum ἀνυπόδητος βύε καὶ προσκύνει? hauſiſſe ab Hebraeis creditur. Vid. *Moiſen* Exod. III, 5. & Libr. *Ioſuae* V, 15. Idem mos apud veteres quosdam Chriſtianos, de quo *Bingh:* Orig: Eccleſ: III. p. 342. nec hodie apud Indos aliasque gentes in deſuetudinem abiit. Ἀκηλίδωτον *Suidas* exponit ἄσπιλον. ἀκήρατον. Confer V. D. ad *Heſych:* in V. Ad rem noſtram *Syneſ:* Epiſt. 105. ἱερέα διὰ πάντων ἀκηλίδωτον εἶναι προσήκει.

3. Τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς τῷ κόσμῳ ----] *Cod. Lipſ.* ε. τ. νεῷ. id quidem Atticum, ſed Noſter in illas leges non iuravit, & paullo poſt per α effert. Attico tamen more infra § 54. Rem ipſam pulcre inluſtrat *Heraclit:* in Epiſt. apud *Steph:* Poëſ. Phil. p. 142. οὐκ ἴσε ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς χειρότμητος, οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς βάσιν ἔχει, οὐδὲ ἕνα περίβολον. ἀλλ' ὅλος ὁ κόσμος αὐτῷ νάος ἔστι. In ſacris etiam literis totum hoc univerſum tanquam templum Dei ſpectatur. Id ſignificat vates *Malach.* c. I, 11.

4. Τὸν ἔσχατον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν χιτῶνα.] Dixi ſupra I, 31. *Senec:* Epiſt: 92. *Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtima dicere: nam hoc quoque natura, ut quamdam veſtem, animo circumdedit. velamentum eius eſt.* Paullo poſt *Cyrill:* habet ἐνῆν καὶ παριδεῖν.

5. Φίλη καὶ προσήγορος δύναμις.] Bene haec iunguntur, ut infra φίλον καὶ προσήγορον. § 53. φίλα τε καὶ προσήγορα *Euſeb:* P. E. L. I. p. 2. A. προσήγορον quippe id quod *coniunctum atque amicum eſt*, unde opponitur τῷ μαχομένῳ, uti docet *Markl.* ad *Max. Tyr.* Diſſ. XI. inde Noſtrum luce circumdans.

6.

nentiae curam praecipuam adhibeant: & Aegyptius nobis haec manifeſtauit, cauſam maxime naturalem afferens, quam experientia comprobauerat. Quoniam enim anima praua, & irrationalis quae uiolenter erepta corpus deſeruit, eidem aſſiſtit quando quidem hominum quoque qui uiolenta morte intereunt, animae ad corpus ipſum immorari conſueuerunt: id quod ne quis ſe e corpore uiolenter eiiciat, uetat. Quoniam igitur uiolentae uiuentium caedes oblectari iis animas cogunt, quae deſeruerunt: prohibetur autem nullo modo anima ibi eſſe, quo cognatum quicpiam ipſum detrahit: unde etiam lamentari multae uiſae ſunt: in-

ἀποχῆς ἐπεμέλοντο. καὶ [1] ὁ Αἰγύπτιος ταῦθ' ἡμῖν ἐμήνυσεν, αἰτίαν ἀποδιδοὺς φυσικωτάτην, ἣν ἐκ τῆς πείρας ἐδοκίμασεν. [2] ἐπεὶ γὰρ ψυχὴ φαύλη καὶ ἄλογος, ἡ τὸ σῶμα ἀπέλειπε, [3] βίᾳ συληθεῖσα προσμένει τούτῳ, [4] ὅπου γε καὶ τῶν ἀνθρώπων αἱ τῶν βίᾳ ἀποθανόντων, καὶ κατέχονται πρὸς τῷ σώματι ([5] ὃ δὲ τοῦ μὴ βίᾳ ἑαυτὸν ἐξάγειν ἦ κωλυτικὸν). ἐπεὶ οὖν τῶν ζώων αἱ βίαιοι σφαγαὶ, ἐμφιλῆδεῖν τὰς ψυχὰς [6] οἷς ἀπολείπουσιν ἀναγκάζουσιν, διείργεται δὲ οὐδαμῶς ψυχὴ ἐκεῖ εἶναι, ὅπου τὸ συγγενὲς καθέλκει αὐτὴν, ὅθεν καὶ ὀδυρόμεναι ὤφθησαν πολλαί. [7] καὶ αἱ τῶν

1. Ὁ Αἰγύπτιος.] Eſt Plotinus. Reisk. Is quippe patriam habuit Lycopolin Aegypti, cuius nominis cum duae urbes fuerint, ea quae in Thebaide ſita erat, ſignificari videtur *Fabric:* ad Noſtr. in V. *Plot.* Bibl. Gr. IV, 26.

2. Ἐπεὶ γὰρ ψυχὴ.] Adverbium ἐπεὶ in periodo perquam circumducta & ambitioſa, repetendae orationis gratia, velut index itineris aberraturo lectori, bis iteratur, ſemel verſu 26. tum iterum verſ. 37. Statim pro ἢ τὸ σ. in *Lipſ.* eſt ἢ voluit εἰ quae vera eſt lectio. Reisk. *Meerm.* etiam ἢ.

3. Βίᾳ συλληφθεῖσα.] Sic edebatur, ſed repoſui συληθεῖσα. bene ſit *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* qui veram nobis ſcripturam ſervarunt, quam firmat *Felic.* & *M. Ficin.* qui dedit *exſpoliata.* doctrinam ipſam quam ingerit Noſter de infelicitate animarum hominum illorum, qui violenta caede perierunt, multi inluſtrant. Vide *Fort. Licetum* de Recond: Antiq: Lucern: L. III. c. 7.

4. Ὅπου.] Eſt indicium argumenti ad demonſtrandam veritatem ſententiae propoſitae allati: mox deeſt verbum ante καὶ κατέχονται. e. c. φεύγονται, ἐμβονται, πλανῶνται vel ſimile quid, aut καὶ eſt delendum. Reisk.

5. Ὃ δὲ τοῦ μὴ ----] Rectius antea legebatur ὃ καὶ τοῦ μὴ. & ſic erat in *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* Βίᾳ ἐξάγειν, ἐξάγειν ἑαυτὸν, ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου, τοῦ ζῆν &c. de illis dicunt, qui vi ſibi vitam eripiunt, ἡ ψυχὴ quippe ὁ ὄντως ἄνθρωπος, ut dicit § 47. Vid: *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: III,* 33. & V. D. ad *Xenoph: Epheſ:* Miſc: Obſ: Nov: p. 52. Bene Noſter hanc ſententiam confutat, qui ipſe de ſe interficiendo aliquando cogitaverat, uti ſcimus e vit. *Plot:* c. 2. *Vetat Pythagoras iniuſſu imperatoris, id eſt, dei, de praeſidio & ſtatione vitae decedere. Cicer:* de Senect: c. 21. ſecus quam Porticenſibus, ut ſic dicam, aliisque viſum fuit, licet & illi mortem temere maturandam non putarent. Sed de dogmate *Pythagorae* lege *Holſtenium:* in vit. Porph: c. 8. & V. D. ad *Hierocl:* in Aur: Carm: p. 260.

6. Οἷς ἀπολείπουσιν.] Scilicet σώμασιν, quod haud ſcio an ſit addendum. Reisk.

7. Καὶ αἱ τῶν ἀτάφων παρὰμ. &c.] De anima-

ἀτάφων παραμένουσι τοῖς σώμασιν, αἷς καὶ οἱ γόητες καταχρῶνται πρὸς αὐτῶν ὑπηρεσίαν, βιαζόμενοι τῇ τοῦ σώματος ἢ μέρους τοῦ σώματος κατοχῇ. ἐπεὶ οὖν ταῦτα ἰσόρησαν, καὶ φύσιν ψυχῆς φαύλης καὶ συγγένειαν [8] καὶ ἡδονὴν ἔχει πρὸς τὰ σώματα, ἐξ ὧν ἀπεσπάσθη, εἰκότως ἐφυλάξαντο τὴν τῶν σαρκῶν θοίνην, ἵνα ἀλλοτρίαις ψυχαῖς βιαίοις καὶ [9] ἀκαθάρτοις πρὸς τὸ συγγενὲς ἑλκομέναις, μὴ ἐνοχλοῖντο, μηδὲ ἐμποδίζοιντο προσέρχεσθαι μόνοι τῷ θεῷ, δαιμόνων τῇ παρουσίᾳ ἐνοχλούντων.

inſepultorum quoque animae corporibus aſſident: quibus uenefici abutentes, ad miniſterium ſuum uel totius corporis uel partis alicuius detentione compellunt. Quia igitur & naturam prauae animae, & cognationem, & uoluptatem animaduerterant, quam erga corpora ex quibus auulſa fuerit, habere conſueuit; non iniuria eſum carnium euitarunt: ne alienis animabus uiolenter ereptis & impuris ad cognata ſibi attractis interturbarentur, impedirenturque quo minus ſoli ad deum accederent praeſentia daemonum interpellati.

§ 48. [1] Ὅτι γὰρ ὁλκὸν τῆς ψυχῆς ἡ τοῦ συγγενοῦς σώματος φύσις, ἡ πεῖρα τούτους ἐδίδαξεν διὰ πλειόνων. οἱ γοῦν ζώων μαντικῶν ψυχὰς δέξασθαι βουλόμενοι εἰς ἑαυτοὺς, τὰ κυριώτατα μόρια [2] κατα-

§ 48. Cognati enim corporis naturam attrahendae animae illecebram eſſe, experientia in pluribus ipſos docuit. Nam qui in ſe uaticinatoriorum animalium animas excipere cupiunt, praecipua illorum membra, corda uide-

mabus pravis & non purgatis *Plato* in Phaed: p. 61. D. ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεται τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον ---- ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη. Sic etiam anima eorum qui violenta morte perierant, unde νεκρομάντεις qui animas de futuris conſulebant, in ſepulcris pernoctare ſolebant. *V. Elsner:* ad *Matth. VIII*, 28. Credebantur illae animae reliquias ſordium antiquarum retinere, qua de re *Gal:* ad *Iamblich:* Myſt: II, 5. & multi alii. Prudenter perſuaſione iſta, huiusmodi animas non quieſcere, antequam cadavera eſſent ſepulta, in rem ſuam utebantur legiſlatores, ne homicidia tuto ac faeile committerentur: quo in argumento pulcre verſatur Doct: *Warburton:* in Moiſ: Divin: Legat: L. II. p. 368.

8. Καὶ ἡδονὴν ἔχει.] Ita noſtri *codd.* habent. *Valent.* poſt ἡδονὴν ἣν inſeruerat, idque recte. ſyllabae cum duae eiusdem ſoni ſequerentur, altera alteram abſorpſit. millies id Graecis ac Latinis auctoribus accidit.

9. Ακαθάρτοις.] Operarum, ut opinor, vitio in *Flor.* erat ἀκατάρτοις, quod non modo *Lugd. edit.* fuerat ſecutus, ſed *Cantabr.* quoque conſpici voluerat. auctoritatem in re manifeſta non deſideras. recte *Lipſ.* & *Meerm.*

1. Ὅτι γὰρ ὁλκὸν &c.] Vid: Pſell: de Daemonib: & Gaulm: not. p. 142. VALENT.

2. Καταπίοντες οἷον καρδίας κορ. &c.] Κατα-

πό-

delicet coruorum, aut talparum, aut accipitrum deuorant, utpote quae aſſidentem animam dei inſtar uaticinantem habeant, quae una cum corporis iniectione in ipſos quoque ſeſe inſinuet.

§ 49. Merito igitur philoſophus, deique qui ſupra omnes eſt ſacerdos ab omni animatorum eſu abſtinet: dum ſoli deo ſolus accedere per ſe ipſum ſtudet, ſine ulla comitantium interturbatione: eſtque cautus, & ſigna futurorum percipit, & rerum naturas intelligit, prudens, temperatus, modeſtus, atque undecunque ſalutem ſuam procurans. Et quemadmodum qui alicuius particularis dei eſt ſacerdos & dedicationis ſta-

ταπίοντες, οἷον καρδίας κοράκων, ἢ ἀσπαλάκων, ἢ ἱεράκων, ἔχουσιν παροῦσαν τὴν ψυχὴν, καὶ χρηματίζουσαν ὡς θεὸν, καὶ [3] εἰσιοῦσαν εἰς ἑαυτοὺς ἅμα τῇ ἐνθέσει τῇ τοῦ σώματος.

§ 49. Εἰκότως ἄρα ὁ [1] φιλόσοφος, καὶ θεοῦ, τοῦ ἐπὶ πᾶσιν, ἱερεὺς, πάσης ἀπέχεται ἐμψύχου βορᾶς, μόνος μόνῳ [2] διὰ τοῦ ἑαυτοῦ θεῷ προσιέναι σπουδάζων, ἄνευ τῆς τῶν παρομαρτούντων ἐνοχλήσεως, καὶ ἔξιν εὐλαβῆ τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας [3] ἐξισορηκώς. ἴσως γὰρ πολλῶν ὁ ὄντως φιλόσοφος καὶ σημειωτικὸς, καὶ καταληπτικὸς τῶν τῆς φύσεως πραγμάτων, καὶ συνετὸς, καὶ κόσμιος, καὶ μέτριος, πανταχόθεν σώζων ἑαυτόν· καὶ ὥσπερ [4] ὁ τινὸς τῶν κατὰ μέρος ἱε-

πόσεις τινων vim vaticinandi adferre dicit *Iamblich:* Myſt: III. 14. ubi vid. *Galeum.* & de animalium partibus, quae ad divinationem maxime credebantur facere, lege *Eumd.* ad III, 22, in corvos quippe, accipitres aliasque aves ſpiritum ingredi cenſebant. huius rei futilitatem tangit *Euſeb:* D. E. L. V. p. 209. quem etiam vid: contra Hierocl: p. 918. C. in primis autem veſcebantur corde, quia iſtud animae ſymbolum. Lege quae erudite diſputavit Cel: *Michaelis*, in Diſſert. de corde & cerebro. ceterum τὰ κυριώτατα exciderat in *Meerm.*

3. Εισιοῦσαν εἰς ἑαυτοὺς.] *Lipſ.* & *Meerm. Cod.* εἰς αὐτοὺς, quod praefero. ἔνθεσις eſt quod Latinis *offa* vel *buccea.* κισμίως ἐσθίοντες ποιεῖτε τὴν ἔνθεσιν κατὰ τὸν ἥδιστον Ἀντιφάνη. *Athen: IV*, 17.

1. Φιλόσοφος, καὶ θεοῦ ἱερεὺς.] Uti homines pii ac ſancti ſaepe ἱερεῖς τοῦ θεοῦ in ſacris literis adpellantur. Stoici dicebant ἱερὰ μόνον εἶναι τὸν σοφὸν. Res eſt notiſſima.

2. Διὰ τοῦ ἑαυτοῦ θεῷ προσ.] *Edd.* antiquiores, *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* διὰ τ. ἑ. θεοῦ. quod probabat *Reiskius*, ac dixiſſet διὰ τοῦ ἐν ἑαυτῷ θεοῦ. *per deum* vel *numen ſuum internum.* θεῷ tamen ſuadent illa quae praeceſſerunt, προσέρχεσθαι μόνοι τῷ θεῷ, & quae ſequuntur, § 52. αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ ---- προσιὼν τῷ θεῷ. Crediderim paene haec ferire Chriſtianos. Dominus Ieſus quippe ἱερεὺς qui ſervat τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ ut dicitur in Epiſt. ad *Hebr.* VII, 25. quem locum ſine dubio legerat *Porphyrius.*

3. Ἐξισορηκώς.] Omnes *Editiones* & *Cod.* etiam *Meerm.* (ſed in quo paſſim ι & η confunduntur) ἐξισορικώς, ſed apud *Valent.* per errorem operarum. Forte etiam in *Victoriana.* Bene autem *Lipſ. Suidas.* ἐξισορήσαντες. ἀνιχνεύσαντες. διηγησάμενοι. & firmat ex *Herodoto.*

4. Ὁ τινὸς τῶν ----] Forte ὅτινος τῶν κατὰ μέ-

ἱερεὺς, ἔμπειρος τῆς ἱδρύσεως τῶν ἀγαλμάτων αὐτοῦ, τῶν τε ὀργιασμῶν καὶ τελετῶν, καθάρσεων τε, καὶ τῶν ὁμοίων, οὕτως ὁ τοῦ ἐπὶ πᾶσιν θεοῦ ἱερεὺς, ἔμπειρος τῆς αὐτοῦ ἀγαλματοποιΐας, καθάρσεων τε καὶ τῶν ἄλλων, δι' ὧν συνάπτεται τῷ θεῷ.

§ 50. [1] Εἰ δὲ οἱ τῶν τῇδε ἱερεῖς καὶ ἱεροσκόποι καὶ τάφων ἀπέχεσθαι κελεύουσιν ἑαυτοῖς τε, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ [2] ἀνδρῶν ἀνοσίων, καὶ ἐμμήνων καὶ συνουσιῶν, καὶ [3] θέας ἤδη αἰσχρᾶς, καὶ πενθικῆς, καὶ ἀκροάσεως πάθος ἐγειρούσης (ἐπεὶ πολλάκις φαίνεται, καὶ διὰ τοὺς παρόντας ἀκαθάρτους, ὃ ταράττει τὸν ἱεροσκόπον· διὸ καὶ τὸ θύειν ἀκαίρως καὶ βλάβην μείζονα φέρειν ἢ κέρδος φασὶν) [4] ἤπου γε ὁ τοῦ πατρὸς ἱερεὺς αὐτὸς τάφος γίγνεσθαι νεκρῶν σωμάτων ὑπομένει; αὐ-

statuarum eius, & sacrificiorum, & ceremoniarum, & expiationum, & similium peritus est: sic omnibus praesidentis dei sacerdos simulacrorum eius, expiationum, aliorumque omnium quibus ipsis coniungitur, experientia callet.

§ 50. Quod si eorum qui hic sunt, sacerdotes & sacrifici & sibi & aliis iubent, ut a sepulchris, & hominibus profanis, & menstruatis, & coitu, & spectaculo etiam turpi, & lugubri, nec non ab audiendis iis abstineant, quae affectus mouent: propterea quod saepe numero ob praesentes etiam impuros appareat aliquid, quod sacrificum & aruspicem turbet: unde etiam importune sacrificare detrimentum maius, quam lucrum afferre aiunt: nunquid ille qui summi patris sacerdos est fieri ipse mortuorum corporum sepulcrum sustinebit, i-

μέρος ναῶν ἱερεύς. REISK. ὁ τινὸς scilicet θεοῦ, quod statim sequitur. Loquitur de diis topicis, opponitur ὁ τοῦ ἐπὶ πᾶσιν θεοῦ ἱερεύς. mox ἔμπορος *Meerm.* male pro ἔμπειρος.

1. Εἰ δὲ οἱ τῶν τῇδε ἱερεῖς.] Forte τῶν τῇδε ναῶν ἱερεῖς. REISK. Pro εἰ δὲ *Meerm.* οἱ δὲ.

2. Ἀνδρῶν ἀνοσίων, καὶ ἐμμήνων &c.] Huius modi rebus polluti apud veteres a sacris arcebantur. confer quae dicentur ad L. IV, 16. Videri possent haec tangere leges Mosaicas. Adscriptum certe erat *Meerm.* ὡς οἶμαι τὸν θεῖον λέγει μωσέα.

3. Θέας αἰσχρᾶς ---- καὶ ἀκροάσεως.] Uti Iulianus instituit sacerdotem quem ad Deos venerandos accedere vult, αἰσχρὸν μήτε λέγοντα, μήτε ἀκούοντα. Vide *Galeum* ad *Iamblich:* Myst. I, 11.

4. Ἤπου γε τάφος γ. ὑπομ.] Bene Clar: *Abresch:* ἤπου γε *multo certe minus* ---- ὑμομενεῖ. quod posterius optabat quoque Clar: *Reiskius*, nec secus interpres. observa pulcrum loquendi genus, utriusque linguae scriptoribus frequens. De homine a feris discerpto *Lucret.* L. V.

Pabula viva feris praebebat dentibus haustus,
Viva videns vivo sepeliri viscera busto.

Quae & multa alia habet *Gatak:* ad illa *Anton: VI*, 21. βάπτεται ἐν τοῖς τρεφομένων σώμασι. Eleganter Dandamis apud *Pallad:* de

ipſe ſordium plenus, cum uerſari, cum praeſtantiore ſtudeat? Nonne ſatis eſt, quod mortis partes in fructibus in noſtram hanc uitam aſſumamus. Sed nondum de his agere eſt locus. Redeundum enim eſt ad ea exactius diſtinguenda quae ad ſacrificia ſpectant.

51. Dicere enim quiſpiam poſſet, nos magnam partem diuinationis, quae per exta fieri conſueuit, eſſe ſublaturos, ſi a caede animalium abſtinuerimus. Sed is homines etiam interficiat, quandoquidem in eius extis magis, ut aiunt, futura conſpiciantur: & multi quoque ex barbaris per hominum exta aruſpicinam exerceant. Sed ſicut iniuſtitiae & immanitatis erat diuinationis cauſa cognatum genus occidere, ſic uaticinandi cauſa irrationale animal mactare iniuſtum eſt. Vtrum autem ſigna dii, an daemones praemonſtrent, an anima quae ab animali diſcedit, per

αὐτὸς μιασμάτων πλήρης, ὁμιλητὴς σπουδάζων γενέσθαι 5 τῷ κρείττονι; ἀρκεῖ ὅτι τὰ τοῦ θανάτου μέρη ἐπὶ τῶν καρπῶν εἰς τὴν ἐνταῦθα ἡμῶν ζωὴν παραλαμβάνομεν. ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων. ἔτι δὲ τὰ περὶ τῶν θυσιῶν διακριτέον.

§ 51. Φαίη γὰρ ἄν τις, ὅτι πολὺ μέρος ἀναιροῦμεν μαντείας τῆς διὰ σπλάγχνων, ἀπεχόμενοι τῆς τῶν ζώων ἀναιρέσεως. οὐκοῦν ὁ τοιοῦτος ἀναιρείτω καὶ τοὺς ἀνθρώπους· ἐπιφαίνεται γὰρ μᾶλλον, ὡς φασὶ, τοῖς τούτου σπλάγχνοις τὰ μέλλοντα· καὶ πολλοί γε τῶν βαρβάρων 1 δι' ἀνθρώπους σπλαγχνεύοντες. ἀλλ' ὥσπερ 2 ἀδικίας καὶ πλεονεξίας ἦν τὸ ἕνεκα μαντείας ἀναιρεῖν τὸν ὁμόφυλον, οὕτω καὶ τὸ ἄλογον ζῶον σφάττειν μαντείας ἕνεκα, ἄδικον. πότερα δὲ τὰ σημεῖα οἱ θεοὶ ἐπιφαίνουσιν ἢ δαίμονες, ἢ ψυχὴ ἀπαλλαττομένη τοῦ ζώου

de Bragm: p. 43. καὶ γίνεσθε νεκρῶν ζώων περιπατοῦντες τάφοι.

5. Τῷ κρείττονι.] *Felician. cum praeſtantiore.* non damno. forte tamen melius *cum Deo.* κρεῖττον dicitur *numen*, ſed maxime tamen in plurali κρείττονες ſunt *Dii.* Vid: *Boſ:* Anim: ad *Lucian:* c. 15. mox τὰ omiſit *Cod. Lipſ.* dein ἀπὸ τῶν καρπῶν malebat *Abreſchius.*

1. Δι' ἀνθρώπους σπλαγχνεύοντες.] Δι' ἀνθρώπων *Abreſch:* veram Auctoris manum habere opinor *codd:* Mſcriptos qui σπλαγχνεύονται. licet ſciam, quo vulgatum defendi queat. nota gentium quarumdam anthropomantia, ſeu mos per victimas humanas divinandi. de Gallis *Diod: Sic: V*, 31. de Luſitanis aliisque *Olear:* ad *Philoſt:* Apoll: Tyan: VIII, 15. ubi videbis Elagabalum, bipedum turpiſſimum, ſic etiam inſtituiſſe. nec melius habiti ſubinde Chriſtiani ab Imperatoribus Romanis. de Iuliano Vid. Schol. *Gregor:* Nazianz: Invect: II. p. 61. de aliis V. D. ad *Iuſtin:* Apol: I, 24.

2. Ἀδικίας καὶ πλεονεξίας.] *Iniuſtitiae & inmanitatis* dedit *Felic:* quo ſenſu πλεονεξία etiam alibi apud *Porph.* Bene haec iunguntur, quia πλεονεκτεῖν eſt *iniuria adficere*, quo-

πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρίνεται διὰ τῶν ἐν τοῖς σπλάγχνοις σημείων, οὐκ ἔστι τοῦ παρόντος λόγου ἐρευνῆσαι.

§ 52. Οἷς μέντοι ὁ βίος ἔξω κυλίεται, τούτοις ἐπιτρέπομεν ἅπαξ ἀσεβήσασιν εἰς ἑαυτοὺς, φέρεσθαι ἥπερ καὶ φέρονται. [1] ὃν δ' ἡμεῖς ὑπογράφομεν φιλόσοφον, ἀφιξάμενον τῶν ἐκτὸς, εἰκότως φαμὲν μὴ ἐνοχλήσειν δαίμοσι, μηδὲ μάντεων δεήσεσθαι, μηδὲ σπλάγχνων ζώων· ὧν γὰρ ἕνεκα αἱ μαντεῖαι, τούτων οὗτος μεμελέτηκεν ἀφίξασθαι. οὐ γὰρ εἰς γάμον καθίησιν, ἵνα περὶ γάμου [2] τὸν μάντιν ἐνοχλήσῃ· οὐκ εἰς ἐμπορίαν, οὐ περὶ οἰκέτου. οὐ περὶ [3] προκοπῆς καὶ τῆς ἄλλης παρ' ἀνθρώποις [4] δοξοκοπίας. πε-

per extorum signa ad interrogationem responsdeat, inquirere praesentis disputationis non est.

§ 52. Quibus tamen uita ad externa deuoluitur, iis permittimus, ut semel impietate in se suscepta eo ferantur, quo ferri solent. At quem nos philosophum describimus, qui ab externis abstineat, eum merito asserimus neque daemonibus negocium esse allaturum, neque uatibus, aut extis animalium ullum opus esse habiturum: quippe cum ab iis abstinere studeat, quorum causa fieri diuinationes consueuerint. Non enim ad nuptias, aut mercaturam spectat, ut de his suscitaturus uatem sit: non de seruo, non de fortunis, non de honoris incremento, aliisque huiusmodi humanis ambitionibus consulenda i-

quocunque modo aliquem laedere. ita ἀδικεῖσθαι & πλεονεκτεῖσθαι sibi respondent apud *Thucyd:* L. I, 77. Paullo post *Lips.* & *Meerm. Cod.* ἢ ἡ ψυχὴ.

1. Ὃν δὲ ἡμεῖς ὑπογράφομεν &c.] Sumit hinc quoque testimonium *Euseb:* in eodem libro. Lectionis autem varietates hae sunt. quod τῷ μάντει dandi casu illic scriptum est, & sequente versu περὶ κλοπῆς, non ut hic προκοπῆς. nam quod supra est μεμέλετηκεν, cum illic legatur μεμέληκεν mendosum est. quod etiam confirmatur auctoritate manu scripti *Euseb:* Victorius. Usque ad illa in fine § 52. καὶ ἀντὶ μάντεως &c. *Euseb:* P. E. IV. p. 166. D.

2. Τὸν μάντιν ἐνοχλήσῃ.] *Euseb:* ut modo dictum est, τῷ μάντει. & sic e Nostro citat *Herald:* ad *Arnob:* p. 233. sed legerat apud *Euseb:* nam & alia mendosa apud *Euseb:* non in *Porph:* citat, ut μεμέληκεν & κλοπῆς. utroque modo Noster construit, cum accusat: I, 49. & II, 45. cum dativo paullo ante ἐνοχλήσειν δαίμοσι. Centies utroque modo invenias. Vid. Cel. *Alberti* ad *Hesych:* in V. Eadem ratio τοῦ παρενοχλεῖν. *Luc.* A. A, XV, 19. dandi casum iungit, alii utrumque.

3. Προκοπῆς.] *Eusebii* κλοπῆς a V. D. emendatum iam est. Forte lapsus inde natus, quod Grammatici Graeculi vocem hanc ἀδόκιμον putent, quos graviter falli, & notare *incrementum* quodlibet, dudum ab Eruditis monstratum fuit. notum est προκόπτειν peculiariter de illis dici, qui *in virtutis studio proficiunt.* dicendi genus unde petitum sit, disquirunt *Iens:* Ferc. Lit. p. 41. & *Alberti* ad II Tim. III, 9. Pro ἄλλης *Meerm.* perperam ἄλλοις.

4. Δοξοκοπίας.] De voce δοξοκοπεῖν Vid. ad L. I, 38. *Suidas* δοξοκοπία. κενοδοξία. *Idem* in Δημοκοπεῖν. λέγεται καὶ δημοκοπία ἡ δοξοκοπία. ὑ-

ipſis diuinatio eſt. Sed quae inquirit, eiusmodi ſunt, ut neque uates ullus neque ulla animalium exta indicare eorum certitudinem queant: ſed ipſe, ut diximus, per ſeſe ipſum ad deum accedens, qui in uiſceribus ſuis ueris collocatus eſt, de aeterna uita monitiones accipit, totus illuc contractus, & loco uatis, magni Iouis alloquutor effici cupiens.

§ 53. Nam ſi etiam aliqua neceſſitas urgueat, non deſunt daemones boni, qui huic qui ita uiuit, familiarisque dei eſt, occurrentes & per ſomnia, & per ſigna, &

περὶ ὧν δὲ ζητεῖ, μάντις μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ σπλάγχνα ζώων [5] μηνύσει τὸ σαφές· αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ, ὡς λέγομεν, προσιὼν τῷ θεῷ, ὃς [6] ἐν τοῖς ἀληθινοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις ἵδρυται, περὶ τοῦ αἰωνίου βίου λήψεται τὰς ὑποθήκας, ὅλος ἐκεῖ συῤῥεύσας, καὶ ἀντὶ μάντεως, [7] Διὸς μεγάλου ὀαριςὴς εὐχόμενος γενέσθαι.

§ 53. Εἰδ' ἄρα καὶ [1] ἐπείξειέ τι τῶν τῆς ἀνάγκης, εἰσὶν οἱ τῷ οὕτω ζῶντι τῷ οἰκέτῃ τοῦ θεοῦ, καὶ [2] δι' ὀνειράτων καὶ συμβόλων,

ὑπάτους αἱροῦνται ἐκ δόξης πολεμικῆς, Λεύκιον, ἐκ δὲ δημοκοπίας, Τερέντιον. & ſic iterum in Δοξοκοπία. Sumta haec ſunt ex *Appian:* Hannib: p. 559. qui addit πολλὰ αὐτοῖς ἐκ τῆς συνήθους δοξοκοπίας ὑπισχνούμενον, quae poſteriora *Suidae* etiam reddenda opinor. nam priora illa nihil ad vocem δοξοκοπία pertinent. nollem quoque δοξοκοπία apud *Appian:* Viro D. ſuſpecta fuiſſet, nam *Dion: Hal. Lucian:* multique alii frequentant.

5. Μηνύσει τὸ σαφές.] Ita σαφὲς pro *accurate* & *vere* apud *Pindarum.* Et φοῖβος σαφής apud *Sophocl.* ἀντὶ τοῦ ἀληθής, ut veteres Critici exponunt. V. *Albert:* ad *Matth. XX,* 31. & *Suidam.* mox pro λέγομεν ex *Euſeb:* & *Meerm. Cod.* legendum eſt ἐλέγομεν. reſpicit enim ad illa quae ſuperius dicta fuerant.

6. Ἐν τοῖς ἀληθινοῖς &c.] Videtur ad melius percipiendam huius vocabuli ſententiam facere, quod adſcriptum eſt margini *Cod. Lipſ.* memoriae adminiculum. ὅτι ὁ θεὸς ἐν τοῖς τοῦ κατ' ἀρετὴν ζῶντος ἵδρυται σπλάγχνοις. videtur ad p. 90, 23. reſpicere. Reisk. Idem ſcholion adſcriptum erat *Meerm.* Deum in extis eſſe dicebant veteres, quia illum per exta futura ſignificare credebant, uti quoddam ſignum in illis erat, quod *Deus* dicebatur, idque ſi integrum appareret, propitium Numen oſtendebat. Eo itaque reſpicit cum Deum ἐν ἀληθινοῖς τοῦ σοφοῦ σπλάγχνοις ἱδρύσθαι dicit. Vid. *Olear:* ad *Philoſt: VIII,* 15. Bene *Gataker:* cum hiſce contendit τὸν ἔνδον ἐν τῷ σήθει ἱδρυμένον δαίμονα apud *Anton: III,* 16. uti corpora noſtra templa Dei eſſe vult Apoſtolus. & Θεοῦ λόγος ἐν τοῖς ἀληθινοῖς ἐνοικῶν σπλάγχνοις dicitur *Euſeb:* P. E. L. IV. p. 170. D. qui hunc locum certe reſpicit.

7. Διὸς μεγάλου ὀαριςὴς.] Sumſit e poëtarum principe, cui Minos Odyſſ. T. 119.

διὸς μεγάλου ὀαριςὴς.

quae laudantur & explicantur a *Plat:* in Min: p. 568. & *Strab: X.* p. 328. in *Flor. edit.* erat ὀαριςὺς, quae vox hic inportuna. Paullo ante e Noſtro apud *Pamphil:* reſcribi debet ὅλος ἐκεῖ pro ὁλῶς ἐκεῖ, quod editur.

1. Ἐπειξείε τις τῶν.] *Lipſ.* ἐπείξειλε τι τῶν. male. conſtat tamen ex eo legendum eſſe, ἐπείξει γε τι τῶν. Reisk.

2. Δι ὀνειράτων καὶ σ. κ. δ. ὅττης.] Malcho ſua reddidi, conſentiunt enim in hanc lectionem omnes *codices.* ſolus *Valent.* neglexerat καὶ συμβόλων. ὅσσα, vel Attice ὅττα, notat divinum aliquem inſtinctum, quo eruduntur homines, unde ὅσσεσθαι, & Attice ὀττεύεσθαι eſt *inſtinctu quodam ſecreto futu-*

καὶ δι' ὄττης 3 ἀγαθοὶ δαίμονες προτρέχοντες καὶ μηνύσοντες τὸ ἀποβησόμενον, καὶ ὃ ἀναγκαῖον φυλάξασθαι. μόνον γὰρ ἀποςῆναι δεῖ τοῦ κακοῦ, καὶ ἐπιγνῶναι τὸ ἐν τοῖς ὅλοις τιμιώτατον, καὶ πᾶν τὸ ἐν τῷ ὅλῳ ἀγαθὸν 4 φίλον καὶ προσήγορον. ἀλλὰ δεινή τις ἡ κακία καὶ τῶν θείων ἀμαθία, καταφρονεῖν ὧν οὐκ οἶδεν 5 καὶ ἐπισύρειν. ἐπειδὴ ταῦτα οὐ φωναῖς ἐξακούοις ἡ φύσις βοᾷ, νοερὰ δὲ οὖσα, διὰ νοῦ μυςαγωγεῖ τοὺς ταύτην σέβοντας. κἂν μέντοι τις θυτικὴν παραδέξηται προγνώσεως ἕνεκα τοῦ μέλλοντος, οὐχ ἕπεται ταύτῃ καὶ τὸ ἐσθίειν δεῖν ἐξ ἀνάγκης καὶ σάρκας παραδέχεσθαι, καθάπερ οὐδὲ τὸ θύειν ὁπωσοῦν ἢ θεοῖς ἢ δαίμοσιν εἰσηγεῖται τὴν βρῶσιν. 6 ἡ γοῦν ἱςορία, οὐ μόνον ὧν Θε-

& per uiſionem quod euenturum eſt, quodque eſt euitandum, praenuncient. Tantum abſiſtendum a malo eſt: & agnoſcendum quod in uniuerſis eſt precioſiſſimum, atque honoratiſſimum, & omne quod in uniuerſo eſt bonum, amicum atque affabile. Sed improbitas & diuinorum imperitia mirum eſt, quam prompte ſpernere, & damnare ea quae non nouit, conſueuerit. Iis tamen qui idonei ad audiendum ſunt, natura clamat: quae cum intellectualis ſit, per intellectum ſacris eos initiat, qui ipſam colunt. Adde quod etiam ſi quis praenoſcendorum futurorum cauſa ſacrificandi ritum admiſerit, non ex eo tamen ſequitur, ut carnes quoque comedendae neceſſario ſint. quemadmodum neque quod alioqui fit ſacrificium ſiue diis, ſiue daemonibus, continuo etiam eſum carnium introducit. Nam hiſtoria non ſolum ea quae The-

ura praeſagire, augurari, ominari. vocis indolem & uſum egregie explicat *Ruhnken:* ad *Tim.* Lex. p. 142. Paullo ante pro οἰκέτῃ in *Lipſ. Cod.* erat ἱκέτῃ. & ſic etiam in *Meerm.* correctum eſt, cum antea ἱοκέτῃ fuiſſe videatur. ſolent voces illae confundi, ut in V. H. *Aelian: VI*, 7. &c. ſed hic prius praeferendum.

3. Ἀγαθοὶ δαίμονες.] In *Lipſ.* eſt ἀγαθοίμονες ex correctione, eraſa vetere lectione ab eadem manu, uti *Reiskius* notabat, qui h. l. προστρέχοντες & μηνύσοντες malebat.

4. Φίλον καὶ προσήγορον.] Forte φίλον ἡγεῖσθαι καὶ προσήγορον. REISK. Vide ad § 46. ſupina *Edit: Lugdun:* negligentia factum, ut paullo poſt vitioſum *Florent:* φώναιο pro φωναῖς ſequeretur.

5. Καὶ ἐπισύρειν.] *Demoſth:* Adv: Lept. p. 560. D. ἔτι τοίνυν ἴσως ἐπισύροντες ἐροῦσιν. ubi *Ulpian:* ἐπισύροντες. ἀντὶ τοῦ διασύροντες, quod exponit διαβάλλοντες. ſed & ibi, & apud alios eſſe ambage verborum aliquid explicare, rem quaſi in longum tractim ducere ac ſubducere, & ſic cauſſae cardinem non attingere, putat *Budaeus* Comm: L. G. p. 375. huic loco prior ſignificatus tamen convenit.

6. Ἡ γοῦν ἱςορία &c.] E Noſtro haec & ſequentia ſumſit *Cyrill:* contra *Iulian:* L. IV. p. 128. D. usque ad finem paragraphi ſequentis, nonnullis tamen amputatis. Ille ſtatim pro ἄλλων habet ἑτέρων. & dein ὡς καὶ ἀνθρώπους θύοντας πάλαι. ubi τῶν etiam abeſt a *Cod. Lipſ.*

1.

Theophraſtus commemorauit, uerum etiam alia complura, de hominis mactatione, qua ueteres utebantur, memoriae prodidit: nec propterea comedendos eſſe homines conſtat.

§ 54. Quae quidem cum multa ac uaria ſint, pauca haec quae ſubiungam ſatis futura ad hoc comprobandum eſſe exiſtimo. In Rhodo enim pridie nonas Iulias homo Saturno ſacrificabatur. atque ea conſuetudo cum diutius perduraſſet, mutata poſtea humaniorem in modum fuit. Aliquem publico iudicio morte damnatum in carcere usque ad Saturnalia detinebant: quem ubi ſolennis dies aduenerat, extra portas productum e regione delubri Ariſtobulae

Θεόφραστος ἐμνήσθη, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πλειόνων τὴν μνήμην παρέδωκεν, ὡς καὶ ἄνθρωπον θυόντων τῶν πάλαι, καὶ οὐδήπου διὰ τοῦτο καὶ βρωτέον ἀνθρώπους.

§ 54. [1] Καὶ ὅτι ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πλήρους οὔσης τῆς ἱστορίας λέγομεν, αὐτάρκη καὶ ταῦτα παραστῆσαι. [2] ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου, ἄνθρωπος τῷ Κρόνῳ. ὃ δὴ ἐπιπολὺ κρατῆσαν ἔθος, μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ δημοσίᾳ κατακριθέντων μέχρι μὲν τῶν Κρονίων συνεῖχον· [3] ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν ἄντικρυς τοῦ [4] Ἀριστο-

1. Καὶ ὅτι ταῦτα &c.] In eodem libro leguntur XXIII verſus, qui hic deinceps ſequuntur, in ipſis quae varietates ſint, adnotabo. Primum diſcrimen puſillum eſt, οἶνον namque ποτίσαντες generandi caſu illic ſcriptum eſt. & ſeq: verſ. κορωνείᾳ, in qua lectionis diverſitate manet, cum iterum poſt eodem in l. huius oppidi mentionem faciat. in penultimo h. pag. ἔθυον δὲ. in ſecundo item conſequentis eadem ratione ἔθυον, non ἐθύοντο, ut hic ambobus in locis. cum autem hic infra legatur καὶ Δουμάτιοι δὲ τῆς Ἀραβίας illic ſcriptum eſt Δουμάτης. οἱ δὲ τῆς Ἀραβίας. in extremo verſu λασιαρίου inmutata litera, non λατιαρίου. perperam ut arbitror, nam ſcriptus Euſeb: liber cum Porph: facit. Victorius. Usque ad finem fere § 56. exſcripſit *Euſeb:* p. 155. quem vide etiam de Laud. Conſt. M. p. 255. *Cyrill:* l. laud. *Theodor:* in Serm: de Sacrif: qui omnes Porphyrianis hiſce utuntur. Sed & *Clem: Alex:* in Protrept: p. 27. aliique multi de diro illo ſacrificiorum genere agunt. Vera autem illa ſint quae dicit, licet inmolentur, inde non ſequi comedendos quoque homines eſſe: haec tamen plerumque iuncta fuiſſe obſerves. Conf. *Fabric:* ad *Sext: Empir: III*, 24. p. 178.

2. Ἐθύετο γὰρ &c.] Narrat haec & ſequentia etiam *Euſeb:* de Laud: Conſtant: p. 533. & *Theodor:* in Serm: de Sacrif: p. 389. ſed ibi legitur εἰς ἔθος μετεβλήθη. De re ipſa lege *Meurſ:* in Rhod: I, 16.

3. Ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς ----] Nota morem, ut cum feſtus inſtaret dies, reos ſupplicio adficerent, nam in ipſo feſto non licebat. Hinc Socrates apud *Plat.* in Phaed. p. 46. D. ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυε με ἀποθνήσκειν. Inde inluſtrari poteſt hiſtoria Euangelii *Matth. XXVII.* nota etiam ἔξω πυλῶν poenam fuiſſe inflictam, qui mos olim fuit frequentiſſimus. Conf. V. D. ad *Epiſt.* ad Hebr. XIII, 12. de Romanis idem docet, & cauſſam rei indicat Ampliſſ. *Cuper:* Obſ. IV, 19.

4. Ἀριστοβούλης ἔδους.] Vide Meurſ: de Popul: Attic: in Μελίτη. Valent. Rhodiorum

βούλης ἔδους, 5 οἴνῳ ποτίσαντες, ἔσφαττον. 6 ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ, Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, 7 ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραύλίδος. καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. εἶτα μετέβαλεν, ὥςε τῷ Διομήδει τὸν ἄνθρωπον θύεσθαι· 8 ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον ὅ, τε τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Ἀγραύλου καὶ Διομήδους. ὁ δὲ 9 σφαγιαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐφήβων ἀγόμενος, τρὶς περιέθει τὸν βωμόν. ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λογχῃ ἔπαιεν κατὰ τοῦ ςομάχου καὶ οὕ-

lae uini potione exhibita iugulabant. In ea uero quae nunc Salamina, prius Coronis appellabatur, menſe iuxta Cyprium morem Venereo Agraulo Cecropis, & Agraulidis Nymphae filiae homo in ſacrificiis mactabatur. qui quidem mos usque ad Diomedis tempora perſeuerauit: deinde ita transmutatus eſt, ut Diomedi homo ſacrificaretur. Vno enim & eodem parietum ambitu & Mineruae & Agrauli & Diomedis ſacellum concludebatur. Qui immolabatur, ab adoleſcentibus deductus primum circum aram ter circumcurrebat, deinde a ſacerdote haſta in guttur adacta feriebatur: atque i-

rum exemplo Themiſtocles Athenis ſtruxit aedem Dianae τῆς Ἀριςοβούλης, qua de *Meurſ:* in Piraeeo c. 9.

5. Οἴνῳ ποτίσαντες.] E more veterum, quo inluſtrant interpretes poſcam, quam Domino Chriſto dederunt milites, *Matth. XXVII*, 48. & *Marc. XV*, 36.

6. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι &c.] Male *Meerm.* Κορωνίδιον, ubi ὸν e ſequenti ſyllaba adhaeſit. apud *Euſeb:* eſt Κορωνεία. vide ibi *Viger:* uti Noſter ſic etiam *Cyrill:* vide etiam *Theodor:* Serm: de Sacrif: p. 589. ut *Steph: Byz:* ſcribit Κορώνη μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος. ſed antiquitus ita dictam fuiſſe urbem, quam dein Teucer ampliorem fecit, & a patria Salamina dixit, oſtendit *Meurſ:* in Cypr: I, 20. de menſe Cypriorum Ἀρφοδισίῳ & aliis, lege *Eumd:* c. 24.

7. Ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος &c.] Vellem probaſſet Vir inluſtr. in Can. Chron. Sec. VIII. Cecropem ἀνθρωποθυσίαν in Cyprum intuliſſe. Certe ex h. loco id non coges. & memini alios de Cecropis ſacrificiis multo mitiora tradere. pro *Agraulo* legit *Aglauro*, & mox pro *Agraulidis Aglauridis Barneſ:* ad *Eurip:* Ion: 23. ſed nomina illa paſſim inter ſe permiſcentur. otium nobis fecit *Alb:* ad *Heſ:* in Ἄγραυλος. De re ipſa lege *Meurſ:* Lect: Attic: VI, 3. qui errorem caſtigat illorum, qui Agraulum, Cecropis filiam, confundunt cum Minerva, quae Ἄγραυλος ſive Ἄγλαυρος etiam Athenienſibus fuit cognominata. Cecropis uxorem *Porph. Agraulidem*, alii *Agraulum* vocant. V. *Meurſ.* de Regn. Ath. I, 11. pro ὥςε τῷ Διομ. *Meerm.* ὡς τῷ Διομ.

8. Ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον &c.] De ambitu templi ſpeciatim vox adhibetur. Graeci περίβολον proprie vocabant certum agri modum, qui circum templa vacabat, ac muro claudebatur. *Templi conſeptum* Latini. hinc latius patere coepit, ac pro ipſo templo accipi. V. *Salmaſ:* in *Solin:* p. 8. & Clar: *Stoſch.* Ant. Thyat. L. I, 7, 20. Pro χρόνων paullo ante, apud *Cyrill:* eſt καιρῶν, & pro ἄνθρωπον habet ἄνδρα.

9. Σφαγιαζόμενος.] Priores *edd. Euſeb:* & *Cod. Lipſ.* omnes σφαγιαζόμενος. Apud *Cyrillum* eſt σφαζόμενος. *Meerm.* perperam φραγιαζόμενος.

10.

ita ſupra coaceruatam pyram coniectus integer cremabatur.

§ 55. Inſtitutum hoc Diphilus Cypri rex qui Seleuci theologi temporibus fuit, ſuſtulit, in bouis immolationem mutato ſacrificio. Daemon autem bouem loco hominis admiſit, ut inde utriusque facti aequalem uim procul dubio ſignificet. Heliopoli item Aegypti legem de mactandis hominibus Amoſis abrogauit: ut in li-

οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν [10] νηθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζεν.

§ 55. Τοῦτον δὲ τὸν θεσμὸν, Δίφιλος ὁ τῆς Κύπρου βασιλεὺς κατέλυσε, [1] κατὰ τοὺς Σελεύκου χρόνους τοῦ θεολόγου γενόμενος, τὸ ἔθος εἰς βουθυσίαν μεταςήσας. προσήκατο δ' ὁ δαίμων ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου, τὸν βοῦν. οὕτως ἰσάξιόν ἐςιν τὸ δρώμενον. [2] κατέλυσε δὲ ἐν Ἡλίου πόλει τῆς [3] Αἰγύπτου τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νόμον [4] Ἄμωσις. [5] ᾧ

10. Νηθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζεν.] *Euſeb:* utroque in loco, & P. E. & de L. Conſt: νηθεῖσαν. *Cyrill:* ἀφθεῖσαν. in altero *Euſeb:* ὁλωκαύτιζον, ſed in Orat: de Laud: Conſt: uti hic in ſingul: ὁλωκαύτιζεν. & ſic etiam *Cyrill.* Utitur voce etiam infra L. IV. § 15. Potuiſſet ὡλοκαύτησε, quod placebat Cl: *Abreſch:* uti ſupra § 26. Pro Δίφιλος. male *Euſeb:* Διΐφιλος.

1. Κατὰ τοὺς Σελεύκου χ. τοῦ Θεολόγου.] De Seleuco *Theologo*, ſeu *mago* (nam idem fuiſſe videtur) lege *Fabric:* Bibl: Graec: T. I. p. 77. Reisk. In *Meerm.* eſt, κατὰ τοῦ Σελ. Plures fuerunt huius nominis. Vid. *Gal:* ad *Iambl:* Myſt: p. 297. & *Viger:* ad *Euſeb:* cui P. E. L. V. p. 203. θαυμαςὸς θεολόγος & τῶν ἀποῤῥήτων μύςης dici videtur. Tales olim Orpheus, Linus aliique vocabantur, eorumque exemplo recentiores etiam, qua de re *Fabric:* ad *Sext. Emp. IX.* Adv. Phyſ. p. 593. male *Meerm.* ἔθνος pro ἔθος. delet *idem* τοῦ ante ἀνθρώπου.

2. Κατέλυσε δὲ ---- νόμον.] Ita ſtatim θεσμὸν καταλύειν. λύειν νόμιμα ſupra § 33. quae addi poſſunt centum aliis exemplis a V. D. ad *Matth. V*, 17. congeſtis. apud *Euſeb:* eſt δὲ καὶ ἐν Ἡλίου. & ſic etiam in *Cod. Meerm.*

3. Αἰγύπτου τ. τῆς ἀνθρωπ. ---] Negat *Herod:* Aegyptios humanas victimas inmolaſſe, ſed cum Noſtro alii adfirmant. Vid. *Weſſeling:* ad *Diod. Sic. I*, 88. Immo Seleucum ſcripſiſſe περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας novimus ex *Athen:* L. IV. c. 21. non tamen dirum hunc morem niſi in graviſſimis calamitatibus obſervaſſe, notat *Gal.* ad *Iamblich.* Myſt. p. 278. & forte univerſam Aegyptum non pervaſit, ſed in una tantum atque altera urbe obtinuit. cur enim Amoſis non ubique, qua imperium patebat, ſuſtuliſſet? Certe id Manetho, & ex eo Noſter, qui de ſola Heliopoli loquuntur, non tacuiſſet. *Plut.* tamen T. II. p. 380. etiam in urbe Idithyae vivos homines combuſtos fuiſſe e Manethone refert. ubi pro Ἰδιθύας reſcribo Ἰλιθύας. alias Εἰλειθυίας vocatur. *Steph. Byzant.* Εἰλειθυίας, πόλις Αἰγυπτιακή. Nec inde opus ut efficias, in eo etiam diſcrepare, quod *Plut.* Dianae haec ſacra fuiſſe facta indicaret, quae Noſter lunoni, qua de re ſtatim.

4. Ἄμωσις.] Apud *Euſeb:* de Laud: Conſt: effertur Ἀμόσης. alias Ἄμασις quoque. Paſſim variatur in his nominibus. V. *Interpr: Diod. Sic. I*, 60. & qui eleganter oſtendit, unde factum ſit, ut nomen hoc tam diverſe prodatur, *Boſſ.* Anim. ad *Ioſeph.* 27. nec ſecus variatur in nomine Amoſis iſtius, quo Rege Hebraei ex Aegypto exiviſſe creduntur. vid. *Periz.* Orig. Aeg. 18. Noſter hic Ἄμασις dicitur *Philoſtr.* in Apoll. V, 42. ubi *leo* vocatur, quod manſuetudinem cum regia indole coniunxerit, quippe qui ἀνθρωποθυσίας tollendae auctor fuerit, ut ibi ſcribit *Olearius.*

5 ᾧ μαρτυρεῖ Μανεθὼς ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμοῦ καὶ εὐσεβείας. 6 ἐθύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ καὶ ἐδοκιμάζοντο, καθάπερ οἱ ζητούμενοι 7 καθαροὶ μόσχοι καὶ συσφραγιζόμενοι. 8 ἐθύοντο δὲ τῆς ἡμέρας τρεῖς, ἀνθ' ὧν κηρίνους ἐκέλευσεν ὁ Ἄμωσις τοὺς ἴσους ἐπιτίθεσθαι. 9 ἐθύοντο δὲ καὶ ἐν Χίῳ τῷ ὠμαδίῳ Διονύσῳ ἄνθρωπον διασπῶντες, καὶ ἐν Τε-

libro de antiquitate, & pietate Manethos teſtatur. Mactabantur autem Iunoni, & explorabantur, non ſecus ac puri uituli, qui inquiri, ac nota inſigniri conſueuerant. Ac tres quidem in die immolabantur, in quorum locum totidem cereas imagines Amoſis ſubſtituendas iuſſit. In Chio quoque hominem diſcerpentes Omadio Baccho in ſacrificium obferebant: nec non in Te-

5. Ὧ μαρτυρεῖ Μανεθὼς.] Malim ex *Euſeb:* ὡς μαρτυρεῖ. *Plut.* dicitur Μανέθων. aliis etiam Μενεθῶς. diverſis modis nomen hoc efferri norunt Eruditi, quibus tamen Μανεθῶν plerumque probatur. V. *Fabric:* Bibl: Gr: III, 20, 1. ubi multa de illo, & de libro περὶ ἀρχ. καὶ εὐσεβ. qui hic laudatur, ibid. § 5.

6. Ἐθύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ.] Noſter & alii Iunoni ſacra haec facta ſignificant, uti de Aegyptiorum illa Dea plures loquuntur. & tamen *Herod: II*, 50. teſtatur, Aegyptiis Iunonem plane eſſe incognitam: ſed ille loquitur de Iunone Graecorum, quam Aegyptii vere ignorabant, alii de Iunone Orientalium, quae cum Venere confundi conſuevit, Confer Cel. *Iablonsk:* in Panth: Aeg: I, 1, 4. e *Plut.* uti modo dicebam, colligas Dianae ſacra haec fuiſſe oblata, ſed quae apud Graecos Εἰλήθυια Romanis eſt *Lucina*, *Diana* & *Iuno.* adeoque Εἰλήθυιαν per Iunonem Noſter explicare potuit, qua de re idem *Iablonsk:* L. III, 3, 7.

7. Καθαροὶ μόσχοι καὶ συσφραγιζ.] Inde ſacerdotes σφραγισταὶ vocati, qui bovem immolandum ſigillo inpreſſo notabant. Vid. *Plut:* T. II. p. 363. & quae dicentur infra IV, 7. utitur hoc loco Cel: *Weſſeling*: ut *Herodoto* ſuo II, 38. καθαροῦς βοῦς τοῦς ἕρσενας reſtituat.

8. Ἐθύοντο τῆς ἡμέρας τρεῖς.] Tres homines ſingulis diebus apud Heliopolin Aegyptiam Iunoni fuiſſe immolatos e *Noſtro* etiam tradit *Theodor:* Serm: de Sacrif: p. 589. & *Euſeb:* de Laud: Conſt: l. laud: pro ἐπιτίθεσθαι *Viger:* ad *Euſeb:* p. 11. volebat ὑποτίθεσθαι, *ſuffici ac ſubſtitui vivorum loco.* male. *Euſeb:* utroque in loco vulgatum tuetur. ἐπιτίθεσθαι ſcilicet *arae.*

9. Ἐθύοντο — ὠμαδίῳ Διονύσῳ.] Ἔθυον δὲ καὶ eſt apud *Euſeb:* pro ὠμαδίῳ *Cod. Lipſ.* ὠμαδείῳ. *Euſeb:* altero in loco plane ut Noſter, & ſic iterum P. E. p. 163. B. niſi quod ibi addat μελιτὶ διασπ. ſed in Orat: de Laud: Conſt: ὠμαδίῳ τῷ διονύσῳ. *Cyrill:* p. 129. A. cognomentum hoc non addit. Non dubito, quin ὠμάδιος Διόνυσος idem ſit qui Ὠμηστής, *crudivorus.* τούτῳ γὰρ ζῶντας ἀνθρώπους ἐπέθυον, ut dicit *Apoſtol.* Prov. XXI, 13. rei exempla habemus apud *Plut.* T. I. p. 119. A. 289. A. & 324. A. Prorſus uti h. l. ὠμαδίῳ crudele hoc ſacrum factum dicit. Is quippe crudis carnibus delectari credebatur. Ζαγρέως ὠμοφάγους δαῖτας vocat infra IV, 19. Nihil ergo mirum Bacchas etiam crudis carnibus veſci fuiſſe ſolitas, qua de re *Barneſ:* ad *Eurip:* Bacch. 139. *Omophagia Arnob:* L. V. p. 212. ὠμοφαγίαν (quae vox in Lexicis auctoritate deſtituitur) adpellat *Clem. Alex.* in Protr. p. 9. D. Διόνυσον —— ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ. Vide *Meurſ:* Fer. Graec. L. VI. in Ὠμοφαγία. Noſtro hoc epitheto utitur etiam *Orpheus* Hymn. LI. 7. & ut V. D. merito cenſent, Hymn. XXIX, 5. ubi editur ὁρμάδιος. utroque loco Vir praeclarus per *baiulum* vertit, putem *crudivorum*, quod etiam e verſ. ſeq. poteſt colligi, nam in ſacris, quorum ibi mentio, huius modi dapes ſollemnes fuiſſe vidimus. Nec intelligo etiam quo iure *Baiuli* iſtud cognomen Baccho conveniat, quem tenerum ac gra-

Tenedo ut Euelpis Caryſtius inquit. Quin etiam Lacedaemonios Marti hominem ſacrificare Apollodorus memoriae prodidit.

§ 56. Phoenices quoque in magnis calamitatibus, uel belli, uel ſiccitatis, uel peſtilentiae ex cariſſimis ſibi quempiam Saturno deuouentes mactabant. Ac Phoenicum huiuscemodi ſacrificiis referta hiſtoria eſt: quam a Sanchuniatone Phoenicum lingua conſcriptam Philo Byblius in Grae-

Τενέδῳ, ὡς φησὶν [10] Εὔελπις ὁ Καρύστιος. [11] ἐπεὶ καὶ Λακεδαιμονίους φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον.

§ 56. [1] Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς, ἢ πολέμων, ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν, ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ. καὶ πλήρης δὲ ἡ [2] Φοινικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχουνιάθων μὲν, τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψεν. [3] Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος, εἰς τὴν

gracilem nobis veteres pingunt. contra quam artificibus placuit, qui enormiter obeſum ac pinguem fingunt & pingunt. V. *Broukh:* ad *Tibul: II*, 3, 35. Alio reſpectu robuſta & eximia quaelibet diis ſuis veteres contribuunt.

10. Εὔελπις ὁ Καρύστιος.] Novi Euelpidem, ſive Euelpidium, medicum. Euelpis hic Caryſtius ſi quis fecerit, ut melius cognoſcatur, gratiſſimum mihi fecerit. Multo eo celebrior Apollodorus, quem Noſter memorat, cuius nominis fuerunt plurimi, de quibus diligentiſſime I. A. *Fabric:* Bibl: Graec: III, 27. in *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* eſt Εὐέλπης.

11. Ἐπεὶ καὶ &c.] Videtur ἐπεὶ ſignificare aliquid omiſſum ab auctore, tacite ſupplendum, hoc ſcilicet, *quod mirum non eſt, quia etiam Lacedaemonii ipſi* --- aut ἐπεὶ hic idem eſt atque ἔπειτα *deinde*, ut multis aliis in locis. Reisk. Rem ipſam e Noſtro *Theodor:* l. laud: & alii tradunt. Ut propitium ſibi facerent belli Deum, hominem, ceu qui bellicoſi eſſent, ei inmolabant. Confer Io. *Meurſ.* Miſc. Lac. II, 7.

1. Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις &c.] Pro ἐθύοντο *Euſeb:* & *Cyrill:* ἔθυον, & hic ψηφίζοντες pro ἐπιψηφίζοντες. Saturnum a Phoenicibus victimis humanis cultum fuiſſe multi docent. V. *Plat:* in Min. p. 565. C. & *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: XX*, 14. intelligi autem Solem oſtendit *Voſſius* Idolol. II, 4. & *Milleſ:* ad *Cyrill:* Catech: p. 48. Quod vero Inluſtr· *Marsham:* ad Secul: V. Chron: hinc colligat, Abrahami tentationem non fuiſſe recens excogitatam, ſed ad priſtinos Cananaeorum mores deſignatam, id omnem excedit fidem. Certe quae in ſuperioribus de ſacrificiorum origine *Malchus* diſputavit, ad iſtud ſeculum ἀνθρωποθυσίαν non eſcendere facile evincant. Nihil addo illis quae hac de re notavit Cel. *Simſonii* editor ad A. M. 2144. niſi hoc unum, quod cum oracula hominem mactari ſubinde praeciperent, inde ultro natam fuiſſe paulatim infandam illam ſuperſtitionem, & per Poenos, Italos, Gallos, Germanos aliosque ſparſam, qua de re *Periz:* ad *Ael:* V. H. XII, 28.

2. Φοινικὴ --- ἣν Σαγχουνιάθων.] *Euſeb:* Φοινικικὴ, & ſic etiam *Cod. Lipſ.* Paſſim haec confunduntur. Vid. V. D. ad *Diod:* V, 58. & XIV, 65. Sanchoniatonem illum alibi dicit floruiſſe tempore Semiramidis, Aſſyriorum reginae. V. *Euſeb:* P. E. L. I. p. 30. Sed de homine ipſo, eiusque aetate multa ſunt dubia, quae hic excuti non debent. Tu adi *Fabric:* Bibl: Graec: I, 28.

3. Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος &c.] *Theodor:* Serm: de Princ: p. 501. Σαγχωνιάθων μὲν οὖν ὁ Βηρύβιος τὴν Φοινίκων θεολογίαν συνέγραψε. μετήνεγκε δὲ ταύτην εἰς τὴν Ἑλλάδα Φωνὴν Φίλων, οὐχ ὁ Ἑβραῖος, ἀλλ' ὁ Βύβλιος. τὸν δὲ Σαγχωνιάθων-

Ἑλλάδα γλῶσσαν [4] δι' ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν. [5] Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν, φησὶ τοὺς Κουρῆτας τὸ παλαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας· καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς [6] παρὰ πᾶσι φησὶ [7] Πάλλας, ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων [8] ἐπ' Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν [9] Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν, τῇ Ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, νῦν δ' ἔλαφος. καὶ μὴν, καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν ἣν [10] Ἰφικρά-

Graecam transtulit; atque in octo libros digessit. Ister autem in collectione Cretensium sacrificiorum Curetas inquit antiquitus pueros Saturno mactare consueuisse. Plerasque autem hominum mactationes sub Adriano imperatore apud omnes fere sublatas fuisse is inquit, qui mysteria Mithrae optime collegit. Nam in Laodicea quoque Syriae Mineruae quotannis uirgo occidebatur: nunc cerua mactari consueuit. In Africa item Carthaginenses sacrificium faciebant, quod Iphicrates su-

θωνα λίαν τεθαύμακεν ὁ Πορφύριος. obiter nota errorem *Cyrilli*, qui VI. contr. Iul. p. 205. Sanchoniatonis historiam a Iosepho Iudaeo e Phoenicum idiomate in Graecum translatum dicit, testemque citat *Clem. Alex.* Utrumque falsum. errorem praesulis dudum viderunt alii. Conf. *Fabric:* Bibl: Gr: I, 28, 2. Multa *Philonem* sibi permisisse, adeo ut Mosem Sanchoniaton, Philo Sanchoniatonem interpolaverit, observat *Huet:* Dem: Ev: IV, 2.

4. Δι' ὀκτὼ βιβλίων.] Dissentit *Euseb:* qui P. E. L. I. p. 31. D. ἐννέα βίβλους ei contribuit. Quae ut conponant diversis viis Eruditi ingrediuntur. Lege *Fabric:* l. l.

5. Ἴστρος δὲ ----] De Istro dixit *Viger:* ad *Euseb:* p. 11. Curetas plerique cum Idaeis & Corybantibus eosdem statuunt, alii distinguunt. Vide *Meurs:* in Cret. I, 4.

6. Παρὰ πᾶσι.] Post πᾶσι distinctionem minorem habet *Cod. Lips.* quod probo. nam verba καταλυθῆναι δὲ ad πᾶσι videntur Istri esse, non Pallantis. Reisk. Distinguit eodem modo *Meerm. codex.*

7. Πάλλας, ὁ ἄριστα ----] *Euseb:* ὁ ἄριστα περὶ τῶν. Infra IV, 6. Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα. *ibid.* ὁ περὶ τ. τοῦ Μίθρα ἱστορ. sic ibi e *Cod. Lips.* lego, & dicentur plura. Sacra haec non sine humana victima fuisse peracta, id vero desisse lege ab Hadriano lata *Cas.* ad *Lampr.* Comm. 19. (ubi imperator *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit*) e Nostro observat.

8. Ἐφ' Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκρ.] Et ἀνθρωποφαγίαν & ἀνθρωποθυσίαν iam abrogatam Romanis legibus dicit *Plin. XXX*, 1. *non satis aestimari potest, quantum Romanis legibus debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.* Ab Hadriani autem temporibus vetitum fuisse lege Romana liberos occidere e *Petit.* ad Leg. Attic. ostendit *Fabric:* ad *Sext: Empir:* Pyrrh: Hyp: III, 24. p. 180. Apud Blemyas tamen Iustiniani adhuc tempore durasse e *Procop.* observat *Marsh.* Can. Chron. Sec. XI. Immo apud alias etiam gentes exsecrandus iste mos diu post duravit, tantum abest, ut, quod aliqui volunt, post natum mitissimum Servatorem, homines inmolati usquam fuerint. Lege *Fabric:* Bibl: Antiq: c. XI, 3.

9. Λαοδικείᾳ τῇ κ. Σ.] Sic etiam *Euseb:* P. E. p. 163. B. Sed in Orat: de Laud: Const: Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας dicitur.

10. Ἰφικράτης ἔπαυσεν.] Multum diuque quaesivi quisnam esset hic Iphicrates. Vidi tan-

ſuſtulit. Dumatii etiam Arabiae populi per ſingulos annos puellam immolabant, quam ſub ara ſepeliebant, qua pro ſimulacro utebantur. Phylarchus uero communiter omnes Graecos prius quam in bellum exirent, ſacrificare hominem tradit conſueuiſſe. Omitto Tracas & Scythas. Praetereo quod Athenienſes Erechtei & Praxitheae filiam in ſacris mactarint. Quis adhuc quoque ignora-

κράτης ἔπαυσεν. καὶ [11] Δουμάτιοι δὲ τῆς Ἀραβίας κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα· ὃν ὑπὸ βωμὸν ἔθαπτον, [12] ᾧ χρῶνται ὡς ξοάνῳ· [13] Φύλαρχος δὲ κοινῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας πρὶν ἐπὶ πολεμίους ἐξιέναι ἀνθρωποκτονεῖν ἱστορεῖ. καὶ παρίημι Θράκας καὶ Σκύθας, καὶ ὡς Ἀθηναῖοι [14] τὴν Ἐρεχθέως καὶ Πραξιθέας θυγατέρα ἀνεῖλον. [15] ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, τίς ἀγνοεῖ κατὰ [16] τὴν

tandem Doct: *Viger:* hac in re deſperabundum. Opinatus ſum mihi homunculo nimis arduum fore, cui expediendo tantus Gigas non ſufficeret. VALENT. Neque ego exputare potui, quid celeberrimo Athenienſium imperatori cum Karthaginienſibus negotii fuerit. ἀνθρωποθυσίας hanc κατάλυσιν Geloni, Syracuſano Principi, alios tribuere notat *Vig:* ad *Euſeb:* p. 12. Vetitam fuiſſe ab Iphicrate & aliis, ſemper tamen renovatam ἀνθρωποθυσίαν ſcribit *Thirlb:* ad *Iuſt: M.* Apol: II. p. 128. In *Cod. Lipſ.* eſt ἐφικράτης. & paullo ante *Meerm.* τὴν αὐτὴν θυσίαν. non male.

11. Δουμάτιοι.] Forte Δουμάθιοι, ut *Viger:* ad *Euſeb:* & *Abreſch:* quoque viſum. *Steph: Byz:* Δούμαθα. πόλις Ἀραβίας. ὁ πολίτης Δουμαθηνός. Apud *Euſeb:* de Laud: Conſt: Δουματηνοὶ mavult *Valeſius.*

12. Ὧι χρῶνται ὡς ξοάνῳ.] *Max: Tyr:* Diſſ: VIII, 8. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος, ubi vid. *Daviſ:* hic eſt *Dyſares Arabiae Tertull:* Apol: c. 24. non Mars, ut *Suidae* in Θεὸς Ἄρης videbatur, ſed Bacchus. Moſis fuiſſe ſimulacrum opinatur *Huet:* Dem: Ev: IV, 3. Hodie quoque Mecchae lapidem nigrum Arabes colunt, quem *Selden:* de Diis Syr. II, 4. neſcire ſe dicit, an ſit lapis ille quadratus cuius mentio apud *Maximum.* ſed vide quae huic opinioni oppoſuit *Bochartus* Phal. II, 19. Hoc certe in loco eumdem illum Bacchi lapidem ſignificari, cum ara illa loco ſimulacri fuerit, & forma arae bene conveniat, haud inmerito cenſebat Ampliſſ: *Cuper:* ad Lact: de M. Perſ: p. 11.

13. Φύλαρχος δὲ &c.] Male apud *Euſeb:* P. E. p. 156. B. & 164. A. editur Φίλαρχος. Dein in altero *Euſeb:* loco, de Laud: Conſt: eſt πρὶν ἐπὶ πολέμους ἐξιέναι. In *Cod. Lipſ.* eſt πολεμῖ-, id eſt πολεμίας. Adſcriptum autem & illi, & *Meerm.* erat hoc ſcholium. ὅτι καὶ Βούλγαροι τοῦτο ἐποίουν πρὸ τοῦ δέξασθαι τὸ ἅγιον βάπτισμα.

14. Τὴν Ἐρεχθέως καὶ Πραξιθέας θυγ. ἀν.] *Euſeb:* de Laud: Conſt: Ἀθηναῖοι δὲ τὰς λεωκόρους, καὶ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα σφαγισθεῖσαν μνημονεύουσιν, ubi vide *Valeſ: Cyrill:* contra *Iul:* p. 128. & alii plures, Erechteum ipſum filiam Daemonibus mactaſſe tradunt. ſed haec non pugnant. Notum quoque teſtari aliquos puellam, (immo duas ſe obtuliſſe nonnulli volunt) ultro ſe mactandam obtuliſſe. V. *Meurſ:* de Regn: Ath: II, 13. qui de nomine etiam agit. quod vero addit Demarati apud *Stobaeum* Serm: 38. teſtimonium, quo Proſerpina vocatur, cum id nominis nusquam ei tribui videam, ſuſpicor in auctore illo fuiſſe Περσεφόνῃ θύσῃ. non ut editur Περσεφόνην θύσῃ. nam *Clem: Alex:* in Protrept: p. 27. Φερεφάττῃ mactatam dicit.

15. Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν.] Ἀλλ' ἔτι γε νῦν *Euſeb: Cod. Lipſ.* & *Meerm.* ſed ut hoc l. ſic *Euſeb:* in altero de Laud. Conſt.

16. Τὴν μεγάλην πόλιν.] Vide de la Cerda in Tertull: de Spectac. n. 93. VALENT. Romam intelligit more ſeculi ſui. V. *Valeſ:* ad *Euſeb:* Laud: Conſt: p. 256. ſollemne etiam epitheton, de quo *Vitring.* ad *Ioan.* Apoc. XVII, 18. & *Fabret:* ad Codic: Theod: T. VI. p. 292. ſcimus plures urbes hoc titulo fuiſſe de-

μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ, σφαζόμενον ἄνθρωπον; καὶ οὐ δήπου τούτου ἕνεκα βρωτέον καὶ σάρκας ἀνθρώπων, ἐπείπερ διά τινα ἀνάγκην εἰς θυσίαν ἄνθρωπος παρελήφθη. καὶ γὰρ ἐν λιμοῖς πολιορκούμενοί τινες, ἀλλήλων [17] ἐγεύσαντο, καὶ ὅμως ἐναγεῖς οὗτοι ἐνομίσθησαν, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀσεβές.

Megalopoli in Latiarii Iouis feſto hominem ſolere iugulari? Nec tamen propterea hominum carnes comedendae ſunt. Neceſſitate enim aliqua effectum eſt, ut in ſacrificium homo fuerit aſſumptus. Nam fame laborantes in obſidionibus aliqui ſe mutuo comederunt: & tum ipſi ſcelere inquinati, tum facinus impium exiſtimatum eſt.

§ 57. Καὶ μετάγε τὸν πρῶτον πόλεμον τὸν γενόμενον Ῥωμαίοις περὶ Σικελίας πρὸς Καρχηδονίους ἀποσάντων τῶν Φοινίκων μισθοφόρων καὶ συναποσησάντων τοὺς Λίβυας, [1] Ἀμίλκας ὁ Βάλκας ἐπικαλούμενος, ἐπιστρατεύσας αὐτοῖς, [2] εἰς λιμὸν οὕτω περιέσησεν, ὡς τὸ μὲν πρῶτον τοὺς πίπτοντας ἐν ταῖς μάχαις ἐσθίειν, ἐπιλειπόντων πάντων δεύτερον τοὺς αἰχμαλώτους, τρίτον τοὺς οἰκέτας, ὕστερον δὲ

§ 57. Ac poſt primum quidem bellum quod de Sicilia a Romanis aduerſus Carthaginenſes geſtum eſt, cum Phoenices mercenarii milites defeciſſent, ſimulque alios Poenos in defectionem induxiſſent, Amilcar cognomento Balcas expeditione in ipſos facta in eam uictus inopiam redegit, ut primum eos qui in praeliis caderent, in cibum ſumerent: deinde ubi illi quoque defeciſſent, captiuos occiderent, eorumque carnibus ueſcerentur: poſtea in ſeruos manus iniicerent: poſtre-

decoratas, in primis vero Romam & Conſtantinopolin, unde dubium aliquando, quaenam intelligatur, ut apud *Liban:* Epiſt: 699. & alibi. De re ipſa pulcre *Min. Fel.* c. 1. *hodieque ab ipſis Latialis Iupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum eſt, mali & noxii hominis ſanguine ſaginatur.* Idem alii docent, dixi in Fer: Dav: L. II, 14. nota etiam Graecos literam ρ in hac voce retinuiſſe, uti Romanis *Latialis* & *Latiaris* Iupiter dicitur, qua de re *Caſaub:* ad *Sueton:* in Calig: c. 22. Pro σφαζόμενον *Euſeb:* de Laud: Conſt: σφαγιαζόμενον.

17. Ἐγεύσαντο.] Uti L. I, 53. & II, 12. ubi vide.

1. Ἀμίλκας ὁ Βάλκας.] Miror interpretem Gallicum non ſubodoratum fuiſſe mendum in iſto verbo. Lege Βάρκας. V. Polyb. L. I. VALENT. Conſpirant omnes *codd.* in manifeſtum errorem. e Polyb. I, 56. ubi iisdem plane verbis dicitur Βάρκας, res liquidiſſimo apparet. ſed Auctor memoriae vitio labi potuit. Quae ſtatim ſequuntur, de carne humana in cibum adhibita, legas quoque apud *Polyb.* cum quo noſtrum hunc locum recte contendit *Reiskius* Anim: ad Polyb. p. 76. id quod addit, tandem commilitones ſorte ductos in cibum fuiſſe adhibitos, ſimile eſt illis, quae de Uſipiorum cohorte narrat *Tacit:* in Agric: c. 28.

2. Εἰς λιμὸν ὁ. π.] Forte εἰς λιμὸν ὁ σφεδρὸν περιέσησεν. REISK. Pro οὕτω *Meerm.* οὕτως.

2.

ſtremo uero cum omnia alia iam conſumpta eſſent, in ſe mutuo conuerſi forte eductos commilitones comederent: Hos Amilcas ubi tandem expugnauit, atque in poteſtatem recepit, elephantibus conculcandos curauit: quaſi fas non eſſet, ut cum aliis hominibus amplius commiſcerentur. Et neque ipſe propterea quod aliqui auſi id fuiſſent, hominum eſum unquam admiſit: neque filius ipſius Annibal, cum quidam ei in Italiam exercitum ducenti conſuleret, ut hominibus edendis exercitum aſſuefaceret, ne uictus inopia premi unquam poſſent. Non igitur quia fames & bella in cauſa fuerunt, ut caetera animalia in cibum adhiberemus, propterea etiam uoluptatis cauſa idem perpetrandum eſt. Quemadmodum neque humanarum carnium eſum unquam admiſimus. Neque quia poteſtatibus quibùsdam animalia ſacrificarunt, iccirco comedenda etiam ea ſunt. quippe cum neque illi qui homines immolabant ea de cauſa ipſorum quoque carδὲ καὶ ἐπ' ἀλλήλους ὁρμῆσαι, καὶ κλήρῳ τοὺς συστρατιώτας ἐσθίειν. ἀλλ' ὅγε Ἀμίλκας λαβὼν ὑποχειρίους, διὰ τῶν ἐλεφάντων συνεπάτησεν, ὡς οὐχ ὅσιον ἔτι τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις αὐτοὺς ἐπιμίγνυσθαι, καὶ οὔτε αὐτὸς παρεδέξατο διὰ τὸ τολμῆσαί τινας [3] τὴν ἀνθρωποφαγίαν, οὔθ' ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀννίβας· ᾧ συνεβούλεύε τις εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατεύοντι, ἐθίσαι ἀνθρωποφαγεῖν τὸν στρατὸν, ὡς μὴ τροφῆς ἀποροῖεν. οὐ τοίνυν ἐπεὶ [4] λιμοὶ καὶ πόλεμοι αἴτιοι τῆς τῶν ἄλλων ζώων βρώσεως γεγόνασιν, ἐχρῆν ταύτην καὶ δι' ἡδονὴν παραδέξασθαι, καθάπερ οὐδὲ τὴν ἀνθρωποφαγίαν προσηκάμεθα. οὐδὲ ἐπεὶ ἔθυσάν [5] τισι δυνάμεσι ζῶα, ἐχρῆν καὶ ἐσθίειν αὐτά. οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπους θύσαντες, ἐγεύσαντο τούτου γε ἕνεκα σαρκῶν ἀν-

3. Τὴν ἀνθρωποφαγίαν.] Male *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* ἀνθρωποσφαγίαν. & ſic iterum paullo poſt ἀνθρωποσφαγεῖν τὸν στρατὸν, ac dein ἀνθρωποσφαγίαν προσηκάμεθα.

4. Λιμοὶ καὶ πολεμοὶ.] *Cod. Bodl.* λοιμοὶ κ. π. vocabula illa paſſim confundi alibi dicitur. hic quod dedimus, unice verum eſt. Plura eorum ſunt exempla quos *bellorum ultima*, *caſus extremi*, *longae dira obſidionis egeſtas*, ut de Vaſconibus *Iuven. XV*, 95. carne humana vitam tueri coëgerunt. De Celtis, Iberis aliisque id adfirmat *Strabo* L. IV. p. 39. Idem Critognati conſilium apud *Caeſar:* B. G. L. VII. c. 77. κατά τινα πικροτάτην συμφορὰν ſic fieri dicit *Athenag.* de Reſur: mort. p. 63. ubi quid iuris naturae interpretes, hac de re ſtatuunt, *Rechenberg.* indicat. Paullo poſt pro ἀνθρωπίνων *Meerm.* ἀνθρωπείων. vide ad L. I, 9.

5. Τίσι δυνάμεσι.] Sic iterum paullo poſt τὰς ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις memorat. ſed vide ad § 34.

ἀνθρωπίνων. ἀλλ' ὅτι μὲν τῷ θύειν οὐχ ἕπεται τὸ καὶ ἐσθίειν πάντως τὰ ζῶα, διὰ τούτων ἀποδέδεικται.

§ 58. [1] Ὅτι δὲ οὐδὲ θεοῖς, ἀλλὰ δαίμοσι τὰς θυσίας, τὰς διὰ τῶν αἱμάτων προσήγαγον οἱ τὰς ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις καταμαθόντες, καὶ τοῦτο πεπίστωται παρ' αὐτῶν τῶν θεολόγων. καὶ μὴν ὅτι τούτων οἱ μὲν, [2] κακοποιοὶ, οἱ δὲ, ἀγαθοὶ, οἱ οὐκ ἐνοχλήσουσιν ἡμῖν ἀπαρχομένοις ἐκ μόνων ὧν ἐσθίομεν καὶ τρέφομεν, ἢ τὸ σῶμα, ἢ τὴν ψυχὴν, καὶ τούτου μέμνηνται. ὀλίγα δ' ἔτι προσθέντες, ὡς καὶ αἱ ἀδιάστροφοι ἔννοιαι τῶν πολλῶν ἐπιβάλλουσι τῇ ὀρθῇ περὶ τῶν θεῶν ὑπολήψει, τὸ [3] βιβλίον περιγράψομεν. λέγουσι

carnibus ueſcerentur. Ex animalium igitur ſacrificio non ſequi, ut continuo comedere quoque eorum carnes debeamus, his ſatis, ut puto, demonſtratum eſt.

§ 58. Quin illud quoque a Theologis ipſis eſt confirmatum, huiuscemodi ſacrificia quae carnibus& ſanguine fiunt, non diis ſed daemonibus ab illis offerri conſueuiſſe, qui poteſtatum quae in uniuerſo ſunt, naturam exploratam haberent. Nam alios ex ipſis daemonibus maleficos, alios bonos ac benignos eſſe, qui turbationem tamen nullam nobis ſint allaturi, ſi ex iis tantum primitias obtulerimus, quibus ueſcimur, & uel corpus, uel animam enutrimus, ab iisdem quoque aſſertum eſſe conſtat. Proinde ſi illud tantum modo adiunxerimus, ut uel quorum libet hominum minime deprauatas ac peruerſas ſententias a recta de diis opinione non aberrare oſtendamus, libro

1. Ὅτι δὲ οὐδὲ θεοῖς.] Non omittam, quin exiguas etiam quasdam ſcripturae varietates hic annotem. Cum enim hic quoque locus, eodem in libro eiusdem auctoris adducatur, ſcriptum illic eſt οὐ θεοῖς. paulloque poſt προσῆγον. infra καὶ οὐκ ἐνοχλήσουσιν. quamvis abſit a ſcripto Pamphili exemplari conjunctio, nec etiam illius loco ſit articulus ὁ, ut apud Porphyrium. VICTORIUS. Δὲ non eſt in *Cod. Meerm.* usque ad illa ἀπαρχομένοις &c. leguntur apud *Euſeb:* p. 153. C. pleraque eorum habet quoque *Cyrill:* Adv: Iul: L. IX. p. 306. D. paullo ante καὶ ante ἐσθίειν deerat *Cod. Lipſ.* & *Meerm. Pamphili* προσῆγον eſt etiam apud *Cyrill:* de re ipſa, quam Noſter & alii adſerunt, vide *Galeum* ad *Iamblich:* Myſt: p. 270.

2. Κακοποιοὶ, οἱ δὲ ἀγ.] Bene illi opponuntur. uti Latinis *bona Iuno* & ſimilia de *propitiis* dicuntur. vide *Spanh:* ad *Iulian:* Orat: I. p. 295. Recte *Abreſchius* οἱ οὐκ ἐνοχλήσουσιν. de cuius vocis conſtructione ſupra dictum.

3. Βιβλίον περιγράψομεν.] Viro D. ad *Dioſc.* p. 5. reſcribendum videbatur παραγράψομεν. παραγράφειν quippe eſſe *circumſcribere*, *finire*. περιγράφειν autem *cancellare*, circumſcribere ſignis, quae indicarent illis intercepta ſignis eſſe delenda. Nec negavero alterum horum verborum alterius locum perperam ſubinde occupaſſe, exempla dabit Erud: *Abreſch:* Dil. Thuc. Auct. p. 367. metaphora tamen ducta ab illis quae circumſcribendo definimus

bro finem imponemus. Dicunt itaque & ex poëtis illi qui paulum ſapiunt.

Quis eſt adeo ſtultus, quis adeo credulus,
Et imperitus, ut deos ipſos putet,
Fumante bili, & carne nudis oſſibus
Quae uel laborans fame non eſſet canis,
Laetari, & ipſum id accipere honoris loco?

Alius uero ait.

Tus, & placentas, libaque hic ſola offeram.
Nam non amicis maſto, ſed coeleſtibus.

§ 59. Quia etiam Apollo cum iuxta patria inſtituta ſacrificandum iubet, hoc

γουσι γοῦν καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἐπ' ὀλίγον σωφρονοῦντες.

4 Τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένος,
5 Εὔπιςος ἀνδρῶν, ὅςις ἐλπίζει θεοὺς
Ὀςῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
6 Χαίρειν ἅπαντας καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Ἄλλος δὲ φησίν.

7 Ψαιςὰ, λιβανωτόν τε μόνα τούτων θήσομαι.
Οὐ τοῖς φίλοις θύω γὰρ, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς
Τανῦν.

§ 59. Ἐπεὶ καὶ Ἀπόλλων παραινῶν θύειν κατὰ τὰ πάτρια, του-

mus, περιγράφειν βιβλίον h. l. dicitur, ut aliis περιγράφειν λόγον, ὑποβύκας &c. de quibus *Weſſeling.* ad *Diod. Sic. I*, 41. Statim οἵ γ' ετ' vel ἐπ' ὀλίγον reſtitui volebat *Abreſch:* nihil verius.

4. Τίς ὧδε μῶρος &c.] V. Grotii Excerpt: p. 923. ſeq: etiam carmina p. 97. ψαιςὰ &c. idem Grotius vertit. VALENT. Dubitat *Grotius* an ex tragoedia, an comoedia, an aliunde petita ſint. cothurnum tamen, non ſoccum, reſipere mihi videntur cum *Gatak:* ad *Anton: X*, 8. verſus ipſos plures memorarunt, unde de ſcriptura certius deliberari poterit. ac primum quidem *Clem: Alex:* Strom: L. VIII. p. 719. *Cyrill:* contra *Iulian:* L. IX. p. 306. & *Grotius* eodem modo conſtituunt, niſi quod varietur in ἀνειμένος, pro quo *Clem:* ἀνειμένως.

5. Εὔπιςος ἀνδρῶν.] Ἄπιςος *Grotius* edidit, ſed contra veniunt ceteri. *Reiskius* malebat εἴπειςος. pro ἐλπίζει apud *Cyrill:* eſt ἐλπίζῃ. non male. dein *Meerm.* ὡς. ὀςῶν. ἀσάρκ.

6. Χαίρειν ἅπαντας &c.] Forte γιγόντας aut λαχόντας. REISK. *Grotius* pro ἅπαντας dedit ἀπαρχῇ, quod *Edit. Catabr.* & *Gatak.* ad *Anton.* ſequuntur. ἀπάτῃ eſt apud *Clementem*, ſed vulgatum tuetur *Cyrillus.* Pro λαχεῖν, perperam *Lipſ. Cod.* λάχειν, quem *Reiskius* λείχειν voluiſſe coniiciebat. λαχεῖν γέρας *Homeri* eſt Iliad: Δ, 49. & Ω, 70. &c. alii quoque λαβεῖν γέρας, ut *Eurip.* Hec. 41. & *Sophocl.* Aiac. 837. Sententiam ipſam & Noſter & alii paſſim ingerunt. Vide ſupra, & *Gatak:* Adv: Miſc: II, 11. qui horum oblitus non fuit.

7. Ψαιςὰ, λιβαν. &c.] Eodem modo haec *Grotius.* In prioribus *edd.* erat μόνα τ' αὐτῶν ἥσομαι. nec ſecus in *Cod. Lipſ.* cum neſciamus quomodo fragmen hoc ceteris aptum nexumque fuerit, nihil temere tento. Ψαιςὰ & λιβανωτόν quid vocarint, ſupra diximus.

τουτέσιν κατὰ τὸ ἔθος τῶν πατέρων, [1] ἅπαν ἄγειν ἔοικεν εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος. τὸ δὲ παλαιὸν διὰ ποπάνων καὶ τῶν καρπῶν ἦν, ὡς ἀπεδείξαμεν. ὅθεν καὶ θυσίαι, [2] καὶ θυηλαὶ, καὶ θυμέλαι ἐκαλοῦντο, καὶ αὐτὸ τὸ [3] θύειν τοῦ θυμιᾶν εἴχετο, καὶ τοῦ νῦν παρ' ἡμῖν λεγομένου ἐπιθύειν. ὃ γὰρ ἡμεῖς [4] νῦν θύειν λέγομεν ἔρδειν ἔλεγον.

[5] Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν,

§ 60. Ἀγνοοῦσι δὲ οἱ τὴν πολυτέλειαν εἰσαγαγόντες εἰς τὰς θυσίας, ὅπως ἅμα ταύτῃ [1] ἐσμὸν κακῶν εἰσήγαγον, δεισιδαιμο-

hoc est patrum nostrorum more, referre omnia ad ueterem consuetudinem uidetur. Vetus enim sacrificandi mos, ut iam ostendimus, erat ut libis & frugibus tantum modo uterentur. Vnde & sacrificia hoc est θυσίαι, & θυηλαὶ & θύματα, id est libamina, & suffimenta: & uerbum ipsum θύειν, quod est sacrificare, a suffiendo. i. ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν dicebatur: id quod nunc ἐπιθύειν id est supersacrificare dicimus. quod enim nunc θύειν. i. sacrificare dicimus, ἔρδειν antiquitus, id est facere appellare consueuerant.

Sacra etenim, ut inquit, *magno faciebant splendida Phoebo*
Tauris, atque capris.

§ 60. Qui autem ita sumtuosa ac magnifica sacrificia introduxerunt ignorant quantam una cum ipsis malorum copiam in uitam hominum inuexerint su-

1. Ἅπαν ἄγειν.] Lege uno verbo ἀπανάγειν. τὰ ante πάτρια non est in *Lipsiensi*. REISK.

2. Καὶ θυηλαὶ, καὶ θυμέλαι ἐκαλ.] Priori uoce utitur etiam supra § 6. ubi vide. *Potter*. Arch. Gr. L. II. c. 4. intelligit arculas, in quibus primitiae adservabantur. Confer *Suidam*. Θυμέλη *Suidae* ὁ βωμός. & sic saepe. vide *Barnes*. ad *Eurip*. Ion. 46. inde ad aram scenicam translata vox, qua de re *Bergler*. ad *Alciph. II*, 3. E Phrynicho autem colligi potest, aliquos sic olim θυλήματα etiam vocasse. locum adduxit Cel. *Ruhnken*. ad *Tim*. Lex. in Θυήματα.

3. Θύειν τοῦ θυμιᾶν εἰχ.] Lege quae disputat magnus *Graevius* Lect. Hes. 8. testimonio hoc eam in rem opportune usus. Ἐπιθύειν, quod sequitur, dicebant de illis qui tus primoribus digitis arreptum in aram invergebant, adeoque veteris significationis, qua θύειν *tus adolere* notat, manifesta servat vestigia, ut bene Clar. *Wesseling*. ad *Diod. Sic. XII*, 11. Nostri non oblitus.

4. Νῦν θύειν λ. ἔρδειν ἔλεγον.] *Athen*. Deipnos. XIV, 23. Ὅμηρος τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει. τὸ δὲ θύειν, ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν. καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν ἔρδειν ὠνόμαζον. Lege quae ibi magnus Animadversor, & quae supra dicuntur § 44. nobis in re notissima verbosis esse non licet. Latinorum *facere* & *operari* pueri norunt.

5. Ἔρδον δ' Ἀπόλλ. &c.] *Homeri* sunt, Iliad. A, 315. simile est illud Iliad. B, 306. quod laudat *Plat*. in Alcib. II. p. 459. A. & sic ille saepius.

1. Ἐσμὸν κακῶν.] Vide ad L. I. § 34.

ſuperſtitionem, luxum, opinionem de diis quod corrumpi largitionibus queant, quod ſacrificiis iniuſtitiam redimant. Nam qua alia de cauſa alii terniones auricornes, ea eſt autem trium uictimarum oblatio, alii centibouia hoc eſt hecatombas faciebant: Olympias uero Alexandri mater millia ex quibus libet ſacrificabat: niſi quia ſumptuoſus apparatus, ubi ſemel incepit, in ſuperſtitionem omnino inducit? Nam cum iuuenis ſumptuum magnificentiis, boumque ut inquiunt, & aliorum animalium epulis oblectari deos cognorit, prompte admodum ſcilicet temperans efficietur. quo pacto enim huiuscemodi ſacrificia grata diis eſſe exiſtimet, non licere ſibi omnia iniuſte agere opinabitur? cum ſe peccata omnia non

μονίαν, τρυφὴν, ὑπόληψιν τοῦ δεκάζειν δύνασθαι τὸ θεῖον, καὶ θυσίαις [2] ἀκεῖσθαι τὴν ἀδικίαν. ἢ πόθεν οἱ μὲν [3] τριττύας χρυσόκερως, οἱ δ' ἑκατόμβας; Ὀλυμπιὰς δ' ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ [4] πάντα χίλια ἔθυεν, ἅπαξ τῆς πολυτελείας ἐπὶ τὴν δεισιδαιμονίαν προαγούσης. [5] ὅταν δὲ νέος θεοὺς χαίρειν πολυτελείαις γνῶ, καὶ ὡς φασὶ, ταῖς τῶν βοῶν [6] καὶ τῶν ἄλλων ζώων θοίναις, [7] πάντ' ἂν ἑκὼν σωφρονήσειεν, πῶς δὲ κεχαρισμένα θύειν ἡγούμενος τοῖς θεοῖς ταῦτα, οὐκ ἐξεῖναι ἀδικεῖν οἰήσεται αὐτῷ, μέλλοντι διὰ τῶν θυσιῶν ἐξωνεῖσθαι

2. Ἀκεῖσθαι τὴν ἀδικίαν.] Imitatur *Platonem* ſuum, quem excitatum vide ſupra ad § 31. λῦσθαι ἀδικίαν *Eurip:* Oreſt. 651. & alii. ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα dixit *Herod:* ad quem V, 91. adi *Weſſelingium.*

3. Τριττύας χρυσοκέρως.] Sacrificiorum hoc genus eſt notiſſimum ex *Schol: Ariſtoph:* in Plut. 280. multisque aliis. τριττύν tamen paullo aliter quam ille explicat Etym: in V. Confer *Hemſterh:* ad *Ariſtoph:* l. l.

4. Πάντα χίλια ἔθυεν.] Mallem ſic legere πέντε χίλια ἅπαξ, *uno eodemque tempore* 5000 *immolavit.* VALENT. Πέντε inficeta & abſurda h. l. coniectura. πάντα bene habet. *millena quaeque*, ut boves mille, oves totidem, ſues item & capras. & ſic porro. REISK. Bene *Felic: millia ex quibus libet.* πάντα id eſt ἑκάστου γένους. ſic prorſus πάντα θύειν ἑκατόν, quod e *Pind:* laudat *Strabo III.* p. 107. *Athen: IV*, 10. & ad utrumque locum *Caſ:* quem iam teſtimonium dicere iuſſerunt V. D. ad *Herod. IV*, 88.

5. Ὅταν δὲ νέος.] X qui ſequuntur verſus leguntur apud eundem in eodem l. Lectio vero quatuor locis inmutata eſt, fidelius illic, niſi fallor, cuſtodita. primum diſcrimen ποτ' ἂν ἑκὼν. manifeſto melius. nam quod eſt hic ἀδικήσειν δνήσεται αὐτῷ ſine dubio rectum eſt, cum illic depravate legatur numero multitudinis: generandi caſu αὐτῶν, confirmante etiam ſcripto exemplari noſtram hanc lectionem. Infra, θεοῖς δὲ ἀρίζη μὲν ἀπαρχὴ. & in extremo verſu κατακλίσεσιν. variata una litera tantum in media ſyllaba eius nominis. Quod tamen multum ſententiam variat, ac meliorem reddit: ſtatimque συντάξεων δόσεσιν. VICTORIUS.

6. Καὶ τῶν ἄλλων ----] In prioribus Editionibus eſt καὶ ταῖς τῶν ἄλ. quod praefert etiam *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* Deinde verum eſt *Euſeb:* P. E. p. 152. D. ποτ' ἂν ἑκὼν.

7. Πάντ' ἂν.] Pro πάντ' ἂν ſubſtitui πῶς ἂν. inveni poſtea apud *Euſebium* ποτ' ἂν. VALENT.

8.

τὴν ἁμαρτίαν. πεισθεὶς δὲ, ὅτι τούτων [8] χρείαν οὐκ ἔχουσιν οἱ θεοὶ, εἰς δὲ τὸ ἦθος ἀποβλέπουσι τῶν προσιόντων, μεγίσην θυσίαν λαμβάνοντες τὴν ὀρθὴν περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν πραγμάτων διάληψιν, [9] πῶς οὐ σώφρων, καὶ ὅσιος, καὶ δίκαιος ἔσαι.

§ 61. Θεοῖς δὲ ἀρίσῃ μὲν καταρχὴ, νοῦς καθαρὸς καὶ ψυχὴ ἀπαθὴς, [1] οἰκεῖον δὲ καὶ τὸ μετρίως μὲν ἀπάρχεσθαι τῶν ἄλλων· μὴ παρέργως δὲ, ἀλλὰ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ· [2] ἐοικέναι γὰρ δὴ τὰς τιμὰς, ταῖς ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν προεδρίαις, [3] ἐπαναςάσεσίν τε καὶ κατακλήσεσιν, οὐ συντάξεων δείσεσιν· οὐ γάρ δὴ ἄνθρωπος μὲν ἐρεῖ,

4 Εἰ

non difficulter ſacrificiis redemturum putet? At ſi contra perſuaſum id habuerit, deos ſicut uanis iſtis opum affluentiis minime indigere, ita ad mores accedentium reſpicere, rectaque eorum de ipſis, rerumque natura contemplationem maximi ſacrificii loco admittere, nullo modo temperans, & ſanctus, & iuſtus euaſurus non eſt.

§ 61. Diis autem pura mens & anima affectibus carens optima oblatio eſt. Accommodatum item ipſis eſt, ut ex aliis quoque moderate, non negligenter, ſed omni cum promptitudine primitias conſecremus. Eſſe enim honores ſimiles debent bonorum praeſeſſionibus, dum illis decedimus, atque aſſurgimus, non penſionum ſolutionibus. non enim uidelicet ita homo dicet,

Si

8. Χρείαν οὐκ ἔχουσιν. &c.] Vide quae diximus § 33. Deum τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπειν dixit § 15. voci προσιέναι ineſſe ſignificationem obſequii, venerationis & cultus religioſi, ſaepe iam obſervaſti. male *Meerm.* pro μεγίσην dat μεγίσων. in margine legebatur: Ζῇ ὅτι ὁ θεὸς εἰς τὸ ἦθος τοῦ ἀνθρώπου ἀφορᾷ, καὶ οὐ πρὸς τὸ θύμα.

9. Πῶς οὐ σώφρων, καὶ ὅσ. καὶ δίκαιος.] Uti infra iungit φρονίμως καὶ σωφρόνως καὶ ὁσίως, L. IV, 21. Prorſus uti hic σώφρενα, δίκαιον, ὅσιον, *S. Paullus* ad Titum I, 8. quae cum h. l. contendit *Wetſtenius*: uti quae ſtatim ſequuntur, cum Euang. *Ioan. IV*, 24. σωφροσύνη, δικαιοσύνη & ὁσιότης ſic iunguntur *Plat.* in Lyſ. p. 494.

1. Οἰκεῖον δὲ καὶ τὸ μετρίως.] Putavi legi oportere οἰκείων. ideoque verti ut videtis. Nunc ex Euſeb: edoctus, qui habet etiam οἰκεῖον, melius ſic reddi poteſt, *conſentaneum etiam Diis eſſet, moderate quidem ex aliis libare.* VALENT. Antea legebatur μετρίων. nec ſecus *Euſeb: Lipſ.* & *Meerm. Cod.* μέτριον fuiſſe opinor.

2. Ἐοικέναι γὰρ δὴ τὰς τ.] Forte ἐοικέναι γὰρ δεῖ (quod etiam eſt in *Cod. Lipſ.*) τὰς τῶν θεῶν τιμὰς. REISK. Δεῖ pro δὴ quoque reſinxeram, & praeiverat iam *Elsn:* ad *Paull:* II *Corinth. IX*, 7. nec ſecus eſt in *Cod. Meerm.* Apud *Euſeb*: editur δὴ.

3. Ἐπαναςάσεσίν τε καὶ κατακλ.] *Euſeb: Cod:* habet ὑπαναςάσ. καὶ κατακλίσ. οὐ συντ. δόσεσιν. VALENT. Recte *Lipſ.* κατακλίσεσι. a κλίνειν. ſed in δείσεσιν male cum vulgato conſentit. recte interpres conjecit δόσεσιν. συντάξεις ſunt contributiones cuique ſcriptae, quas inviti omnes praeſtant. REISK. Inepte haec leguntur, ſed levi opera ex *Euſebio* emendari poſſunt. Confer ad haec notata Cel. *Wetſt:* ad Euang. *Matth. XXIII*, 6. cum *Lipſ. Cod.* conſentit *Meerm.*

4.

Si beneficii accepti es memor, meque amas,
Amare te contra uolo, beneficium adaugens,
Quippe cum huiusce rei cauſa in te id contulerim:

4 Εἰ μνημονεύεις, εὖ παθὼν, φιλεῖς τέ με,
Ἀπέχω πάλαι, Φιλῖνε, παρά σου χάριν.
5 Τούτου γὰρ αὐτὴν ἕνεκεν πρὸς σὲ κατεθέμην.

Deo uero his iisdem ſatis non erit. Iccirco Plato bono uiro conuenire inquit ſacrificare, & uerſari ſemper cum diis notis, dedicationibus, ſacrificiis, atque omni cultu: malum autem fruſtra multum laborem erga deos ſuſcipere. Bonus enim & quae ſacrificanda, & a quibus abſtinendum, quaeque ſectanda, ex quibusque primitiae offerendae diis ſint, optime nouit. Prauus uero ex propria affectione & ex iis quae ipſe appetit, honores diis offerens impie potius ſe gerit quam pie. Vnde neque cum iis qui male aſſueti fuerint, Plato ſi-

Θεὸς δὲ οὐκ [6] ἀρκεῖται τούτοις. διόπερ ὁ Πλάτων τῷ μὲν ἀγαθῷ θύειν φησὶν προσήκει καὶ προσομιλεῖν ἀεὶ τοῖς θεοῖς εὐχαῖς καὶ ἀναθήμασι καὶ θυσίαις, καὶ τῇ πάσῃ θεραπείᾳ· τῷ δὲ κακῷ μάτην περὶ θεοὺς τὸν πολὺν εἶναι πόνον. ὁ γὰρ ἀγαθὸς οἶδεν ἃ θυτέον, καὶ ὧν ἀφεκτέον, καὶ τίνα προσενεκτέον, καὶ τίνων ἀπαρκτέον, [7] ὁ δὲ φαῦλος ἐκ τῆς οἰκείας διαθέσεως καὶ ὧν αὐτὸς ἐσπούδακεν, προσάγων τοῖς θεοῖς τὰς τιμὰς, ἀσεβεῖ μᾶλλον ἢ εὐσεβεῖ. διὸ οὐδ' οἴεται δεῖν τοῖς φαύλοις ὁ Πλάτων ἐθισμοῖς

4. Εἰ μνημονεύεις &c.] Grotius vertit V. Excerpt. VALENT. P. 911. quem ſecutus eſt. Pro Φιλῖνε παρά σου χάριν antea legebatur Φιλεῖν: ἐπαλλάσσου χάριν. a quibus non multum abit *Cod. Lipſ.* ſcriptura, ἀπέχω πάλαι φιλεῖς, ἐπάλλασσου τὴν χάριν. quibus unde color quaeri poſſit haud ignoro. vulgatum tamen praefero. ἐπαράσσου τὴν χάριν, dat *Meerm.* pro πάλαι *Cod. Bodlei.* πάλιν.

5. Τούτου γὰρ αὐτὴν &c.] Male priores *edd.* πρὸ σὲ κατεθέμην. καταθέσθαι τινι χάριν, pro *beneficium depoſiti inſtar*, (id enim proprie eſt καταθέναι, unde hoc modo depoſitum beneficium eleganter ἀποκεῖσθαι Graecis dicitur) *apud aliquem collocare*, habemus apud *Lucam* A. Apoſt. XXIV, 27. ubi vide *Interpr:* & *Wolf:* ad *Liban:* Epiſt. 215. ſed in illis exemplis cum dandi caſu conſtruitur. ut Noſter *Demoſth:* in Neaer. p. 864. B. πρὸς αὐτὴν τὴν ἄνθρωπον χάριν καταβήσεσθαι. *Idem* de Rhod. Libert. p. 145. B. μεγάλην εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρὸς αὐτόν. quod εἰς τινα dixit *Ariſtid:* T. I. p. 38. & *Charit. IV*, 5. p. 72. ubi loquendi genus diligenter inluſtrat *D'Orvillius.* in verſu ſuperiori τὴν ante χάριν e *Cod. Lipſ.* adoptandum eſſe, & in hoc metrum poſtulare ἕνεκα *Reiskius* monebat.

6. Ἀρκεῖται τούτοις.] Poſt τούτοις ponendum ſignum interrogationis. nam eſt oratio in forma interrogationis infitians. REISK.

7. Ὁ δὲ φαῦλος —] Saepe φαῦλοι opponuntur ἀγαθοῖς, ſed quod inde colligat *Ier. Markl.* ad *Max. Tyr. VIII*, 3. ibi pro δει-

συμπεριφέρεσθαι τὸν φιλόσοφον· οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς εἶναι φίλον, οὔτε τοῖς ἀνθρώποις συμφέρον, ἀλλὰ μεταβάλλειν μὲν [8] πειρᾶσθαι εἰς τὸ ἄμεινον, εἰ δὲ μή, αὐτὸν πρὸς αὐτὰ μὴ μεταβάλλεσθαι· μετιέναι δὲ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν αὐτὸν πορευόμενον, μήτε κινδύνους τοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν εὐλαβούμενον, μήτε τὴν ἄλλην, εἴ τις γίγνοιτο, βλασφημίαν. καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη, [9] Σύρους μὲν τῶν ἰχθύων μὴ ἂν γεύσασθαι, μηδὲ τοὺς Ἑβραίους συῶν, Φοινίκων δὲ τοὺς πολλοὺς, καὶ Αἰγυπτίων βοῶν θηλείων, ἀλλὰ καὶ βασιλέων πολλῶν μεταβαλεῖν αὐτοὺς σπουδασάντων, [10] θάνατον ὑπομεῖναι μᾶλλον, ἢ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν· ἡμᾶς δὲ τοὺς τῆς φύσεως νόμους καὶ τὰς θείας παραγγελίας φόβων ἐξ-

simul uersari philosophum debere existimat : quippe cum neque id gratum diis, neque hominibus utile futurum sit : sed dare quidem operam uult philosophum, ut in meliorem statum immutentur homines : si uero minus id potest, ipsum in eorum malas consuetudines delabi non uult : sed nullius periculi, nulliusque infamiae uulgi habita ratione recta uia progrediendum ipsi esse censet. Nam absurda res sane esset, si cum & Syri e piscibus, & Hebraei ex suibus, & plerique ex Phoenicibus & Aegyptiis ex bobus foeminis gustare nullo modo uelint, sed cum reges multi uim inferrent, subire potius mortem, quam instituta patria uiolare proposuerint : nos naturae leges & diuina praecepta terrorum hu-

δειλοῖς forte legendum esse φαύλοις, cum sequatur ἀγαθοῖς, id quidem secus videri potest. δειλὸς enim saepe idem quod κακὸς, etiam nullo ad bellum respectu, ut apud *Theogn:* in Sent. 105. & 108. Pythagorei sic solent verbum istud usurpare, testem habeo V. D. ad *Pythr:* Aur. Carm. 21. Statim observa elegantem metaphoram in συμπεριφέρεσθαι, sumtam a navibus, quae ventis iactantur. περιφέρεσθαι sic habemus in *Epist.* ad *Eph.* & ad *Hebr.* paullo post pro φίλον pessime *Bodlei.* φίλτρον.

8. Πειρᾶσθαι εἰς τὸ ἄμεινον.] Forte αὐτὰ εἰς τὸ ἄμεινον. REISK. Τὸ deerat *Lipsi. Cod.* & paullo post pro βλασφημίαν *Meerm. Cod.* & *Lugdun. Editor* βλασφημία.

9. Σύρους μὲν τῶν ἰχθύων μὴ ἀ. γ.] Idem docet *Porphyr:* infra L. IV, 15. Rei testimonia & originem dixerunt multi. Vide *Reland:* Palaest: L. III. p. 592. & V. D. ad illa *Ovid: II.* Fast. 474.

Nec violant timidi piscibus ora Syri.

Volunt ideoque aliqui Homerum, genere Syrum, patriae more heroibus suis pisces non tribuere. Vide *Athen:* L. IV, 14. Nec tamen omnibus hoc Syris commune fuisse, sed illis qui Astarten colebant, colligas ex *Artemid: I*, 9. ἰχθύας πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν τὴν Ἀσάρτην σεβομένων. Mox pro Φοινίκων δὲ *Meerm.* Φοινίκων τε.

10. Θάνατον ὑπομεῖναι μᾶλλον.] Vide quae notavimus ad L. I, 2. *Cicer:* Tuscul: V, 27. *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutas mentes pravitatis erroribus, quam-*

humanorum, aut maledicentiae alicuius cauſa transgredi non uereremur. Magna profecto diuinus coetus affici indignatione merito poſſet, deorum ſimul & diuinorum uirorum, ſi ad prauorum hominum opiniones conuerſos, & uano quodam eorum rumore perterritos nos uideret, qui mortis meditationem aliis quotidie in uita prae nobis ferre conſueuimus.

ἕνεκα ἀνθρωπίνων, ἢ τινος βλασφημίας τῆς ἀπὸ τούτων αἱρεῖσθαι παραβαίνειν. ἦ μέγα ὁ θεῖος χορὸς σχετλιάσειεν ἂν θεῶν τε ὁμοῦ καὶ ἀνδρῶν θείων, πρὸς ἀνθρώπων φαύλων δόξας ὁρῶν ἡμᾶς κεχηνότας, καὶ τὸν παρὰ τούτων φόβον ὑφορωμένους, οἱ καθ' ἡμέραν μελέτην ἐν τῷ βίῳ, [11] τὸ ἀποθνήσκειν τοῖς ἄλλοις πεποιήμεθα.

quamvis carnificinam potius ſubirent, quam ibim aut aſpidem, aut felem, aut carnem, aut crocodilum violent. De Iudaeis ſic fere Noſter L. IV, 13. non inepte itaque adſcriptum erat *Meerm. Cod.* ὥσπερ οἱ θαυμάσιοι μακκαβαῖοι. De Phoenicum & Aegyptiorum more, ut vaccis abſtinerent, vide ad II, 11.

11. Τὸ ἀποθνήσκειν τ. ἄ. π.] Mortem philoſophicam intelligit, de qua ad L. I. § 41.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΠΟΧΗΣ ΤΩΝ ΕΜΨΥΧΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

PORPHYRII

DE ABSTINENTIA AB ESU ANIMALIUM

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

In hoc tertio libro probat Porphyrius animalia non necanda eſſe, quia cum rationem participent, poſſet & debeat etiam ad illa juſtitia extendi. § 1. 2. *Ratione autem non carere oſtendit; eo quod ſermone utantur.* § 3, &c. *ad* § 7. &

quod interna ratiocinatione se dirigant, sentiant, eodem nobiscum modo conformentur & afficiantur. Quae omnia pluribus rationibus confirmat & exemplis illustrat a § 7, ad § 26. multis interim argumentis ab adversariis propositis obiter respondens. Quibus confectis, statuit tandem justitiam non erga homines solum sed & caetera animalia exerceri oportere.

§ 1. Ὧς μὲν οὔτε πρὸς σωφροσύνην καὶ λιτότητα, οὔτε πρὸς εὐσέβειαν, αἱ μάλιστα πρὸς τὸν θεωρητικὸν συντελοῦσι βίον, ἡ τῶν ἐμψύχων βρῶσις συμβάλλεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐναντιοῦται, διὰ τῶν φθασάντων, [1] ὦ Φίρμε Καστρίκιε, δυεῖν βιβλίων ἀπεδείξαμεν. τῆς δὲ δικαιοσύνης τὸ κάλλιστον ἐν τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείᾳ κεκτημένης, ταύτης δὲ ὡς ἔνι μάλιστα διὰ τῆς ἀποχῆς συνισαμένης, οὐ δέος ἐστὶ περὶ τοῦ πρὸς ἀνθρώπους δικαίου, μήπη [2] τοῦτο παραβραύσωμεν, τήν γε πρὸς τοὺς θεοὺς ὁσίαν διασώζοντες. Σωκράτης μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡδονὴν διαμφισβητοῦντας εἶναι τὸ τέλος, οὐδ' ἂν πάντες, ἔφη, [3] σύες καὶ τράγοι τούτῳ συναινοῖεν, πεισθήσεσθαι ἂν

§ 1. Neque ad temperantiam, & parsimoniam, neque ad pietatem, quae maxime ad contemplatiuam uitam faciunt, animalium esum conferre, sed potius ipsis aduersari, duobus, o Firme Castrici, superioribus libris demonstrauimus. Cum uero iustitia praecipuam pulchritudinem suam in pietate erga deos obtineat, ea uero ex abstinentia maxime existat, timendum non est, ne ius erga homines aliqua ex parte uiolemus, si sanctitatem erga deos seruauerimus. Ac Socrates quidem aduersus eos qui uoluptatem esse summum bonum asserebant, neque si omnes sues & hirci id comprobarent crediturum unquam se esse, in-

1. Ὦ Φίρμε Καστρίκιε.] De Firmo Castricio, quem ut ab errore κρεωφαγίας revocaret, hos libros conscripsit Porphyrius, diximus supra ad L. I. § 1. memoratur hoc nomen quoque *Synes:* Epist: 36.

2. Τοῦτο παραβραύσωμεν.] Forte περιβραύσωμεν. Reisk. Id certe multo usitatius, vide tamen *Steph:* Thes: παραβράυσματα *fragmina* vocat *Pollux IX*, 126. *Suidas*, sensu longe alio, παραβραύοντες. ταλαιπωροῦντες. ἀδυνατοῦντες.

3. Σύες καὶ τράγοι.] Quippe quae voluptati maxime student animalia, vides ideoque, cum hac de re sermo sit, saepius iungi, ut apud *Plutarch:* T. II. p. 1094. & alios. Mox ἡμῶν deest *Cod. Lipsi.*

4.

in uoluptate felicitatem noſtram eſſe ſitam aiebat, quoad intellectus in omnibus dominaretur. Nos uero, neque ſi omnes lupi & uultures carnium eſum laudent, unquam iuſta dicere his concedemus, quousque homo innoxius natura fuerit, & a comparandis ſibi ex aliena iniuria uoluptatibus abſtinuerit. Quo circa ad diſputationem de iuſtitia tranſeamus: ac quia eam erga ſimilia ſola pertingere aſſerunt, qui decreto huic contradicunt, & propterea irrationalia animalia a iure omni erga homines excludunt: age, nos ueram ſimul ac Pythagoricam hac de re opinionem proferamus atque animam omnem quae ſenſus & memoriae ſit particeps, rationalem quoque eſſe demonſtremus. Si enim demonſtratum hoc fuerit, ius ad omnia animalia ex eorum etiam ſententia pertinere conſtabit. Ea autem quae apud ueteres memoriae prodita ſunt, ſummatim referemus.

§ 2. Cum duplex igitur ratio, ſeu oratio ſit ex Stoicorum ſententia, alte-

ἂν ἐν τῷ ἥδεσθαι τὸ εὔδαιμον ἡμῶν κεῖσθαι, ἕς' ἂν νοῦς ἐν τοῖς πᾶσι κρατῇ. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἂν πάντες λύκοι ἢ γῦπες τὴν κρεωφαγίαν δοκιμάζουσιν, οὐ συγχωρήσομεν τούτοις δίκαια λέγειν, ἕς' ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀβλαβὲς ᾖ φύσει, καὶ ἀφεκτικὸν τοῦ διὰ τῆς ἄλλων βλάβης αὐτῷ τὰς ἡδονὰς ποίζεσθαι. ἐς οὖν τὸν περὶ τῆς δικαιοσύνης λόγον μεταβαίνοντες, ἐπείπερ ταύτην πρὸς τὰ ὅμοια δεῖν μόνα παρατείνειν εἰρήκασιν οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἄλογα 4 διαγράφουσι τῶν ζώων, φέρε ἡμεῖς τὴν ἀληθῆτε ὁμοῦ καὶ Πυθαγόρειον δόξαν παραξήσωμεν, 5 πᾶσαν ψυχὴν, ᾗ μέτεξιν αἰσθήσεως καὶ μνήμης, λογικὴν ἐπιδεικνύντες· τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, εἰκότως ἂν καὶ κατὰ τούτους πρὸς πᾶν ζῶον τὸ δίκαιον παρατενοῦμεν. ἐροῦμεν δὲ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς συντόμως ἐπιτέμνοντες.

§ 2. Διττοῦ δὴ λόγου κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς ϛοᾶς ὄντος, 1 τοῦ μὲν ἐνδια-

4. Διαγράφουσι τῶν ζώων.] Διαγράφειν eſt *lineam transverſam per aliquid ducere*, & hinc aliquid expungere, de medio tollere. Vide quae de metaphorae ingenio diſputat Clar: *Reiskius* ad *Polyb:* Excerpt: p. 766. & *Caſaub:* ad *Athen: II*, 22.

5. Πᾶσαν ψυχὴν &c.] Id quippe Pythagoricae ἀποχῆς erat fundamentum, ideoque a Noſtro ſaepe inculcatur. Hinc in Vit. Pythag: dicit πάντα τὰ γινόμενα ἔμψυχα, ὁμογενῆ. vidimus alio in loco.

1. Τοῦ μὲν ἐνδιαθέτου, τοῦ δὲ προφ.] Diſtinctio vulgatiſſima in ſcriptis Philoſophorum, ac veterum Chriſtianorum. λόγος ἐνδιάθετος, ſive ἐνθυμηματικὸς, *interna ratio* & προφορικὸς, *oratio*, *ſermo*. Utrique veteres Mercurium praeficiebant, qua de re *Toll:* Itin: Ital. p. 153.

διαθέτου, τοῦ δὲ προφορικοῦ, καὶ πάλιν τοῦ μὲν [2] κατορθωμένου, τοῦ δὲ ἡμαρτημένου, ποτέρου ἀποξεροῦσι τὰ ζῶα, διαρθρῶσαι προσῆκον. ἆρά γε τοῦ ὀρθοῦ μόνου, οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦ λόγου; ἢ παντελῶς παντὸς [3] τοῦ τε ἔσω καὶ τοῦ ἔξω προϊόντος; ἐοίκασι δὴ τὴν παντελῆ ξέρησιν αὐτῶν κατηγορεῖν, οὐ τὴν τοῦ κατορθωμένου μόνον. οὕτω γὰρ ἂν οὐκ ἄλογα, λογικὰ δὲ ἦν ἔτι τὰ ζῶα, καθάπερ σχεδὸν πάντες κατ' αὐτοὺς οἱ ἄνθρωποι. σοφὸς μὲν γὰρ ἢ εἷς ἢ καὶ δύο κατ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἐν οἷς μόνοις ὁ λόγος κατορθοῦται, οἱ δὲ ἄλλοι φαῦλοι πάντες· κἂν οἱ μὲν ὦσι προκόπτοντες, οἱ δὲ [4] χύσιν τῆς φαυλότητος ἔχοντες, εἰ καὶ πάντες ὁμοίως λογικοί· ὑπὸ δὲ τῆς φιλαυτίας προαγόμενοι, ἄλογά φασι τὰ ζῶα ἐφεξῆς τὰ ἄλ-

tera interna, hoc est ἐνδιαθετος, quae in animo disposita est, altera externa, quae uoce exprimitur, atque altera recta, altera deprauata: utra ex his animalia priuent, distinguendum uidetur. Num quid recta tantum, & non absolute omni ratione carere ipsa aiunt, an non omni prorsus tam quae intrinsecus est, quam quae extrinsecus procedit? Omnis sane rationis priuationem penitus attribuere ipsis uidentur, non solius rectae: nam alioqui non irrationalia, sed rationalia caetera quoque animalia non secus atque omnes fere homines apud ipsos haberentur: quippe cum sapientes ex eorum sententia uel unus, uel duo ad summum reperiantur, in quibus solis recta ratio conspicitur: reliqui praui omnes sint, quamuis alii aliquantulum proficiant, alii in prauitatis fusione ueluti detineantur. Omnes tamen nihilo minus rationales apud ipsos sunt. Stoici igitur ex nimia sui affectione inducti caetera omnia animalia ir-

153. Utrumque animantibus Noster in sequentibus adserit.

2. Κατορθωμένου.] Lege κατωρθωμένου. per duplex ω & sic quoque vers. 10. Reisk. Utique Graecismus ita postulat. passim hanc vocem & similia eo modo depravata invenias, sed saepe virorum eruditorum curis jam restituta, ut apud *Thom: M.* in κατορθῶσαι, & alios. Recte hoc in loco *Meerm. Cod.* sed male paullo post κατορθωμένου.

3. Τοῦ τε ἔσω.] Forte τοῦ τε ἔσω ἐνοικοῦντος, καὶ τοῦ ἔξω προϊόντος. Reisk.

4. Χύσιν τῆς φαυλ. ἕ.] Χύσιν eo sensu accepi, quo legitur in V. l. χύσιν, ἄθρεσιν, πλῆθος. Valent. Χύσιν confirmatur § 10. εἰ καὶ μὴ οὕτω κέκυνται. unde constat significare *profusam, proiectam & effrenem audaciam.* Reisk. Bene vulgatum tuetur Vir Erud: *Fogeroll:* perperam volebat λύσιν. de voce προκόπτειν egimus L. II. § 52. Mox priores *edd.* ὑπὸ δὲ τῆς φιλαυτ. nec secus *Meerm. Codex.*

5.

irrationalia appellant, nomine hoc irrationalis exprimere id uolentes, quod priuatum omnino ratione eſt. At ſi uerum dicere oportet, non ſolum abſolute ratio in omnibus animalibus ſpectatur, uerum etiam in multis ex ipſis ratio eiusmodi conſpicitur, quae ſignificationes prope ad perfectionem accedentes prae ſe ferant.

§ 3. Quoniam igitur duplex ratio atque oratio eſt, ut diximus, altera in animi diſpoſitione, altera in pronuntiatione conſtituta: ab ea primum exordiemur quae profertur, atque in uoce conſiſtit. Si itaque quae extrinſecus profertur, oratio uox eſt quae affectiones quae intus & in anima ſunt, lingua ſignificat, atque exprimit: haec enim communis diffinitio eſt nondum ulli ſecta addicta, ſed quae ſolam orationis notionem declarat: quid quaeſo ex his deeſt caeteris animalibus quae uoce praedita ſunt? Nonne etiam haec prius in anima afficiuntur, priusque cogitant, quam uoce exprimant. cogita-

ἄλλα σύμπαντα, τὴν παντελῆ ϛέρησιν τοῦ λόγου διὰ τῆς ἀλογίας μηνύειν ἐθέλοντες· καίτοι εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μόνον ἁπλῶς ὁ λόγος ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις θεωρεῖται, ἐν πολλοῖς δὲ αὐτῶν καὶ [5] ὑποβολὰς ἔχων πρὸς τὸ τέλειον.

§ 3. Ἐπεὶ τοίνυν διττὸς ἦν, ὁ μὲν ἐν τῇ προφορᾷ, ὁ δὲ ἐν τῇ διαθέσει, ἀρξώμεθα πρότερον ἀπὸ τοῦ προφορικοῦ, καὶ τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν τεταγμένου. Εἰ δὲ προφορικός ἐϛι λόγος φωνὴ διὰ γλώττης σημαντικὴ τῶν ἔνδον καὶ κατὰ ψυχὴν παθῶν (κοινοτάτη γὰρ ἡ ἀπόδοσις αὕτη, [1] καὶ αἱρέσεως οὐδέπω ἔχομένη, ἀλλὰ μόνον τῆς τοῦ λόγου ἐννοίας,) τί τούτου ἄπεϛι τῶν ὅσα φθέγγεται; τί δὲ οὐχὶ καὶ ἃ [2] πάσχει τῇ πρότερον, καὶ πρὶν εἰπεῖν ὃ μέλει διενοήθη; λέγω

ti-

E e δὴ

5. Ὑποβολὰς ἔχων.] Forte ἐπιβολὰς. *opportunitates*, *acceſſus*, *aditus*, *praeſidia*. Reisk. Mallem ὑπερβολὰς. Dicit τὸν λόγον in animantibus non modo inveniri, ſed ita inveniri, ut multo excellentior ſit, quam in aliis. Sane in ſequentibus prolixe ea de cauſſa diſputat, ut oſtendat, illum in beſtiis nonnullis magis valere quam in aliis, immo etiam quam in hominibus. male ſtatim προσφορᾷ pro προφ. *Meerm.*

1. Καὶ αἱρέσεως οὐδέπω ἐχομένη.] Num διαιρέσεως. Reisk. Bene expreſſiſſe puto *Felic:* αἵρεσις eſt *electio*, *optio*, uti αἵρεσιν & κρίσιν *Demoſth:* & alii iungunt, qua de re *Steph:* in Theſ: alias πρόσκλισις δογμάτων ita definitur. Vide *Caſaub.* ad *Diog. Laërt. I*, 20. Mox *Lipſ. Cod.* & *Meerm.* τῶν ζώων ὅσα φθέγγεται.

2. Πάσχει τῇ πρότερον.] Pro τῇ lege τι. *nonne vero etiam illa animantia omnia, quae ſenſu aliquo moventur* (proprie *patiuntur* aliquid) *id prius cogitant, quam eloquuntur.* Reisk. Clar: *Abreſch:* τῇ πρότερον, καὶ πρὶν εἰπεῖν ὃ μέλλει, διανοήσει. Confer *Plut.* T. II. p. 961. C. Pro τῇ *Fogeroll.* etiam malebat τι. *Valent.* correxerat τὸ. Pro

δὴ διάνοιαν τὸ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ σιγὴν φωνούμενον. τοῦ τοίνυν ὑπὸ τῆς γλώττης φωνηθέντος, (ὅπως ἂν καὶ φωνηθῇ, εἴτε βαρβάρως, εἴτε Ἑλληνικῶς, 3 εἴτε κυνικῶς, ἢ βοϊκῶς) λόγου γε ὄντος, μέτοχα τὰ ζῶα φωνητικὰ, τῶν μὲν ἀνθρώπων, κατὰ νόμους τοὺς ἀνθρωπείους φθεγγομένων, τῶν δὲ ζώων 4 κατὰ νόμους, οὓς παρὰ τῶν θεῶν, καὶ τῆς φύσεως εἴληχεν ἕκαστον. εἰ δὲ μὴ 5 ἡμεῖς ξυνίεμεν, 6 τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ τῆς Ἰνδῶν οἱ Ἕλληνες· οὐδὲ τῆς Σκυθῶν, ἢ Θρακῶν, ἢ Σύρων, οἱ ἐν τῇ Ἀττικῇ τραφέντες· ἀλλ' ἴσα κλαγγῇ γεράνων, ὁ τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἦχος προσπίπτει. καίτοι 7 ἐγγράμματος τοῖς ἑτέροις ἡ αὐτῶν καὶ ἔναρθρος, ὡς καὶ ἡμῖν ἡ ἡμετέρα· ἄν-

tionem enim id appello, quod in anima per silentium dicitur. Cum igitur quicquid uoce per linguam effertur, quomodocunque siue barbare, siue graece, siue canine, siue equine expressum fuerit, oratio sit, eius caetera quoque animalia quae uocem habent, capacia sunt: sed homines quidem lege humana loquuntur, caetera animalia uero ea lege qua a diis & natura concessum unicuique est. Si uero nos non intelligimus, quid id refert? Nam neque Indorum Graeci, neque Scytharum, uel Thracum, uel Syrorum qui in Attica educati sunt linguam percipiunt. Sed non secus ac gruum clangor alterius alteri uocis sonus accidere consueuit. cum tamen literata & articulata sua cuiusque uox sit, quem ad modum nobis nostra: illite-

Pro ὃ, ut antea perperam legebatur, uterque ἃ. verum est ὃ. nec minus *μέλλει*. quod fulcitur *Cod. Lipsi.* & *Meerm.* auctoritate.

3. Εἴτε κυνικῶς, ἢ βοϊκῶς.] Quod hic βοϊκῶς id in Vita Pythag: 24. βοϊςὶ λαλεῖν dixit: vide ibi *Holstenium*. ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι infra § 4. mox τὰ ζῶα τὰ φωνητικὰ malebat *Reiskius*. & merito. idem praefert *Cod. Meerm.*

4. Κατὰ νόμους οὓς παρὰ ---] Uti de Platone *Clem. Alex.* Strom. I. p. 338. C. οἴεται δὲ καὶ ἀλόγων ζώων διαλέκτους εἶναι, ὧν τὰ ὁμογενῆ ἐπακούειν. ubi plura hac de re. *Cod. Meerm.* ὡς εἴληχεν. saepe illi accidit, ut syllaba praecedentis vocis temere repetatur.

5. Ἡμεῖς ξυνίεμεν &c.] Prorsus uti Noster, *Sext. Empir. I*, 14. p. 20. εἰ καὶ μὴ συνίεμεν τὰς φωνὰς τῶν ἀλόγων καλουμένων ζώων, ὅλως οὐκ ἐςὶν ἀπεικὸς διαλέγεσθαι μὲν ταῦτα, ἡμᾶς δὲ μὴ συνιέναι. καὶ γὰρ τῆς τῶν βαρβάρων φωνῆς ἀκούοντες οὐ συνίεμεν. ἀλλὰ μονοειδῆ ταῦτην εἶναι δοκοῦμεν. ubi plura hanc in rem Cel: *Fabric:* Saepius Noster in sequentibus id significat.

6. Τί τοῦτο;] Scilicet *μέγα*? quid hoc magnum est, aut τὶ τοῦτο πρὸς τὸ παρὸν *quid hoc ad rem praesentem?* uti infra Sect. 4. Reisk. Formula sollemnis in interrogationibus. *Demosth:* de Fals. Leg. p. 306. C. εἰ δὲ μὴ πάρεισι φακεῖς, τί τοῦτο; & alii saepe. Post τῆς Ἰνδῶν *Fogerolli:* διαλέκτου συνετοὶ inepte supplebat. γλώσσης ξυνιάσι facile e sensu intelligitur. Tum, οὐδὲ τῆς τῶν Σκυθῶν *Lipsi. Cod.*

7. Ἐγγράμματοις τοῖς ἑτέροις.] Subaudi οὖσα, quamquam hoc praestaret addi. statim forte ὡς

terata uero & inarticulata Syrorum, ſi ita incidat aut Perſarum nobis, ſicut caeterorum animalium omnibus hominibus uox accidit. Quemadmodum enim nos ſonitum quendam & ſtrepitum ſolum percipimus, Scytharum uerbi cauſa loquutionis imperiti: ita ut clangorem edere, & nihil dearticulate explicare, ſed uno quodam ſonitu longiore aut breuiore uti illi nobis uideantur: atque illa quidem ſoni uarietas in ſignificationem nullam omnino nobis cadit: illis uero ſicut nobis noſtra loquutio perceptu facilis occurrit, multamque diſtinctionem affert: eodem modo in caeteris animalibus accidit. Ipſis ſiquidem uox ſua cuiusque pro ſingulorum genere clara ac perceptibilis eſt: nobis ſonitus ſolus inanis ſignificatione omni carens auditur, atque id propterea euenit, quia nullum ex ipſis in lingua noſtra eruditum ea interprete explicare nobis ea quae apud caetera animalia dicerentur, potuerit. Si tamen credendum antiquis eſt; & iis qui aetate noſtra, & maiorum

ἄναρθρος δὲ καὶ ἀγράμματος ἡ τῶν Σύρων φέρε εἰπεῖν ἢ τῶν Περσῶν, ὡς καὶ πᾶσιν, ἡ τῶν ζώων. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ψόφου μόνου ἀντιλαμβανόμεθα καὶ ἤχου, ἀξύνετοι ὄντες τῆς φέρε Σκυθῶν ὁμιλίας, καὶ κλαγγάζειν δοκοῦσιν, καὶ μηδὲν διαρθροῦν, ἀλλ' ἑνὶ ψόφῳ χρῆσθαι μακροτέρῳ ἢ βραχυτέρῳ, τὸ παρηλλαγμένον δὲ αὐτοῦ εἰς σημασίαν οὐδαμῶς προσπίπτει, ἐκείνοις δὲ εὐσύνετος ἡ φθέγξις, καὶ πολὺ τὸ διάφορον ἔχουσα, καθάπερ ἡμῖν ἡ συνήθης· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἡ ξύνεσις μὲν ἐκείνοις κατὰ γένος οἰκείως προσπίπτει, ἡμῖν δὲ ὁ ψόφος μόνος ἐξάκουστος, τῆς σημασίας ἐκλειπούσης, [8] διὰ τὸ μηδένα διδαχθέντα τὴν ἡμετέραν, διδάξαι ἡμᾶς διὰ τῆς ἡμετέρας τὴν ἑρμηνείαν τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς ζώοις. καίτοι εἰ δεῖ πιστεύειν τοῖς παλαιοῖς καὶ τοῖς [9] ἐφ' ἡμῶν καὶ τῶν πατέρων γεγονόσιν, [10] εἰσὶν

ὡς καὶ ἡ ἡμετέρα ἡμῖν ἀναρθρός τε καὶ ἀγράμματος. REISK.

8. Διὰ τὸ μηδένα διδ.] Videtur hic aliquid deeſſe. Sententia quidem hoc flagitat. μηδένα διδαχθέντα τὴν ἐκείνων (ſcilicet γλῶτταν. vel φθέγξιν) εἰδότα τὴν ἡμετέραν. *neminem fuiſſe, qui cum noſtram teneret linguam, illorum,* (animantium) *orationem didiciſſet.* REISK. Paullo ante ἰδίως προσπίπτει *Meerm. Cod.*

9. Ἐφ' ἡμῶν καὶ τῶν πατ. γεγ.] Centies obſervatum eſt ad ſcriptores ſacros & alios, loqui ſic Graecos de tempore, quo aliquid accidit. Noſter II, 52. & IV, 17. &c.

10. Εἰσὶν οἳ λέγονται &c.] Antea perperam edebatur οἱ. De facultate illa voces animantium intelligendi, multi multa & olim & dein fabulati ſunt. V. *Rittersh:* ad *Oppian:* Cyneg: II, 540. Prudentiores aiunt beſtias inter ſe habere colloquia, eaque noſtris eſſe ſanctiora, quae quidem ipſi intelligunt, & ita eſſe rebus ipſis perſuadent, ut loquitur *Celſus* apud *Origin:* L. IV. p. 569. ubi plura hac de re diſputantur. Sapientiores haec fabulae loco habere, vel Daemonis indicio, vel

σὶν οἱ λέγονται ἐπακοῦσαι καὶ σύνεσιν ἔχειν τῆς τῶν ζώων φθέγξεως. ὡς ἐπὶ μὲν παλαιῶν ὁ Μελάμπους, καὶ ὁ Τειρεσίας, καὶ οἱ τοιοῦτοι, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ [11] Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. ἐφ' οὗ καὶ λέγεται, ὅτι τοῖς ἑταίροις συνόντος, χελιδόνος ἐπισάσης καὶ φθεγγομένης, [12] εἰπεῖν, ὅτι μηνύει ἡ χελιδὼν ταῖς ἄλλαις ὄνον πρὸ τοῦ ἄσεως πεπτωκέναι, σίτου βασάζοντα φορτίον, ὃ δὴ κεχύσθαι εἰς τὴν γῆν, τοῦ [13] ἀχθοφοροῦντος πεπτωκότος. ἑταῖρος δὲ ἡμῶν ἐξηγεῖτό τις, οἰκέτου εὐτυχῆσαι παιδὸς, ὃς [14] πάντα ξυνῇ τὰ φθέγματα τῶν ὀρνίθων, καὶ ἦν πάντα μαντικὰ, καὶ

rum noſtrorum extiterunt, ſunt qui percepiſſe & intellexiſſe caeterorum animalium loquutionem dicantur. Sicut & ueterum memoria Melampus & Tireſias, atque alii huius modi: & non multo ante Apollonius Tyaneus: de quo quidem fertur, quod cum in amicorum conſuetudine eſſet, atque hirundo aduolaſſet, ac neſcio quid ceciniſſet, eam dixerit aliis nuntiare, ut accelerarent, propterea quod aſinus frumenti ſarcina onuſtus extra urbem cecidiſſet, atque id per terram diffuſum iaceret. Amicus uero quidam noſter narrare nobis ſolebat, ſe ſeruum puerum forte quadam habuiſſe, qui loquutiones auium optime perciperet, quae eſſent omnes diuinatrices, &

vel a fraude humana profecta, ſcribit *Voſſius* Idolol: L. II. c. 44. Contra quidam populi memorantur, qui *ignari ſermonis ſtrident potius quam loquuntur*, ut e *Plin: V*, 8. Solinus. V. *Fabric:* ad *Sext: Empir: I*, 14. p. 20.

7. Ἵππων μὲν &c.] Diſcrepat hic immane quantum Porphyrii codex a Plutarcho. Plut. enim legit παραβαλλομένων πελαργοῖς ἵππων ποταμίων. Sequor in interpretatione Plutarchum. de equis enim parentes alentibus nulla apud ſcriptores eſt mentio, quod ſciam, de ciconiis autem crebra. Vide *Suid:* in ἀντιπελαργεῖν. VALENT. Πελαργῶν heic loci meminiſſe *Porphyrium*, inde veriſimile fieri poteſt, tum quod *Plutarchi codd.* id praeferant, tum quia ſolent animantia illa hoc reſpectu ſibi opponi, uti in ſceptri ſuperiori parte ciconiae, in inferiori hippopotami imaginem olim expreſſam dicit *Schol: Ariſtoph:* ad Aves 1357. Hinc itaque Malcho noſtro ciconias reddendas putes. Si tamen verborum ſtructuram conſideres, eas vix apte ei reſtitues, ſed utriusque generis equos ſub calamum veniſſe exiſtimes. Tum autem verum non dixit, de hippopotamo quidem id quod h. l. Noſter, teſtatur etiam *Plut.* T. II. p. 364. A. teſtantur & alii: de quibus *Voſſ:* Idolol: III, 62. equorum autem licet in εὐεργέτην εὐνοία καὶ φιλία *Aelian:* H. A. VI, 44. praedicetur, id tamen quod hic dicitur, de illis legere non memini. Niſi ergo ciconiarum mentionem factam fuiſſe putemus, quod e *Plut.* probabile fieri poſſet, pro τρέφουσι legendum ſuſpicabar ἀποτρέφουσι vel ἀποστρέπου-

ριζεραῖς πάλιν περδίκων. οἱ μὲν γὰρ ἀφανίζουσι τὰ ὠὰ καὶ διαφθείρουσι, [8] τῆς θηλείας, ὅταν ἐπωάζῃ, μὴ προσδεχομένης τὴν ὀχείαν· οἱ δὲ καὶ διαδέχονται τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν μέρει θάλποντες, καὶ ψωμίζουσι πρότεροι τὰ νεόττια, καὶ τὴν θήλειαν, ἂν πλείονα χρόνον ἀποπλανηθῇ, κόπτων ὁ ἄρρην εἰσελαύνει πρὸς τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττούς. ὄνοις δὲ καὶ προβάτοις [9] Ἀντίπατρος ἐγκαλῶν ὀλιγωρίαν καθαριότητος, οὐκ οἶδεν ὅπως παρεῖδεν τὰς λύγγας καὶ τὰς χελιδόνας· ὧν αἱ μὲν ἐκτοπίζουσι, παντάπασι κρύπτουσαι καὶ [10] ἀφανίζουσαι. αἱ δὲ χελιδόνες, ἔξω στρεφομένους διδάσκουσαι τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. [11] καὶ μὴν δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμαθέστερον, ὡς κυνὸς πρόβατον, οὐδὲ κάχάνου λάχανον ἀνανδρότερον, ὡς ἔλα-

contra quam columbae, faciunt. oua enim occultant, ac conterunt mares, propterea quod foemina dum incubat, maris congreſſum non admittit. Columbi uero in incubandi cura per uices ſuccedere conſueuerunt & priores pullis cibum inferunt. quin etiam ſi foemina diutius aberrarit, roſtro ferientes eam ad oua & pullos curandos intrudunt. Antipater uero cum in aſinis & ouibus munditiae negligentiam damnarit, non aduertit, ſe idem in lyncibus & hirundinibus non attendiſſe. quarum illae ſordes a ſeſe procul eiiciunt occultantes prorſus atque obruentes: hirundines autem foras conuerſos excrementa emittere pullos ſuos docent. Arborem ſane arbore ſtolidiorem atque indociliorem, ſicut cane ouem, aut olus olere ignauius, quemadmodum ceruum le-

πουσι, & verba hoc modo digerenda, οἱ μὲν γὰρ ἀποστρ. vel ἀποτρ. nempe τὰς μητέρας, quod ſequitur, τοὺς πάτερας οἱ δὲ κτ. &c. Nihil hoc recedere a ſtylo *Porph.* iam ſatis noſti. Equorum caſtitatem, utque matres averſentur multi docent, licet omnes ea in re ſibi haud conſtent. Vide *Aelian:* H. A. IV, 7. *Ariſtot:* H. A. IX, 47. & *Rittersh:* ad *Oppian:* Cyn. I, 239. mox pro περιζεραῖς *Meerm.* περιζερὰς.

8. Τῆς θηλείας ὅταν ἐπωάζῃ.] *Plut.* τὰς θηλείας. Noſtrum aeque bonum. τὰ ὠὰ συντρίβουσι dicit *Ariſtot:* H. A. IX, 8. Ex avium enim hoc genere mares intemperantia libidinis ova nonnunquam frangere, ne feminae diutius incubando detineantur, multi docent. vide *Bochart:* Hieroz: II, 1, 12. Mox καὶ ante διαδέχονται non habet *Lipſ.* dein *Plut.* θ. τὰ ὠὰ καὶ ψ. quo loco utitur *Wetſten:* ad inluſtrandum *Paull.* I. ad Cor. XIII, 3.

9. Ἀντίπατρος.] Antipater Stoicus Tarſenſis. REISK. De quo *Fabric:* Bibl: Graec: L. III, 15. Mox *Plut.* οὐκ οἶδα πῶς παρῆλθε.

10. Ἀφανίζουσαι τὸ λυγγούριον.] Τὸ λυγγούριον ſupplevi ex Plutarcho. De Lycur. Vid. Biſciolae Hor. ſubſec. T. II. L. 2. c. 4. VALENT. Poſſit videri nil deeſſe, ſed mente ſuppleri & huc referri debere τὸ περίττωμα e verſ. 33. REISK.

11. Καὶ μὴν δένδρον δ.] Malim καὶ μὴν δένδρου δένδρον οὐ. λ. REISK. *Plutarch:* καί διὰ τί δένδρον δ. Et paullo ante διδάσκουσι ---- τὸ περίττευμα. ſed ibi etiam *codd.* aliqui περίττωμα.

leone, nequaquam dicimus. nempe quia ſicut neque in iis quae motu omni carent, alterum altero tardius, neque in iis quae uocem non habent, alterum altero exiliori uoce eſſe praeditum poteſt: ita neque ignauius, neque ſegnius, neque incontinentius quicpiam appellatur, ubi non omnibus facultas quoque ineſt intelligendi: quae cum aliis aliter, uel magis uel minus adſit, huiuscemodi differentias quae in animalibus conſpiciuntur, effecit. Qua in re afferre nobis admirationem nullam illud debet, quod homo tanto interuallo & docilitate, & ſolertia, & caeteris, quae ad iuſtitiam & communem ſocietatem ſpectant, caeteris animalibus antecellat. Nam ex illis quoque multa tum magnitudine corporis, & pernicitate, tum uiſus perſpicacia, & auditus acumine longe omnes homines ſuperant. nec propterea tamen homo ſurdus, aut caecus, aut inualidus cenſetur. ſed & nos quoque currimus, licet tardius quam cerui: nec non uidemus, quamuis non ita a-

ἔλαφον λέοντος. [12] ἢ καθάπερ ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἕτερον ἑτέρου βραδύτερον οὐκ ἔξιν, οὐδὲ μικροφωνότερον ἐν τοῖς ἀναύδοις, οὕτως οὐδὲ δειλότερον, οὐδὲ νωθρότερον· οὐδὲ ἀκρατέςερον, ὅπου [13] μὴ φύσει πᾶσιν ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις· ἄλλοις δὲ ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον παροῦσα τὰς ὁρωμένας διαφορὰς πεποίηκεν. ἀλλ' οὐ θαυμαςὸν ὅσον ἄνθρωπος εὐμαθείᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ, καὶ τοῖς περὶ δικαιοσύνην, καὶ κοινωνίαν, διαφέρει τῶν ζώων. καὶ γὰρ ἐκείνων πολλὰ, τοῦτο μὲν μεγέθει καὶ ποδωκείᾳ, τοῦτο δὲ [14] ὄψεως ῥώμῃ καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ πάντας ἀνθρώπους ἀπολέλοιπεν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο κωφὸς, οὐδὲ τυφλὸς, οὐδὲ ἀδύνατος ὁ ἄνθρωπός ἐςιν. ἀλλὰ καὶ θέομεν, εἰ καὶ βραδύτερον ἐλάφων, καὶ βλέπομεν, εἰ καὶ

12. Ἢ καθάπερ.] Forte ἢ οὐ καθάπερ ---- an tu negabis veram hanc eſſe ſententiam, cum aio, quemadmodum in rebus inanimis nulla res ſit altera tardior, & in multis nulla ſit altera minus vocalis, pari modo etiam eorum animi & ingenii inperitus, celeritatesque pares eſſe, quibus nulla ſit ſentiendi & cogitandi facultas a natura indita. Reisk. Lego apud *Plutarchum* ὡς ἔλαφον λέοντος, non, ut editur, λέοντες.

13. Μὴ φύσει πᾶσιν.] *Reisk.* legebat πάρεςι Animadv. p. 548. ad *Plut.* ibi eſt οἷς μ. φ. π. & paullo ante δεινότερον, ſed praeſtat Porphyrii δειλότερον. deinde *idem* delet οὐ ante θαυμαςὸν.

14. Ὄψεως ῥώμῃ.] *Fogeroll:* inepte correxerat σώματος ῥώμῃ. Mox *Plut.* διὰ τοῦτο τυφλὸς, οὐδὲ ἀδύνατος, οὐδὲ ἄκωτος ὁ. ἄ. ἐ. Poſtremum illud merito inſolens accidebat *Reiskio* Animadv. l. laud. Mox perperam *Meerm.* ἀπέλαιπεν.

χεῖρον ἱεράκων· ἰσχύος τε καὶ μεγέθους ἡ φύσις ἡμᾶς οὐκ ἀπεξέρησεν, καίτοι τὸ μηδὲν ἐν τούτοις πρὸς ἐλέφαντα καὶ κάμηλον ὄντας. οὐκοῦν ὁμοίως μὴ δὲ τὰ θηρία λέγωμεν, εἰ νωθρότερον φρονεῖ καὶ κάκιον διανοεῖται, μὴ διανοεῖσθαι, μηδὲ φρονεῖν ὅλως, μὴ δὲ κεκτῆσθαι λόγον· ἀσθενῆ δὲ κεκτῆσθαι καὶ θολερὸν, ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἀμβλυώττοντα καὶ τεταραγμένον.

§ 24. Εἰ δὲ μὴ πολλὰ ἦν πολλοῖς συνηγμένα καὶ εἰρημένα, μυρία ἂν παρηγάγομεν εἰς ἐπίδειξιν [1] τῆς τῶν ζώων εὐφυΐας. ἐκεῖνο δ' ἔτι σκεπτέον· ἔοικε γὰρ τοῦ πεφυκότος ἢ μέρους ἢ δυνάμεως κατὰ φύσιν [2] τι δέχεσθαι, τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐμπίπτειν, πηρωθὲν ἢ νοσῆσαν, ὥσπερ ὀφθαλμοῦ μὲν, εἰς τυφλότητα ἐμπίπτειν, σκέλους δὲ, εἰς χωλότητα, καὶ γλώττης, εἰς ψελλότητα, ἄλλου δὲ μηδένος. οὐ γάρ ἐστι τυφλότης, μὴ πεφυκότος ὁρᾶν, οὐδὲ χωλότης, μὴ πεφυκότος βαδίζειν, [3] ψελλόν

acute ut accipitres: robore etiam & magnitudine non prorsus priuati a natura sumus: quamuis si ad elephantem & camelum comparemur, nihil in his esse uideamur. Simili modo igitur neque bestias quia hebetius intelligunt, peiusque cogitant quam nos, nihil omnino cogitare, & intelligere dicendum est, rationeque nulla esse praeditas: sed eam quidem etiam ipsas, imbecillam tamen & turbidam, perinde atque oculum hebetem ac conturbatum habere.

§ 24. Innumerabilia sunt, quae producere in conprobationem ingenii animalium possem, nisi multa a multis antea & collecta & memoriae tradita in hanc sententiam fuissent. Illud praeterea dignum consideratione est. Eiusdem esse uel partis uel facultatis uidetur, quae aliquid secundum naturam suscipit, ut in id quod praeter naturam est, uel uitiata uel aegrotans incidere etiam possit. Sicut oculi ut in caecitatem, cruris, ut in claudicationem, linguae, ut in balbutiem incurrat, nihil quippe aliud id potest. non enim caecitas est eius quod uidere etiam non possit: neque claudicatio eius quod non ad ingrediendum aptum etiam sit: ne-

1. Τῆς τῶν ζώων εὐφυΐας.] *Plutarch:* a quo deflectit hic Noster, haec non habet. εὐφυΐα quid proprie sit, alio in loco diximus. Recte ζώων εὐφυΐαν memorat, uti homo ipse ζῷον εὐφυὲς *Diod: Sic:* L. I. c. 8.

2. Τι δέχεσθαι.] Ita reposui, quia iubent omnes Mscripti & inpressi. *Valent.* dederat τὸ δέχεσθαι. Mox πηρωθὲν —— ἐμπίπτειν desunt *Cod. Meerm.*

3. Ψελλόν τε ——] Οὐδὲ τὸ ψελλόν τε. REISK.

A-

neque balbum, aut bleſum, aut mutum eſt quicpiam, quod linguam etiam non habeat. Simili modo igitur neque delirantem, neque amentem, neque inſanientem dixeris quenquam, cui non etiam intelligere, & cogitare, & ratiocinari ſecundum naturam fit. Non enim fieri poteſt, ut in affectione aliqua conſtituatur quiſpiam, niſi facultate praeditus ſit, cuius affectio illa uel priuatio, uel deprauatio, uel aliquod aliud uitium ſit. Sed nunquid in rabientes canes unquam incidiſti? quin etiam in equos? nonnulli uero etiam boues & uulpes furere aiunt. Sed ſatis eſt, quod de canibus conſtat, nullam enim controuerſiam habet: rationemque & mentem habere non ignobilem animal teſtatur: cuius ſane turbatae ea quae dicitur rabies & inſania affectio eſt: quippe cum neque uiſum ipſis, neque auditum immutari uideamus. Quemadmodum igitur qui homini furenti, & deliranti, non exturbatam, corruptamque eſſe intelligendi, & ratiocinandi, & recordandi fa-

λόν τε καὶ ἄναυδον καὶ τραυλὸν μὴ γλῶσσαν ἐχόντων. οὐδ' ἂν 4 παραπαίοντα ἢ παράφρονα εἴποις, οὐδὲ μαινόμενον, ᾧ μὴ τὸ φρονεῖν καὶ διανοεῖσθαι καὶ λογίζεσθαι κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν πάθει γενέσθαι, μὴ κεκτημένον δύναμιν, ἧς τὸ πάθος ἢ ξέρησις 5 ἢ πήρωσις ἤ τις ἄλλη κάκωσίς ἐστιν. ἀλλὰ μὴν ἐντέτυχά γε λυττώσαις κυσὶν, ἔτι δὲ καὶ ἵπποις, ἔνιοι δὲ καὶ βοῦς φασι μαίνεσθαι καὶ ἀλώπεκας. ἀρκεῖ δὲ τὸ τῶν κυνῶν· ἀναμφισβήτητον γάρ ἐστι, καὶ μαρτυρεῖ λόγον καὶ διάνοιαν ἔχειν οὐ φαύλην τὸ ζῶον, ἧς ταραττομένης καὶ συγχεομένης ἡ λεγομένη λύσσα καὶ μανία πάθος ἐστίν. οὔτε γὰρ ὄψιν ἀλλοιουμένην αὐτοῖς οὔτε ἀκοὴν ὁρῶμεν. ἀλλ' ὥσπερ ἀνθρώπου μελαγχολῶντος ἢ παρακόπτοντος, ὃ μὴ λέγων ἐξεξάναι καὶ διεφθορέναι τὸ φρονοῦν καὶ τὸ λογιζόμενον καὶ μνημονεῦον, ἄτοπός ἐ-

Apud *Plutarch.* eſt ψελλὸν τε τῶν ἀγλώσσων, ἢ τῶν ἀναύδων φύσει, τραυλὸν οὐδένα ἂν προσείποις. Malim ψελλὸν δὲ.

4. Παραπαίοντα ἢ παράφρονα ----] *Idem* ille παραπαίον ἢ παραφρονοῦν, unde ſuſpiceris apud Noſtrum quoque παραπαῖον fuiſſe. certe ἢ παράφρον ſubiungunt priores *editiones*, non, ut *Valent.* Παράφρονα. *Meerm.* dat παράφορον. Paullo poſt pro ἐν πάθει, *Plutarchi* ἐμπαθὲς, non aeque bonum.

5. Ἢ πήρωσις.] *Lipſ. Cod.* πῶρωσις, quod an rectum dubitabat *Reiskius*, quia ξέρησις & πήρωσις eadem videtur eſſe. πόρωσις autem cum auditus a fremitus diuturnitate & magnitudine occalluit. ſed paullo ante dixerat πηρωθὲν ἢ νοσῆσαν. Accedit *Plut.* & *Meerm. Cod.* auctoritas. Pergit ille ἀλλὰ μὴν ἐντετύχηκά γε λ. κ. ἐγὼ δὲ κ. ἵπ. ἔνιοι δὲ ---- ἀρκεῖ δὲ τὸ τ. κ. ὃ ἀναμφισβήτητόν ἐστι. nec ſecus *Meerm.* niſi quod ibi μὴ pro μὴν & ἔτι pro

ἐ-

ἐστιν· (καὶ γὰρ ἡ συνήθεια ταῦτά τε κατηγορεῖ τῶν παραφρονούντων, μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐκπεπτωκέναι τῶν λογισμῶν,) οὕτως ὁ τοὺς λυττῶντας κύνας ἄλλό τι πεπονθέναι νομίζων, αλλ' [6] οὐχὶ τοῦ φρονεῖν πεφυκότος, καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀναπεπλησμένου ταραχῆς καὶ [7] παραπεπτωκότος, ἀγνοεῖν τὰ φίλτατα πρόσωπα, καὶ φεύγειν [8] τὰς διαίτας, ἢ παροραῶν τὸ φαινόμενον ἔοικεν, ἢ συνορῶν [9] τὸ γιγνόμενον, ἐξ αὐτοῦ φιλονεικεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. τὰ μὲν δὴ τοῦ Πλουτάρχου ἐν πολλοῖς βιβλίοις, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τοῦ περιπάτου εἰς ἀπάντησιν εἰρημένα, ἐστὶ τοιαῦτα.

§ 25. [1] Θεόφραστος δὲ καὶ τοιούτῳ κέχρηται λόγῳ. τοὺς ἐκ τῶν αὐτῶν γεννηθέντας, λέγω δὲ πατρὸς

facultatem asserit, absurdus est: quippe cum in consuetudine sit, ut delirantes non esse apud se, sed exturbatos mente ac consilio esse dicamus: ita qui rabientes canes aliud quid passos existimat, & non ea parte quae ad intelligendum, & ratiocinandum, & recordandum idonea natura est, exturbatos ac dimotos carissimas personas ignorare, & solita diuersoria refugere: is uidetur uel quod euidenter apparet, non aduertere: uel si aduertit, contendere aduersus ueritatem uelle. Atque ea quidem quae diuersis in libris Plutarchus aduersus Stoicos & Peripateticos conscripsit, huiusmodi sunt.

§ 25. Theophrastus uero hac ratione etiam utitur. Eos, inquit, qui ex iisdem geniti sunt, patre uidelicet & matre,

ἐγὼ δὲ. prius itaque δὲ post ἔνιοι Porphyrio reddidi, quod contra ceterorum *edition.* & *codd.* consensum *Valent.* eiecerat τὰ τῶν κυνῶν *Cod. Meerm. Lugd. Editor.*

6. Οὐχὶ τοῦ φρονεῖν πεφυκότος.] In *Edit. Florent.* erat πεφυκότας, sed typothetae errorem quasi de suo correxerat *Fogeroll.* Apud Chaeronensem est ἀλλ' οὐχὶ τῷ φρονεῖν πεφυκότι καὶ λ. Paullo ante *Meerm.* ἄτοπον pro ἄτοπος. male. sed dein melius ταῦτα γε κατηγ.

7. Καὶ παραπτωκότος.] Possit quidem de παραπεπαικότος cogitari, quia παραπαίειν dicitur. ego tamen nil video causae sat gravis cur vulgata deseratur. Reisk. Ea tamen voce utitur Auctor, cuius haec sunt, sed paulum diverso modo, ἀναπεπλησμένους ταραχῆς καὶ παραπεπαικότας.

8. Τὰς διαίτας.] *Solita diversoria* dedit *Felic:* δίαιτα quippe Graecis & τρόπον τοῦ βίου & τόπον notat. Plenius hic *Plut.* τὰς συντρόφους διαίτας.

9. Τὸ γιγνόμενον.] Comma tollendum. τὸ γιγνόμενον ἐξ αὐτοῦ id est, quod e superiori sumto manat, atque inde consequitur. Reisk. Firmat hanc opinionem interpunctio apud *Plut.* sed ibi editur μὴ συνορῶν τὸ γιγνόμενον, ubi μὴ e Nostro in ἢ est convertendum.

1. Θεόφραστος.] Respici videntur Theophrasti libri περὶ ζώων, quos saepe veteres significant. de illis *Menag:* ad *Diog: Laërt. V*, 44. & *Fabric:* Biblioth: Graec: III, 9, 17.

2.

tre, cognatos natura inter ſeſe eſſe dicimus. Igitur etiam eos dicemus, qui ex iisdem auis ſunt procreati: eiusdem quoque urbis cives, eo quod & terrae eiusdem, & mutuae inter ſe ſocietatis participes ſunt non enim hos, quod ex iisdem nati ſint inter ſe habere cognationem exiſtimamus: niſi ſcilicet aliqui ex primis progenitoribus iidem ipſis generis auctores, uel ab iisdem extiterint. Ita igitur profecto, & Graecum Graeco, & barbarum barbaro, & omnes item homines inter ſe eſſe cognatos aſſeueramus, ex duabus altera de cauſa: uel quia ex iisdem progenitoribus ſint, uel quia alimenti, morum, ac totius uitae inſtitutionis ſocietatem habeant. Atque hoc modo omnes homines eſſe cognatos ſtatuimus. At omnibus animalibus corporum principia natura eadem ſunt. nec de elementis primis intelligendum hoc cenſeo: nam plantae etiam ex iisdem conſtant: ſed

τρὸς καὶ μητρὸς, οἰκείους εἶναι φύσει φαμὲν ἀλλήλων, καὶ τοίνυν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν αὐτῶν προπατόρων σπαρέντας οἰκείους ἀλλήλων εἶναι νομίζομεν, καὶ μέντοι τοὺς ἑαυτῶν πολίτας, τῷ τῆς τε γῆς καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας κοινωνεῖν. [2] οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔτι τότε τοιούτους ἀλλήλοις φύντας οἰκείους αὐτοῖς εἶναι κρίνομεν, εἰ μὴ ἄρα τινὲς τῶν πρώτων αὐτοῖς προγόνων, [3] οἱ αὐτοὶ τοῦ γένους ἀρχηγοὶ πεφύκασιν, ἢ ἀπὸ τῶν αὐτῶν. οὕτω δὲ καὶ οἶμαι καὶ τὸν Ἕλληνα μὲν τῷ Ἕλληνι, τὸν δὲ βάρβαρον τῷ βαρβάρῳ, πάντας δὲ τοὺς [4] ἀνθρώπους ἀλλήλοις φαμὲν οἰκείους τε καὶ συγγενεῖς εἶναι δυοῖν θάτερον, ἢ τῷ προγόνων εἶναι τῶν αὐτῶν, ἢ τῷ τροφῆς καὶ ἠθῶν καὶ ταυτοῦ γένους κοινωνεῖν. οὕτως δὲ καὶ τοὺς πάντας ἀνθρώπους ἀλλήλοις τίθεμεν καὶ συγγενεῖς. καὶ μὴν πᾶσι τοῖς ζώοις αἵτε τῶν σωμάτων ἀρχαὶ πεφύκασιν αἱ αὐταί. λέγω δὲ οὐκ ἐπὶ τὰ στοιχεῖα ἀναφέρων τὰ πρῶτα. [5] ἐκ τούτου μὲν γὰρ καὶ τὰ φυτά. ἀλλ᾽

2. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν.] Forte οὐ γὰρ ἂν οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔτι. τότε τούς γε τοιούτους ---- primum οὐ pertinet ad ἐκρίνομεν verſ. 10. (ſic enim ibi legendum eſt) alterum οὐκ pertinet ad φύντας verſ. 9. *non enim eſſemus arbitraturi cognatos & neceſſarios eſſe eos quidem, qui tales ſint, non ex iisdem puta parentibus orti.* Reisk. Pro ἔτι τότε τοιούτους Clar: *Abreſch:* corrigebat ἔτι τόγε τοιούτ. & ſic paullo ante *Meerm.* τῷ τῆς γε γῆς.

3. Οἱ αὐτοὶ.] Forte ἢ *aut* ---- *aut.* nam ſequitur ſtatim alterum ἢ. Reisk.

4. Ἀνθρώπους ἀλλήλοις τ.] Videbatur deeſſe οἰκείους quod ex coniectura legeram. Γένεσις pro natura non ſemel. Valent. Eam vocem inſeruerat *Valent.* cui iam praeiverat *Fogeroll:* uterque ſine neceſſitate.

5. Ἐκ τούτου μὲν γὰρ.] Ἐκ τούτων legebat *Va-*

ἀλλ' οἷον σπέρμα, σάρκας, καὶ τὸ τῶν ὑγρῶν τοῖς ζώοις σύμφυτον γένος. πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ τὰς ἐν αὐτοῖς ψυχὰς ἀδιαφόρους πεφυκέναι, λέγω δὲ ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς ὀργαῖς, ἔτι δὲ τοῖς λογισμοῖς, καὶ μάλιστα πάντων ταῖς αἰσθήσεσιν. 6 ἀλλ' ὥσπερ τὰ σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς οὕτω, τὰ μὲν ἀπηκριβωμένας ἔχει τῶν ζώων, τὰ δὲ ἧττον τοιαύτας, πᾶσί γε μὴν αὐτοῖς αἱ αὐταὶ πεφύκασιν ἀρχαί. δηλοῖ δὲ ἡ τῶν παθῶν οἰκειότης· εἰ δὲ ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον, ὡς ἡ τῶν 7 ἠθῶν γένεσίς ἐστι τοιαύτη, φρονοῦσι μὲν ἅπαντα φῦλα, διαφέρουσι δὲ ταῖς ἀγωγαῖς τε καὶ ταῖς τῶν πρώτων κράσεσι, παντάπασιν ἂν οἰκεῖον εἴη καὶ συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν

sed de semine, de carnibus, ac de eo humorum genere, quod insitum in animalibus est. multo etiam magis eo quod animae in ipsis sunt inter se non differentes, cupiditatibus uidelicet, & iris, nec non considerationibus, ac maxime omnium sensibus. Quemadmodum autem corpora, ita etiam animas alia animalia magis, alia minus exquisitas, atque absolutas habent, omnibus tamen principia natura eadem sunt. Id quod affectionum similitudo atque affinitas declarat: Quod si uerum est, quod dicitur, morum generationem esse eiusmodi, sapiunt autem & intelligunt omnia animalium genera, sed differunt tamen educationibus, & uariis primorum temperaturis: affine prorsus ac cognatum caeterorum animalium genus nobis est existimandum.

Valent. Cod. Lipſ. ἐκ τοῦ μὲν γὰρ. τοῦ semel tantum positum videtur, cum bis debuisset. & sic *Meerm.* ἐκ τούτου. στοιχεῖον singulare in animo habuit. Paullo post uterque codex λέγω δὴ ταῖς ἐπιθυμίαις, articulo addito.

6. Ἀλλ' ὥσπερ τὰ σώματα.] Forte legendum ἀλλ' ὥσπερ τὰ σώματα οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς, τὰ μὲν. verbo uno modo transposita. Reisk.

7. Ἠθῶν γένεσίς ἐστι ----] Nihil hic corruptum est, sed fingendum animo signum coli post τοιαύτη positum, nam apodosis periodi incipit a verbis παντάπασιν ἂν ---- si vere aiunt animorum quasi lineamenta & constantiam morum in animali quoque hoc modo existere: sapiunt scilicet (sic vulgo aiunt) omnia eidem generi cognata. illa verba φρονοῦσι μὲν ἅπαντα φῦλα ad κράσεσι materialiter sunt accipienda, constituunt enim illud τὸ λεγόμενον vers. ult. p. 134. Reisk. *Valent.* satis sordide pro more suo ipsi textui inseruerat post τοιαύτη (forsan. ζώων γένεσίς ἐστιν ἡ αὐτὴ.) cum nihil innovare necesse sit. φῦλα eleganter animalibus tribuit, uti alius φῦλα θεῶν & φῦλα ἀνθρώπων, quorum respectu bestiae ζῶα ἀλλόφυλα supra I, 10. ubi vid. de musicis utitur *Homer:* Iliad: T, 30.

8.

dum. quippe cum alimenta omnia eadem omnibus ipſis ſint, & ſpiritum, ut inquit Euripides, nec non fluorem habeant rubrum

Animalia omnia, ut parentes omnibus
Sic eſſe communes polum & terram indicent.

§. 26. Quare cum cognata ita ſint, ſi eandem etiam ut Pythagoras putabat, animam ſortita eſſe uideantur, merito unusquisque iudicari impius poſſet, quia cognatorum iniuria non abſtineat. Neque uero quia quaedam agreſtia ex ipſis ſunt, cognationis propterea ius abruptum eſſe cenſendum eſt. Nihilo enim minus ſed etiam magis ex hominibus aliqui in alios homines malefici reperiuntur, qui quodam quaſi ſpiritu propriae naturae, atque prauitatis ad laeſionem occurrentibus inferendam impellantur. quos ſane licet e medio tollendos, atque interficiendos ducamus, non ideo tamen ſocietatem erga manſuetos nobis omnem abrumpimus. Sic igitur ſi ex animalibus immania ac fera aliqua ſunt, illa quia eiusmo-

πῶν ζώων γένος. καὶ γὰρ [8] τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐτοῖς [9] καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης, καὶ φοινίους ἔχει ῥοὰς τὰ ζῶα πάντα, καὶ κοινοὺς ἁπάντων δείκνυσι γονεῖς, οὐρανὸν καὶ γῆν.

§ 26. Ὥστε συγγενῶν ὄντων, εἰ φαίνοιτο κατὰ Πυθαγόραν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν αὐτὴν εἰληχότα, δικαίως ἄν τις ἀσεβὴς κρίνοιτο, τῶν [1] οἰκείων τῆς ἀδικίας μὴ ἀπεχόμενος. οὐ μὴν ὅτι τινὰ ἄγρια αὐτῶν, διὰ τοῦτο τὸ οἰκεῖον ἀποκέκοπται. οὐθὲν γὰρ ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι [2] κακοποιῆται τῶν πλησίον εἰσὶν, καὶ φέρονται πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυχόντα, καθάπερ ὑπό τινος πνοῆς, τῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας· διὸ καὶ ἀναιροῦμεν τούτους· οὐ μέντοι ἀποκόπτομεν τὴν πρὸς τὸ ἥμερον σχέσιν. οὕτως οὖν, εἰ καὶ τῶν ζώων τινὰ ἄγρια, ἐκεῖνα μὲν ὡς τοιαῦτα ἀναιρετέον,

8. Τροφαὶ πᾶσαι.] Πᾶσαι videtur delendum. REISK.

9. Καὶ πνεύματα ----] In Eurip: ni fallor, eſt καὶ πνεύμονας. Euripidis non videntur eſſe, niſi haec pauca verba πνεύμονας (vel πλεύμονας) καὶ φοινίους ῥοὰς. caetera Theophraſti videntur eſſe. REISK. Αἵματος φοινίου ῥοὰς habet *Eurip:* Suppl. 90. *Eidem* in Hel. 912. Κοινὸς οὐρανὸς πᾶσι βροτοῖς, καὶ γαῖα, ſed alio quam hic modo. Mox pro κοινοὺς *Meerm.* κοινωνοὺς.

1. Οἰκείων τῆς ἀδικίας.] Forte οἰκείων ὑπερβολὴ τῆς ἀδικίας μὴ ἀπεχόμενος. REISK.

2. Κακοποιῆται τῶν πλησίον.] Pro κακοποιῆται lego κακοποιοί. VALENT. Saltem κακοποιηταί. ſed verum eſt κακοποιοί τε. ſaepius in his libris ea voce utitur Noſter, nunquam hac. iungit eodem modo, uti hoc in loco, ſupra II, 22. τοὺς κακοποιοὺς καὶ καθάπερ ὑπό τινος πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας Φερομένους. Firmant ſcripturam *Cod. Lipſ.* & *Meerm.*

3.

καθάπερ καὶ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, τῆς δὲ πρὸς τὰ λοιπὰ καὶ ἡμερώτερα [3] σχέσεως ἀποχατέον. ἑκατέρως δὲ οὐδέτερα βρωτέον, ὡς οὐδὲ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων. νῦν δὲ πολὺ τὸ ἄδικον ποιοῦμεν, ἀναιροῦντες μὲν καὶ τὰ ἥμερα, ὅτι καὶ τὰ ἄγρια, καὶ τὰ ἄδικα, [4] ἐσθίοντες δὲ τὰ ἥμερα. κατ' ἄμφω γὰρ ἄδικοι, ὅτι ἥμερα ὄντα ἀναιροῦμεν, καὶ ὅτι ταῦτα θοινώμεθα· καὶ ψιλῶς ὁ τούτων θάνατος εἰς τὴν βορὰν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Προσθείη δ' ἄν τις τούτοις, καὶ τὰ τοιαῦτα· ὁ γὰρ λέγων, ὅτι ὁ παρεκτείνων τὸ δίκαιον ἄχρι τῶν ζώων, φθείρει τὸ δίκαιον, ἀγνοεῖ ὡς αὐτὸς οὐ τὴν δικαιοσύνην διασώζει, ἀλλ' ἡδονὴν ἐπαυξεῖ, ἥ ἐςι [5] δικαιοσύνῃ πολέμιον. ἡδονῆς γοῦν οὔσης τέλους, δείκνυται δικαιοσύνη ἀναιρουμένη. ἐπεὶ ὅτι τὸ δίκαιον συναύξεται διὰ τῆς ἀποχῆς, τίνι οὐ δῆλον; ὁ γὰρ ἀπεχό-

modi ſunt, non ſecus atque homines qui tales fuerint, occidi debent: a iure tamen erga caetera manſuetiora animalia deſiſtendum non eſt: neutra uero ſunt comedenda. Siquidem neque homines iniuſtos ulla lex edendos permittit. At nos longe iniuſte nos gerimus, cum & manſueta perinde atque agreſtia & iniuſta occidamus, & eadem in cibum aſſumamus. dupliciter enim peccamus, primum, quod cum ſint manſueta, interficimus: deinde, quod eadem interfecta, epulamur: caedesque eorum non alio, quam ad ingluuiem noſtram ſpectat. Adiungenda etiam his illa ſunt. Qui enim dicit, eum qui ad caetera animalia usque ius porrigit, ius ipſum perdere ac corrumpere, ignorat ſe non iuſtitiam ſeruare, ſed uoluptatem augere, quae iuſtitiae eſt inimica atque hoſtis. Cum igitur finis ſit uoluptas, iuſtitiam deſtrui perſpicuum eſt. Nam ex abſtinentia ius augeri, cui eſſe dubium poteſt? Qui enim ab

3. Σχέσεως ἀποχατέον.] Interpono οὐκ. VALENT. Forte σχέσεως οὐδ' ὡς ἀποχατέον. REISK. In antiquiſſima editione & *codd.* Mſcriptis οὐκ deſideratur, ſed *Lugdun. editor* iam correxerat. Paullo ante omiſit *Meerm.* τοιούτους ante ἀνθρώπους.

4. Ἐσθίοντες δὲ τὰ ἥμερα.] Non male *Lipſienſis codex* ἐσθίοντες ὅτι καὶ ἥμερα. ut vicißim ὅτι in eo deſideratur paullo poſt, ante ὁ παρεκτεινων.

5. Δικαιοσύνῃ πολέμιον.] Mirabar aliquando unde iliud μία. tandem vidi intruſum eſſe a Valentino, more haud probando & inſtituto mali exempli, quo ille per hunc totum libellum flagitioſe uſus eſt, quo indicaret ſibi videri legendum πολεμία. profecto aut Graeci ſermonis hoſpes ſit neceſſe eſt, aut valde oblivioſus, cui talia in mentem veniant. REISK. Dixi de ſiniſtro illo Editoris conſilio in praefatione. μία is per parentheſin textui inſeruerat. In *Cod. Lipſ.* eſt δικαιοσύνης πολέμιον. notum utroque modo vocem conſtrui. paullo poſt illa παντὸς ἐμψύχου deſunt *Meerm.* dein οὐ γὰρ ὁ τὸ γεν. φ. *Lipſ.* & *Meerm.*

6.

ab omnibus animatis abſtinet, etiam ſi ad ſocietatem ſibi nihil conferant, multo magis a laeſione cognatis inferenda cauebit. neque enim ſi amet genus, ſpeciem proſequi odio poterit: ſed quanto animalium genus latius patet, tanto magis etiam erga partem eius eodem modo ius ſeruabit. Qui namque cognationem erga animal ſibi facit, is aliquod animal quoque iniuria non afficiet. At qui omne ius in homine tantum ſibi circumſcribit, is utpote anguſtis admodum terminis concluſus abiicere a ſe cautionem ab iniuſtitia facile poteſt. Vnde etiam Socratico opſonio Pythagoreum eſt longe ſuauius. Ille enim cibi opſonium eſſe famem dicebat, Pythagoras uero ſi nulli inferretur iniuria, id eſſe opſonii ſuauiſſimum iuſtitiae condimentum opinabatur. dum enim cibum ſumere ab animatis euitamus, in-

ἐχόμενος παντὸς ἐμψύχου, [6] κἂν μὴ τῶν συμβαλλόντων αὐτῷ εἰς κοινωνίαν, πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸ ὁμογενὲς τῆς βλάβης ἀφέξεται. οὐ γὰρ τὸ γένος φιλῶν, τὸ εἶδος μισήσει· ἀλλὰ μᾶλλον, [7] ὅσῳ μεῖζον τὸ γένος τὸ τῶν ζώων, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ μέρος καὶ τὸ οἰκεῖον ταύτην διασώσει. ὁ τοίνυν τὴν οἰκείωσιν πεποιημένος πρὸς τὸ ζῶον, [8] οὗτος καὶ τὸ τὶ ζῶον οὐκ ἀδικήσει. ὁ δὲ μόνον περιγράψας ἐν ἀνθρώπῳ τὸ δίκαιον, ἕτοιμός ἐσιν ὡς ἐν ξενῷ, ἀπορρίψαι τὴν ἔφεξιν τῆς ἀδικίας. ὥστε καὶ τοῦ Σωκρατικοῦ ὄψου ἥδιον τὸ Πυθαγόρειον. [9] ὁ μὲν γὰρ ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν. Πυθαγόρας δὲ, τὸ μηθένα ἀδικεῖν, καὶ [10] ἐφηδύνειν δικαιοσύνην τὸ ὄψον. ἡ γὰρ φυγὴ τῆς ἐμψύχου τροφῆς,

6. Κἂν μὴ τῶν συμβαλ.] Forte κἂν μὴ ἤ τῶν συμβ. Reisk.

7. Ὅσῳ μεῖζον τὸ γένος.] Forte ὅσῳ μεῖζων ἡ οἰκείωσις ---- πρὸς τὸ γένος τὸ τῶν ζώων, τοσούτῳ (ſcilicet μᾶλλον) καὶ πρὸς τὸ μέρος. (erga formam vel partem, vulgo ſpeciem, humanam puta.) Reisk. *Valentin.*, ſed ſua auctoritate, dederat πρὸς τὸ γένος τὸ τῶν ζώων. Inepte & ſine cauſſa. In utroque ſermone nihil eſt frequentius, quam praepoſitionem omitti, & in priori membro elegantius fere, quam in poſteriori. *Feliciani* tamen verſio ſuperioribus bene reſpondet. ſententiam ipſam ſaepe ingerunt Philoſophi. *Iamblich:* Vit. Pyth. c. 30. ταύτην τοίνυν πόρρωθεν τὴν οἰκείωσιν ἐνθεῖναι βουλόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρὸς τὰ ὁμογενῆ ζῶα αὐτοὺς συνέζευξε, παραγγέλλων οἰκεῖα νομίζειν αὐτοὺς ταῦτα καὶ φίλα· ὡς μηδὲ ἀδικεῖν μηδὲν αὐτῶν, μήτε φονεύειν, μήτε ἐσθίειν. vide etiam cap. 24. & alibi.

8. Οὗτος καὶ τὸ τὶ ζῶον οὐκ ἀδικήσει.] Forte οὗτος καὶ τὸν ἄνθρωπον (aut τὸ ὁμόφυλον) ὅτι ζῶον, οὐκ ἀδικήσει. Reisk. *Abreſchius* refingebat οὗτος καὶ τὸ ὅ, τι *quicquid*, *quodcunque*.

9. Ὁ μὲν γὰρ ὄψον τροφῆς ----] *Cicer.* V. Tuſc. Diſp. 34. *Socratem ferunt cum usque ad veſperum contentius ambularet, quaeſitumque eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, ſe quo melius coenaret, opſonare ambulando famem.*

10. Ἐφηδύνειν δικαιοσύνην τ. ὀ.] Recte *Cod. Lipſ.* δικαιοσύνῃ. ſed praeterea quoque totus locus ita eſt conſtituendus. ὁ δὲ Πυθαγόρας τῷ ΜΗΔΕΝΑ ΑΔΙΚΕΙΝ καὶ ἐφήδυνε (vel ἐφηδύνῃ) τὸ ὄψον. Pythagoras autem illo praecepto fanci-

φυγὴ ἦν τῶν περὶ τὴν τροφὴν ἀδικημάτων. οὐ γὰρ δὴ μὴ μετὰ κακώσεως ἑτέρου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἀμήχανον ἡμῖν ὁ θεὸς ποίησεν· ἐπεὶ οὕτω γε τὴν φύσιν ἡμῖν ἀρχὴν ἀδικίας προσετίθει· μή ποτε δὲ καὶ ἀγνοεῖν οὗτοι ἐοίκασι τὸ ἰδίωμα τῆς δικαιοσύνης, ὅσοι ἐκ τῆς πρὸς ἀνθρώπους οἰκειώσεως εἰσάγειν ταύτην ᾠήθησαν, αὕτη μὲν γὰρ φιλανθρωπία τις ἂν εἴη. ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀφεκτικῷ καὶ ἀβλαβεῖ κεῖται παντὸς ὁτουοῦν τοῦ μὴ βλάπτοντος. καὶ οὕτως γε νοεῖται ὁ δίκαιος, οὐκ ἐκείνως· 11 ὡς διατείνειν τὴν δικαιοσύνην καὶ ἄχρι τῶν ἐμψύχων κειμένην ἐν τῷ ἀβλαβεῖ. διὸ καὶ ἡ οὐσία αὐτῆς ἐν τῷ τὸ λογιστικὸν ἄρχειν τοῦ ἀλόγου, ἕπεσθαι δὲ τὸ ἄλογον. ἄρχοντος γὰρ τούτου, τοῦ δ' ἑπομένου, πᾶσα ἀνάγκη ἀβλαβῆ εἶναι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἄνθρωπον. συνεχαλμένων γὰρ τῶν παθῶν, καὶ

iniurias quoque quae circa cibum contingunt, procul dubio euitamus. Neque enim exiſtimandum eſt deum effeciſſe, ut tueri ſalutem noſtram ſine aliorum contumelia & laeſione nullo modo ualeamus. nam eo modo naturam nobis eam tribuiſſet, quae principium iniuſtitiae exiſteret. Adde quod iſti etiam iuſtitiae proprietatem mihi uidentur ignorare, qui ex cognatione ſola erga homines eam ſtatuendam eſſe arbitrantur. Ita enim humanitas, & benignitas quaedam erga homines eſſe diceretur. At iuſtitia eiusmodi non eſt: ſed in abſtinentia a cuiuslibet laeſione quod non laedat, conſiſtit. Atque hoc etiam non illo modo iuſti notio habetur: ita ut iuſtitia cum in laeſione nulli omnino inferenda conſtituta ſit, usque ad caetera quoque animalia protendenda eſſe uideatur. Vnde etiam eſſentia eius in dominio rationis in irrationalem partem, & irrationalis obedientia esdicitur. dum enim haec imperat, illa obedit, innocentem eſſe erga omnia hominem neceſſe eſt. Cum enim pacatis pertur-

ciendo, NEMINEM LAEDERE (ſcilicet memento, vel oportet) non modo pani opſonium addidit, ſed ipſi quoque condimentum opſonio. REISK. Δικαιοσύνη *Meerm.* quoque.

11. Ὡς διατείνειν τὴν ----] Forte ὃς διατείνει. & ſtatim εἰ καὶ αὐτὰ μένει ἐν τῷ ἀβλαβεῖ. *ſi ipſa quoque manent innocentia*, ut ita dicam. hoc eſt, ſi ipſa quoque a damnis & iniuriis inferendis ſe abſtinent. REISK. Firmare coniecturam poſſet *Cod. Lipſ.* qui pro κειμένην habet καὶ μένειν. quia autem ſupra ſimiliter dicitur ἡ δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀβλαβεῖ κεῖσθαι, hic nihil tento. ὡς διατείνειν ſcilicet δεῖ. pro λογιστικὸν *Meerm.* λογικὸν. paullo ante *idem* ταύτην ᾠήθησαν. & dein omittit vocem νοεῖται. utrumque male.

turbationibus & cupiditatibus, ſedataque ira ſuum imperium ratio obtinet, ſtatim ſimilitudo ad praeſtantiorem naturam in nobis elucet. Praeſtantiſſima autem in uniuerſo natura innocentiſſima erga omnia eſt. atque ipſa quidem ob potentiam eius conſeruatrix omnium, & benefica omnibus eſt, nulliusque indiga. Sed nos ob iuſtitiam quidem erga omnia innocentes, at ob mortalitatem indigi neceſſariorum ſumus. Neceſſariorum autem aſſumptio laeſionem nullam infert, neque plantis, cum ex ipſis ea quae abiiciunt, accipimus: neque fructibus, cum iam emortuis ipſis utimur: neque ouibus, cum ex tonſura ipſis magis proſumus, & adhibita ipſis cura lactis earum uiciſſim participes efficimur. Iccirco eſſe iuſtus uidetur, qua-

καὶ [12] τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ὀργῶν μεμαρασμένων, τοῦ δὲ λογισμοῦ τὴν οἰκείαν ἔχοντος ἀρχήν, εὐθὺς ἡ ὁμοίωσις ἔπεται ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον. τὸ δὲ ἐν τῷ παντὶ κρεῖττον, πάντως ἦν ἀβλαβὲς, καὶ αὐτὸ μὲν διὰ δύναμιν καὶ σωσικὸν πάντων, καὶ [13] εὐποιητικὸν πάντων, καὶ ἀπροσδεὲς πάντων· ἡμεῖς δὲ διὰ μὲν δικαιοσύνην, ἀβλαβεῖς πάντων, διὰ δὲ τὸ θνητὸν, ἐνδεεῖς τῶν ἀναγκαίων. ἡ δὲ τῶν ἀναγκαίων λῆψις, οὐ βλάπτει οὔτε φυτὰ, ὅταν ἃ ἀποβάλλουσι λάβωμεν, [14] οὔτε καρποὺς, ὅταν τεθνηκότων χρησώμεθα τοῖς καρποῖς, οὔτε πρόβατα, ὅταν διὰ τῆς κουρᾶς αὐτὰ μᾶλλον ὀνήσωμεν, καὶ τοῦ γάλακτος κοινωνήσωμεν, παρέχοντες αὐτοῖς τὴν ἐξ ἡμῶν ἐπιμέλειαν. διὸ [15] προπίπτει ὁ δίκαιος, [16]

12. Τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ὀργῶν μεμαρασμένων.] Dubitari poſſet an ὀργαὶ hic eſſent ineitatae animi inclinationes, ut *Alcman.* ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ βεβριμέναι μυρίαι. Confer *Duker.* ad *Thucyd.* I, 140. Sed ſupra etiam § 25. & II, 38. ὀργαὶ & ἐπιθυμίαι iunguntur. Eleganti autem metaphora μαραίνεσθαι dicuntur. Prorſus uti *Dion. Halic.* ἕως ἂν μαρανθῶσιν αἱ τῶν πολλῶν ὀργαί. L. VII. p. 445. Κολούειν δεῖν τάς τε ἡδονὰς τάς τε ἐπιθυμίας. καὶ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις id venuſte dicit *Clem. Alex.* Strom. L. II. p. 411. C.

13. Εὐποιητικὸν πάντων.] Damnat hanc vocem *Pollux.* L. V, 140. ut & vicinam εὐποίητος. ſed id quidem male, uti vidimus ad L. II. § 12. *Heſych.* Εὐποιοί. εὐποιητικοί. δίκαιοι. de voce εὐποιητικὸς plura *H. Steph.* in Theſ.

14. Οὔτε καρποὺς ὅταν ----] Hic ſignificat ea omnia frugum & fructuum genera, quae terra fert in campis, ſilvis, hortis, vineis, eum adhuc ſalva in ſuis culmis, truncis ſtipitibus perſtant, aut pendent & virent. ſed ſtatim ſignificat eadem genera demeſſa iam & decerpta, vel delapſa, quod ni obſervetur, inconſentanea videbitur oratio. Reisk. Vid. ad L. III. § 18. & quae pro eadem hac cauſſa diſputat L. II. § 13. male *Meerm.* ultimam ſyllabam in ἀποβάλλουσι neglexerat.

15. Προπίπτει ὁ δίκαιος] Forte προσπίπτει. *videtur quidem vir iuſtus, ei, qui obiter eum inſpiciat, &, ſine diligenti conſideratione eum judicet, eſſe paene iniurius in ſemet.* Reisk. Προσπίπτει correxerat quoque *Fogeroll. Codd.* in vulgatum conſentiunt. idque tueri poſſunt ea quae notavi ad L. II, 4.

16. Οἷον ἐλαττωτικὸς ἑαυτοῦ.] *Qui ſibi minus concedit, ſibi ipſe damnum detrimentum-*

οἷον ἐλαττωτικὸς ἑαυτοῦ τῶν κατὰ σῶμα. οὐκ ἀδικεῖ δὲ ἑαυτόν. αὔξει γὰρ τῇ τούτου [17] παιδαγωγίᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ τὸ ἐντὸς ἀγαθὸν, τουτέστιν ἡ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις.

quasi sui diminutor in iis quae ad corpus spectant: non iniuria tamen se ipsum afficit. corporis enim castigatione, & continentia internum bonum sibi auget: quae similitudo ad deum est.

§ 27. Οὔτε τοίνυν ἡδονῆς οὔσης τέλους ἡ ὄντως σώζεται δικαιοσύνη, οὔτε τῶν πρώτων κατὰ φύσιν συμπληρούντων τὴν εὐδαιμονίαν, [1] ἢ ἐκκειμένων γε πάντων. ἐν πολλοῖς γὰρ τὰ τῆς ἀλόγου κινήματα φύσεως καὶ αἱ χρεῖαι ἀδικίας [2] κατάρχει. αὐτίκα τῆς ζωοφαγίας ἐδεήθησαν, ἵνα τὴν φύσιν, ὡς φασὶ, διαφυλάξωσιν [3] ἀλύπητον καὶ ἀνενδέα ὧν ὀρέγεται. τοῦ δ' ὁμοιοῦ-

§ 27. Neque igitur si uoluptas sit finis, seruatur ea quae uere iustitia est: neque si prima secundum naturam felicitatem compleant, uel omnia quae expositа sunt. In multis enim irrationalis naturae motiones, & indigentiae iniustitiae in causa sunt. quippe cum esu animalium indiguerint, ut naturam, quemadmodum inquiunt, sine ulla molestia conseruarent, sineque ulla inopia eorum quae appetit. Sed si finis sit,

tumque insert. Id enim Graecis est ἐλαττοῦσθαι. *M. Anton.* V, 15. οὐδὲ ἂν ὁ ἐλαττωτικὸς ἑαυτοῦ ἕν τινι τούτων ἀγαθὸς ἦν, εἴπερ ταῦτα ἀγαθὰ ἦν. Vid. ibi *T. Gatak.* Noster infra § 27. φύσεως ἐλάττωμα adpellat.

17. Παιδαγωγίᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ.] Vid. ad L. I. § 9.

1. Ἢ ἐκκειμένων.] Forte ἐγκειμένων. id est συγκειμένων. Iustitia ergo, quae quidem eo nomine digna sit, existere & conservari nequit, sive voluptas pro fine bonorum habeatur, sive prima naturae volumus beatae vitae complementum conficere, sive denique ambo illa, voluptatem, cum primis naturae, ad vitam beatam efficiendam conglutinamus. Reisk.

2. Κατάρχει.] Pro κατάρχει mallem κατῆρχε, quoniam verba consequentia id postulare videntur. ἐδεήθησαν &c. Valent. Κατάρχει possit defendi, ut referatur non ad posterius αἱ χρεῖαι, sed ad prius τὰ κινήματα. neque rara sunt eius formae exempla. neque tamen intercedam, si quis κατάρχουσι malit. Reisk. Recte vulgatum defendi posse advertit Vir Clar: plurima prostant exempla, quibus verbum numeri singularis post plura substantiva, etiam pluralis numeri, subiungatur. idque utraque in lingua frequens tritumque est, licet interpretes saepe sollicitaverint. sed tum numeri singularis substantivum, vel plurale neutrum, verbo fere solet praecedere. Vide *D'Orvill:* ad *Charit: III*, 3. p. 271. Poëtae quidem huic praecepto se semper non adstringunt, hic tamen commode ad κινήματα refertur. Post κατάρχει locavi σίγμα τέλειον, ut sensus sibi melius constaret.

3. Ἀλείπητον καὶ ἀνενδέα.] Praetuli ἄλειπτον καὶ ἀνενδεᾶ. Valent. Et ἄλειπτον & ἀλείπητον, quod antea legebatur, nauci est. Reliquit Malchus ἀλύπητον, quod etiam est in *Cod. Lipsi.* & *Meerm.* & adeo verum, ut Auctori suo reddere non dubitarim. Veritatem pulcre

ſit, deo ſimiles effici quoad eius fieri poteſt, innocentia erga omnes ſeruatur. Quo igitur modo qui ab affectibus ducitur, erga ſolos liberos, & uxorem innocentiam exercet, alios uero omnes contemnit ac laedit: utpote cum irrationali parte in ipſo dominante erga mortalia excitatus ea admiretur, ac ſtupeat: qui uero regitur a ratione, erga ciues quoque, nec non hoſpites, quin etiam omnes homines innocenter ſe gerit: cum irrationalem facultatem ſubditam habeat, ac propterea prae illis rationalior, ac diuinior ſit: ita qui non in hominibus tantum innocentiae terminos praefinit, ſed ad caetera usque animalia dilatat, is ſimilior deo eſt: & ſi usque ad plantas etiam prorogare eos poſſet, imaginem magis ac ſimilitudinem ſeruaret. Quod quia nequit, inde iam naturae noſtrae de-

οῦσθαι θεῷ ὄντος τέλους, 4 ὡς ἔνι μάλιϛα, σώζεται τὸ ἀβλαβὲς ἐν ἅπασιν. ὅνπερ τοίνυν τρόπον ὁ πάθεσιν ἀγόμενος πρὸς μόνα τέκνα καὶ γυναῖκα ἀβλαβὴς, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονητικὸς καὶ πλεονέκτης, ὡς ἂν τοῦ ἀλόγου κρατοῦντος ἐν ἑαυτῷ, πρὸς τὰ θνητὰ ἐγείρεται καὶ ταῦτα ἐκπλήττεται· ὁ δὲ λόγῳ ἀγόμενος καὶ πρὸς πολίτην τηρεῖ τὸ ἀβλαβὲς, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ξένους, καὶ 5 πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὁ τὴν ἀλογίαν ἔχων ὑπήκοον, καὶ αὐτὸς παρ' ἐκείνους λογικώτερος, διὰ ταῦτα δὲ καὶ θειότερος· οὕτως ὁ μὴ μόνον ϛήσας τὸ ἀβλαβὲς ἐν ἀνθρώποις, παρατείνας δὲ καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῶα μᾶλλον ὅμοιος θεῷ, καὶ εἰ 6 ἄχρι φυτῶν δυνατὸν, ἔτι μᾶλλον σώζει τὴν εἰκόνα. εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' 7 ἐντεῦθέν γε τὸ τῆς φύσεως ἡ-

ere per coniecturam viderat Cel: *Abreſchius* uterque *Cod.* ἂν ἐνδεᾶ.

4. Ὡς ἔνι μάλιϛα.] Iungi debet in conſtructione cum ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ. REISK. Veriſſime. ideoque comma poſt poſui, ſecus quam antea fieri conſueverat. Paullo poſt vocem τέκνα perperam neglexit *Lipſ. Cod.* & dein *Meerm.* κρατοῦντος ἐν αὐτῷ.

5. Πρὸς πάντας ἀνθρώπους.] Ἀνθρώπους ἔχων τὴν ἀλ. deleto commate & articulo ὁ. REISK. Homo quippe homini cognatus, quod paſſim ingerunt ſapientiae antiſtites. Vide quae pro hac cauſſa *Gatak:* ad *Anton:* L. II, 16. & *Grotius* de Iur: B. & P. in Proleg: § 24. diſputaverunt, utinam omnibus perſuaſiſſent!

6. Ἄχρι φυτῶν δυνατὸν.] Quid de plantarum anima Noſter & alii ſenſerint vide ad L. I, 18. utique temere non eſſe laedendas ſaepe praecipit. Ideo ſtirpem non una cum fructibus exſcindi vult L. III, 18. Uti Pythagoras praecipiebat μὴ τὸν ἥμερον καὶ ἔγκαρπον φυτὸν μήτε φθείρειν μήτε βλάπτειν, apud Noſtrum in Vit: Pyth: num. 39. quod convenit legi divinae apud *Moiſem* Deuter. XX, 19. unde haec & alia hauſiſſe dicitur *Clem: Alex:* Strom: II. p. 401.

7. Ἐντεῦθέν γε τὸ τῆς φύσεως &c.] Locus diſtortus & luxatus. Legerem lubens, ἀλλ' ἐντεῦθέν γ. τὸ τ. φυσ. ἡ. ἐλάττωμα ϐρηνεῖν δεῖ τὸ ϐρηνούμενον. &c. VALENT. Nihil hic deeſt, ne-

ἡμῶν ἐλάττωμα, ἐντεῦθεν τὸ θρηνούμενον πρὸς τῶν παλαιῶν, ὡς τοίων ἔκτ' ἐρίδων ἔκτε νεικέων γενόμεθα, ὅτι τὸ θεῖον καὶ [8] ἀκήρατον καὶ ἐν πᾶσιν ἀβλαβὲς σώζειν οὐ δυνάμεθα· οὐ γὰρ ἐν πᾶσιν ἦμεν ἀπροσδεεῖς· αἰτίᾳ δὲ ἡ γένεσις καὶ τὸ ἐν τῇ πενίᾳ ἡμᾶς γενέσθαι, τοῦ πόρου ἀπορρύεντος. ἡ δὲ πενία, ἐξ ἀλλοτρίων τὴν σωτηρίαν καὶ τὸν κόσμον, δι' οὗ τὸ εἶναι ἐλάμβανεν, ἐκτᾶτο. ὅσις οὖν πλειόνων δεῖται τῶν ἔξωθεν, ἐπὶ πλέον τῇ [9] πενίᾳ προσήλωται. καὶ ὅσῳ πλεόνων ἐνδεὴς, τοσούτῳ θεοῦ μὲν ἄμοιρος, πενίᾳ δὲ σύνοικος. τὸ γὰρ θεῷ ὅμοιον, τῇ ὁμοιώσει εὐθὺς [10] πλοῦτον ἔχει τὸν ἀληθινόν. πλουτῶν δὲ οὐδεὶς καὶ χρῄζων μηδενὸς ἀδικεῖ· ἕως γὰρ ἀδικεῖ κἂν πάντα ἔχει χρήματα, κἂν [11] πάν-

defectus conſpicitur: inde miſeria quae a ueteribus deploratur, quod talibus aduerſis ſimus ac diſcordibus orti litibus, ut diuinitatem & incorruptibilitatem, & innocentiam in omnibus ſeruare non ualeamus. Non enim in omnibus ſine ulla indigentia fuimus. cuius cauſa generatio extitit: quodque cum copia iam effluxerit, conſtituti in inopia fuerimus. inopia autem ex alienis ſalutem & ornatum ex quo nos ut eſſemus, accepimus, ſibi acquirit. Qui igitur pluribus externis indiget, is magis inopiae agglutinatus eſt. quantoque pluribus indiget quiſpiam, tanto eſt remotior adeo, inopiaeque magis addictus. Qui enim ſimilis deo eſt, continuo ex ſimilitudine ueras diuitias habet. nemo autem qui diues ſit, nulliusque indigus, iniuriam cuiquam infert. quoad enim iniuriam facit, etiam ſi omnibus affluat pecuniis,

o-

neque pravum eſt. deſignat locum Empedoclis, cuius hic verſus eſt

Τοίων ἔκ τ' ἐρίδων, ἔκ τε νεικέων γενόμεσθα.

Aut ergo γενόμεσθα legendum, ſi verſum ipſum repraeſentavit Porph: aut ἐγενόμεθα, ſi naulo mutatum orationi liberae accommodavit. Reisk. Optime vulgatum tuetur Cel: *Reiskius*. γενόμεσθα dat quoque *Cod. Meerm.* Empedoclis illa hoc modo nobis reliquit *Clem: Alex:* Strom: III. p. 432. B.

Ὀπόποι, ἢ δειλὸν ὑνητῶν γένος. ὦ δυσάνολβον
Οἵων ἐξ ἐρίδων, ἔκ τε γοναχῶν ἐγένεσθε.

Φύσεως ἐλάττωμα quid ſit, dictum § 26.

8. Ἀκήρατον καὶ ἀβλαβὲς.] Ἀκήρατον *purum, intaminatum* ſignificat, quo uſu vox Platoni & Philoſophis inprimis eſt frequens, aeque atque ἀκεραίον, ut notat Cel: *Valkenar:* ad Herod: IV, 152. Noſter infra IV, 20. ἡ δὲ συνήθεια τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, ἄφθαρτον καὶ ἀκραιφνὲς καὶ ἀκήρατον. uti hic ἀκήρατον & ἀβλαβὲς, ſic ἀβλαβὴς & ἀκέραιος iunguntur *Plat:* de Rep: p. 581. D.

9. Πενίᾳ προσήλωται.] Saepius metaphorico ſenſu hoc verbo utitur. Vide ad L. I. § 31. in fine.

10. Πλοῦτον ἔχει τὸν ἀλήθινον.] Id ἀληθινῶς πλουτεῖν dixit ſupra L. I, 54. ubi vide. Noverat Porphyrius in N. Teſt. & inter Chriſtianos εἰς θεὸν πλουτεῖν, ἐν καλοῖς ἔργοις πλουτεῖν, & ſimilia eſſe frequentis uſus.

11. Πάντα τ. χ. πλέθρα.] Bene πλέθρα memorat. uſitatiſſima Graecorum erat menſura, uti *iugerum* Romanorum. V. quos laudat *Duker:* ad *Thucyd: VI*, 102. Reſpicit noſter forte illa *Platonis* in Theaet: p. 128. B. γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα ἢ ἔτι πλείω ἀκούσῃ, ὥς τις ἄ-

omnia terrae iugera poſſideat, cum inopiae ſit addictus, inops procul dubio eſt: ac propterea etiam iniuſtus, & impius, & a deo alienus, & omni denique uitio obnoxius: cuius quidem uitii naturam delapſio animae in materiam ex priuatione boni introduxit. Omnia igitur nugae ſunt, quousque aliquis a principio aberrauerit: indigus item unusquisque omnium eſt, quamdiu ad ſatietatem non ſpectat: mortalitatique naturae ſuae indulget, quamdiu ſe ipſum re uera non nouit. Apta autem admodum iniuſtitia eſt ad perſuaſionem ſibi adhibendam, iudicandosque eos qui ſub ipſa continentur: propterea quod cum alumnis ac familiari-

πάντα τῆς γῆς πλέθρα, πένης ἐ-
ςὶν, πενίᾳ ὑπάρχων σύνοικος. διὰ
ταῦτα δὴ καὶ ἄδικος καὶ ἄθεος καὶ
ἀσεβὴς καὶ [12] πάσῃ κακίᾳ ἔνοχος,
ἧς τὴν ὑπόςασιν ἡ πρὸς τὴν ὕλην
τῆς ψυχῆς πτῶσις κατὰ ςέρησιν τοῦ
ἀγαθοῦ παρήγαγεν. [13] λῆρος οὖν πάν-
τα, ἕως τις τῆς ἀρχῆς ἀπέσφαλ-
ται, καὶ ἐνδεὴς πάντων, ἕως οὗ
πρὸς [14] τὸν κόρον οὐ βλέπει, εἴ-
κει τε τῷ θνητῷ τῆς φύσεως αὐ-
τοῦ, ἕως τὸν ὄντως ἑαυτὸν οὐκ
ἐγνώρισεν. δεινὴ δὲ ἡ ἀδικία πείθειν
ἑαυτὴν, [15] καὶ δικάζειν τοὺς ὑπ᾽
αὐτῇ συνεχομένους, διότι σὺν ἡ-
δονῇ προσομιλεῖ τοῖς τροφίμοις.

O o ὥ-

ἄρα κεκτημένος, θαυμαςὰ πλήθει κέκτηται &c. Pro ἔχει in *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* eſt ἔχῃ, quod verum arbitror, licet haud ignorem noſtram voculam etiam cum indicativo conſtrui.

12. Πάσῃ κακίᾳ ἔνοχος.] Saepe ἔνοχος hoc caſu iungitur apud *Platonem*, *Lucian:* & alios. ita ego conſtruere ſoleo ea, quae leguntur in *Epiſt.* ad *Hebr. II*, 15. καὶ ἀπαλλάξῃ ὅσοι ἔνοχοι ἦσαν φόβῳ. *Grotius* dicit ἀπαλλάξῃ nempe τοῦ φόβου, quod e ſequentibus intelligitur, ſed omnia pulcre cohaerent & nexui ſatisfaciunt, ſi illa connectas φόβῳ θανάτου ἔνοχοι.

13. Λῆρος οὖν πάντα.] Uti λῆρος ταῦτα εἰσὶ apud *Alciphr:* L. I. Ep. 34. ubi de hoc loquendi genere Doct: *Berglerus.*

14. Τὸν κόρον οὐ βλέπει.] Neſcio an ſatis ſanus ſit hic locus. mallem τὸν νοῦν, de quo ſaepius loquitur Porphyrius, ſed ἐπέχω. VALENT. L. πρὸς τὸν πόρον. ſupra τοῦ πόρου ἀποῤῥυέντος. ἡ δὲ πενία &c. in mente habuit fabulam Platonicam de Pori cum Penia coniugio, & inde prognata Erote. REISK. Πόρον probabat quoque Cel: *Ruhnken:* Vid: Politiſſ: *Goenſ:* ad *Noſtr:* de Antr: Nymph: p. 107. qui fabulae auctores recenſet, quibus *Plotin:* Ennead: III. L. 5. p. 293. *Euſeb:* P. E. L. XII. p. 584. & alii addi poſſunt. κόρον tamen manifeſte firmare videri poſſet Noſter Ἀφορμ. πρὸς τὰ νοητ. in fine, quem locum adtexere debeo, quia inluſtrat etiam illa quae hic praeceſſerunt. ita ille, ἐπεὶ δὲ πρὸς μὲν ὕλην ῥέπον ἴσχει ἀπορίαν πάντων, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως κένωσιν. εἰς δὲ τὸν νοῦν ἀναγόμενον τὸ πλῆρες αὐτῆς ---- τὴν μὲν εἰκότως πενίαν, τὴν δὲ κόρον οἱ τοῦτο πρῶτον γνόντες τῆς ψυχῆς τὸ πλῆρες, ᾐνίξαντο. niſi ibi etiam πόρον reſcribere velis, uti, illo pariter atque hoc in loco, iam factum animadverto a *P. Petito* Obſ: Miſc: L. II, 12. vulgato patrocinari etiam poſſet ille κόρος, ut iis quae ad vitam ſunt neceſſaria contenti ſimus, de quo L. I. § 54

15. Καὶ δικάζειν τοὺς ----] Pro δικάζειν legendum δεκάζειν. VALENT. Forte πείθειν ἑαυτῇ ὡς καὶ Δίκῃ οὔσῃ συζῆν τοὺς ὑπ᾽ αὐτῆς συνεχομένους. Poteſt iniuſtitia eos quos in poteſtate habet vinculis ita faſcinare, ut eos adducat, ut ſecum vivere velint, tanquam cum ea quae ſit ipſa iuſtitia. REISK. Δεκάζειν *Fogeroll:* iam cor-

ὥσπερ δὲ ἐν [16] βίων αἱρέσεσιν ἀκριβέστερος κριτὴς, ὁ πεῖραν ἀμφοῖν εἰληφὼς, τοῦ θατέρου πειραθέντος μόνου, οὕτως ἐν αἱρέσεσι καὶ φυγαῖς καθηκόντων ἀσφαλέστερος κριτὴς ὁ ἐκ τοῦ ἐπαναβεβήκοτος κρίνων καὶ τὸ ἧττον, τοῦ κάτωθεν κρίνοντος [17] τὰ προκείμενα. ὥστε ὁ κατὰ νοῦν ζῶν, τοῦ κατὰ τὴν ἀλογίαν ἀκριβέστερος ὁριστὴς ὧν τε αἱρετὸν καὶ ὧν μή· διῆλθεν γὰρ καὶ δι' ἀλογίας, ἅτε ἐξ ἀρχῆς ταύτῃ προσομιλήσας. ὁ δὲ ἄπειρος ὢν τῶν κατὰ νοῦν, πείθει τοὺς ὁμοίους, [18] παῖς ἐν παισὶ φλυαρῶν. Ἀλλ' εἰ πάντες, φασὶ, τούτοις πεισθεῖεν τοῖς λόγοις, [19] τί ἡμῖν ἔσαι; [20] ἢ δῆλον ὡς εὐδαιμονήσομεν, ἀδικίας μὲν ἐξορισθείσης ἀπ' ἀνθρώπων, δικαιοσύνης δὲ πολιτευομένης

ribus suis cum uoluptate uersatur. Quemadmodum uero in uitarum electionibus rectius iudicare consueuit, qui utriusque est peritus, quam qui alteram tantummodo fuerit expertus: ita quoque, in electionibus & euitationibus eorum quae debent, illius certius iudicium est qui ex superiore inferius discernit, quam qui ex inferioribus ea quae anteposita sunt. Qua propter qui ex mente & intellectu uitam instituit rectius & exquisitius praefinire ea potest, quae expetenda, aut fugienda sint, quam qui ex irrationali facultate degere consueuit. Illa siquidem etiam per irrationalem uitam pertransiit, utpote qui a principio innexus ipsi fuerit: hic autem eorum imperitus cum sit, quae ex mente proficiscuntur, sui similibus puer inter pueros nugans facile omnia persuadet: At si omnes, inquiunt, rationibus his assentiantur, quid nobis inde e-

eorrexerat. ego nihil demutem, cum omnes in δικάζειν consentiant. idque adfirmant sequentia, cum opponat iudicem aequiorem, qui e mente & intellectu vitam instituit, & illum, qui ex inrationali facultate agere consuevit. δικάζειν τοὺς ὑ. α. σ. est itaque *ius dicere*, subiectos sibi habere.

16. Βίων αἱρέσεσιν.] Τὰ γένη εἰς ἃ διήρεθησαν οἱ βίοι vocat *Plut:* T. I. p. 91. C. βίος quippe vitae genus ac rationem significat. Vidimus supra, adde *Hemsterh:* ad *Polluc: IX*, 33.

17. Τὰ προκείμενα.] Pro προκείμενα mallem ὑπερκείμενα, ut opponatur τῷ κάτωθεν. VALENT. Mox αἱρετέον pro vulgato αἱρετὸν optabat *Reiskius.*

18. Παῖς ἐν παισὶ φλυαρῶν.] Eleganter dictum. παῖς passim ad ingenium pertinet, & de iis, qui mente sunt pueri, adhibetur, ut solent huius generis vocabula utroque in sermone. Nihil addo illis, quae Cel: *Alberti* notavit ad *Paull.* ad Ephes. IV, 14.

19. Τί ἡμῖν ἔσαι.] Et hoc pulcrum loquendi genus. *quid praemii referemus?* prorsus uti Petrus τί ἄρα ἔσαι ἡμῖν in Euang. *Matth.* c. XIX, 27. ubi vide *Kypkium*, & illi iunge *Raphel.* ad *Marc.* XI, 24.

20. Ἢ δῆλον ὡς εὐδαιμονήσομεν &c.] Respicit ad veterum opinionem, iustitiam propter hominum scelera terram hanc reliquisse atque in caelum migrasse. Ut vero Marco imperante Iustitiam ac verecundiam ad homines regressas *Aristides* adserit, idem plane futurum No-

euenturum eſt? Illud procul dubio, ut felices ſimus futuri: quippe cum & iniuſtitia procul ab hominibus exterminanda & iuſtitia apud nos quoque, quemadmodum in coelo uerſatura ſit. Nunc uero perinde ſe res habet, ac ſi Danaides quaererent quamnam uitam eſſent traductu-rae, ſi ab illo hauriendae aquae perforatis doliis miniſterio fuiſſent liberatae. Quid enim euenturum ſit nobis, quaerunt ac dubitant, ſi in neceſſariis & pro neceſſariis conſtitutae acquieſcendo indul-

μένης καὶ παρ' ἡμῖν, καθάπερ καὶ ἐν οὐρανῷ. νῦν δ' ὅμοιον, ὡς εἰ καὶ αἱ Δαναΐδες ἠπόρουν, τίνα βίον βιώσονται, ἀπαλλαγεῖσαι τῆς [21] περὶ τὸν τετρημένον πίθον διὰ τοῦ κοσκίνου λατρείας. τί γὰρ ἔ-σαι ἀποροῦσιν, εἰ παυσαίμεθα ἐ-πιφοροῦντες εἰς τὰ πάθη ἡμῶν καὶ τὰς ἐπιθυμίας, ὧν τὸ πᾶν διαῤῥεῖ [22] ἀπορίᾳ τῶν κακῶν τὸν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων [23] ςεργόντων ἡμῶν βίον.

Oo 2 τί

Noſter ſignificat, ſi ad victum ſimplicem atque innoxium reduci poſſet humanum genus. Vid: *Gatak:* ad *M. Antonin:* L. V. § 33.

21. Περὶ τὸν τετρημένον πίθον.] Nota fabula. inde ductum κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν apud *Theod:* Serm: de Mat: & Mund: p. 531. εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν apud *Eumd.* Dial: I. p. 18. alias etiam τετριμμένον πίθον vocant, ut oſtendit Clar: *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: I,* 97. ſed Noſter τετρημένον πίθον dixit exemplo *Platonis* ſui in Gorg: p. 336. D. Sumſit autem haec e *Plutarch:* T. II. p. 160. ut opportune monebat Amiciſſ. *Abreſchius.*

4. Ἁγνεύσαντας γὰρ ἔδει &c.] Vides ſacerdotes illos ne quidem cum popularibus ſuis, niſi purgationes quasdam admiſiſſent, miſceri voluiſſe. Et ſic paullo poſt tradit, eos purificationum tempore, ne inquinarentur, ab amicorum, & ſacerdotum etiam non mundorum ſe ſocietate ſegregaſſe. Mos hodie & olim frequentiſſimus, ut & alii, & ſacerdotes in primis, cum exteris commercium non exerceant, & cives ab externorum congreſſu & convictu cohibeant. Nihil hoc itaque mirum in Aegyptiis, qui gentes alias adeo contemnebant, & cum τοῖς βύραθεν non niſi rariſſime verſari ac comedere ſolebant. videtur tale quid natura fere ipſa homini inſculpſiſſe. Hinc ea quae apud *Moiſem* Geneſ. XLIII, 32. leguntur inluſtrat, & efficit gentes ante legem datam immunditias aliquas, & proin purgationes ad eas ſolvendas in more iam habuiſſe *Spencer:* Leg. Rit. L. III. Diſſ. 3. De voce θεσμός dicitur infra.

5. Ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον.] Velis forte ἐπέδοσαν, quod merito placebat *Abreſchio.* Sic βίον ἐπέδωκαν εἰς τῶν Ἑλλάδων σωτηρίαν. *Dod: Sic:* L. XI, 11. ubi plura *Weſſeling.* Solent conpoſita haec ſaepe confundi. Vid. L. II, 30.

6. Θεωρίᾳ καὶ θεάσει.] *Valent.* corrigebat θειάσει. Amicus Eruditus volebat γνώσει, ego vulgatum tueor. Differunt vocabula iſta, uti θεωρῆσαι & θεάσασθαι, θεωρὸς & θεάτης, de qui-

δὲ τῆς θεωρίας, τὴν ἐπιςήμην. δι' ἀμφοῖν δὲ ἄσκησιν ἠθῶν κεκρυμμένην τινὰ καὶ [7] ἀρχαιοπρεπῆ. τὸ γὰρ ἀεὶ συνεῖναι τῇ [8] θείᾳ γνώσει καὶ ἐπιπνοίᾳ, πάσης μὲν ἔξω τίθησι πλεονεξίας, [9] καταςέλλει δὲ τὰ πάθη, διεγείρει δὲ πρὸς σύνεσιν τὸν βίον. λιτότητα δὲ ἐπετήδευσαν καὶ καταςολὴν, ἐγκράτειάν τε καὶ καρτερίαν, τό, τε ἐν παντὶ δίκαιον καὶ ἀπλεονέκτητον. σεμνοὺς δὲ αὐτοὺς παρεῖχε καὶ [10] τὸ δυςεπίμικτον. οἵγε παρὰ μὲν αὐτὸν τῶν λεγομένων ἁγνειῶν τὸν καιρὸν, οὐδὲ τοῖς συγγενεςάτοις καὶ ὁμοφύλοις ἐπεμίγνυντο σχεδὸν, [11] οὐδὲ ἀλλόν των θεωρούμενοι, ὅτι μὴ

templatione ſcientiam: ex utrisque abditam quandam & quae priſcam dignitatem deceret, morum exercitationem ſibi comparabant. Nam ſemper in diuina cognitione & afflatione uerſari, ab omni auaritia & inſolentia excludit, affectus reprimit, mentemque ad intelligentiam excitat. Parſimoniam item, uictusque tenuitatem, & continentiam, & tolerantiam exercebant, iuſtitiamque in omnibus & aequitatem. Venerabiles autem ex eo etiam reddebantur, quod parum admodum cum aliis uerſarentur. nam in ipſo caſtimoniae & purificationis tempore ne cum maxime quidem ſibi cognatis, & conſortibus fere conſuefcebant: neque ab alio quopiam conſpicie-

quibus pulcre diſputat Cel. *Valkenar:* Animadv: ad *Ammon:* L. II. c. 3.

7. Ἀρχαιοπρεπῆ.] Hanc quoque vocem ignorat copioſiſſimus ſermonis Graeci theſaurus. Utitur etiam *Aeſchyl.* in Prometh. v. 408.

8. Θείᾳ γνώσει καὶ ἐπιπνοίᾳ.] Videtur ἐπινοίᾳ huic loco melius convenire. *conſideratione*, *meditationi.* Reisk. Potuerunt facillime confundi haec vocabula, uti apud *Anton: I*, 17. aliosque factum. Hic nihil demutem. Sic θεῶν ἐπιπνοία apud *Iamblich:* Myſt. III, 9. θείας ἐπιπνοίας ibid. cap. 6. & 21. δαιμονίας ἐπιπνοίας cap. 7. Sacerdotes illi poſt rite ac legitime inſtituta quaedam ſacrificia, perſuaſum habebant, ſe videre deum adflatumque eius excipere, vel ſibi ab eo myſteria reuelari: qua de re Cel. *Iablonski* Panth. Aegypt. L. V, 5, 12.

9. Καταςέλλει δὲ τὰ πάθη.] *Reprimit*, *ſedat.* bene voce utitur, quae de tumultuantibus & ſeditioſis in primis adhibetur, unde κατεςαλμένοι ſunt *ſedati*, *modeſti.* Vide *Kypkium* ad *Luc.* A. A. XX, 36. cui apud *S. Paull:* I ad Timoth. c. II, 9. καταςολῇ recte eſt *modeſtia* ſeu *cohibitio* in veſtitu, geſtibus, inceſſu aliisque rebus in ſenſus cadentibus, ubi plura de hac ſignificatione: atque id apud Noſtrum paullo poſt per καταςολὴν (quam vocem ibi perperam omittit *Meerm. Cod.*) intelligo, non *victus tenuitatem*, ut *Felic:* dedit. Ita Pythagoras ſe ornaſſe dicitur εὐςαθείᾳ ψυχῆς καὶ καταςολῇ σώματος apud *Iamblich:* in Vit. c. II. n. 10. de moribus etiam *Clem: Alex:* Strom. L. VI. p. 659. εἰς κατακόσμησιν ἤθους καὶ καταςολήν.

10. Τὸ δυςεπίμικτον.] Et haec vox Lexicorum diligentiam fugit. Praeter alios habemus apud *Strabon:* L. XI. p. 340. Νομάδες δυςεπίμικτοι τοῖς ἄλλοις. τὸ μὴ εὐεπίμικτον id dicitur *ibid.* p. 346. Dixi plura de adfinibus vocabulis ad L. III, 18.

11. Οὐδὲ ἄλλων τῶν θεωρ.] In *Cod. Lipſ.* eſt οὐδὲ ἄλλων θεωρούμενοι. Videtur Porphyrius dediſſe οὐδὲ ἄλλως θεώμενοι vel θεωρούμενοι. hoc eſt, neque alia in conditione ſeſe conſpici-

ciebantur, niſi cum neceſſarii ſimul abſtinentium uſus requirerent: quippe cum penetralia impuris & impurgatis hominibus inacceſſa, & ad ſacrificandum ſancta incolerent. Reliquo omni tempore liberius una cum ſimilibus ſui degebant: cum caeteris uero religionis expertibus commercium nullum habebant. Semper autem prope deos, deorumque ſtatuas uel ferre aliquid, uel praeſidere, uel conſtituere cum modeſtia & grauitate ſpectabantur. Idque non faſtus alicuius, ſed naturalis rationis indicium erat. Nam grauitatem uenerabilem etiam ex habitu ipſo prae ſe ferebant. Inceſſus enim erat moderatus, aſpectus ſedatus, ut quan-

μὴ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συναγνεύουσι χρείας, ἢ ἁγνευτήρια τοῖς μὴ καθαριεύουσιν ἄδυτα καὶ πρὸς ἱερουργίας ἅγια κατανεμόμενοι. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον, ἁπλούςερον μὲν τοῖς ὁμοίοις ἐπεμίγνυντο· [12] τῶν δὲ ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνεβίουν· [13] ἐφαίνοντο δὲ ἀεὶ θεῶν, ἢ ἀγαλμάτων ἐγγὺς, ἤτοι φέροντες, ἢ προηγούμενοι, [14] καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος· ὧν ἕκαςον οὐ τύφος ἦν, ἀλλά τινος ἔνδειξις φυσικοῦ λόγου. [15] τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταςήματος ἐωρᾶτο. [16] πορεία τε γὰρ ἦν εὔτακτος, καὶ βλέμμα καθεςηκὸς ἐπε-

ciendos dantes, quam aut apud ---- Mox forte τοῖς συναγνεύουσι χρείας, ἢ πρὸς ἁγνευτήρια. REISK. Vere *Lipſ. Cod.* οὐδὲ ἄλλων. *Meerm.* οὐδὲ ἀλλώντων. dictum ergo eſt pro ὑπ' ἄλλων τινῶν. Poſſet alias quoque οὐδὲ ἄλλον πω θεωρουμένοι, quod Amico placebat. Paullo poſt reſcribo etiam e *Lipſ.* & *Meerm.* καθαρεύουσιν.

12. Τῶν δὲ ἐξωτικῶν.] Τοὺς ἔξωθεν vocant alii. οἱ ἔξω, proprie qui *extra domum degunt*, eodem loquendi genere *S. Paullo* ſunt, qui ad Eccleſiam Chriſti non pertinebant, I ad Corinth. V, 12. ubi multa *Interpretes.*

13. Ἐφαίνοντο δὲ ἀεὶ &c.] Hi nempe ſacerdotes θεοσεβέες περισσῶς μάλιςα πάντων ἀνθρώπων *Herod:* dicuntur L. II, 37. eaque ex cauſſa adſidui apud deorum imagines, quas aut geſtabant, aut ordine decoro collocabant. Vid. *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: I*, 73. qui Porphyriana haec intacta non reliquit. Bene etiam φέροντες. mos notiſſimus, ut in pompis ac ſacris ſollemnibus Deos humeris portarent, aliquando curribus inpoſitos veherent. Vid. *Cuper:* Harpocr: p. 165. & *Spanh:* ad *Callim:* Hymn: in Pall. 3.

14. Καὶ τάσσοντες.] Forte ἢ καὶ τάσσοντες. facile ἢ excidit ob praecedens ι in fine vocis προηγούμενοι. REISK.

15. Τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταςήμ. ἐωρ.] S. *Paull.* ad Titum II, 3. ἐν καταςήματι ἱεροπρεπεῖς, cui e Noſtro lucem adſpergunt viri Docti. De Graccho *Plut.* T. I. p. 824. F. βλέμματι καὶ κινήματι πρᾳΰς καὶ καταςηματικὸς, prorſus uti Noſter τὸ κατάςημα ſtatim exponit. De forma κἀκ τοῦ vid. ad I, 15. ubi ea quae proprie ſeiungenda ſunt, paſſim connecti monui.

16. Πορεία εὔτακτος ---- βλέμμα καθεςηκὸς.] Inceſſus quippe modeſtus & vultus compoſitus, τὸ σεμνὸν τοῦ καταςήματος efficiunt, qua de re *Caſaub:* ad *Athen:* L. I, 18. Uti προσώπου σύγκρισις ὕβρυττος εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότης πορείας, καὶ καταςολὴ περιβολῆς laudatur *Plutarch:* in Pericle, T. I. p. 154. C. Eleganter vocat βλέμμα καθεςηκὸς, ut *Philo* de Vit. Contempl. p. 691. E. κατεςῶτι μὲν τῷ βλέμματι, καθεζώσῃ δὲ τῇ φωνῇ. Latinis *ſtans vultus* dicitur. *Sil. Ital. XV*, 29. *Stans vultus & ore Inceſſuque viro propior.* Ubi duo

πετηδεύετο, [17] ὡς ὅτε βουληθεῖεν μὴ σκαρδαμύττειν. [18] γέλως δὲ σπάνιος, εἰ δέπου γένοιτο, μέχρι μειδιάσεως. ἀεὶ δὲ [19] ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. καὶ [20] σύμβολόν γε ἦν ἑκάςῳ τῆς τάξεως ἐμφαντικὸν, ἣν ἔλαχεν ἐν τοῖς ἱεροῖς· πλείους γὰρ ἦσαν αἱ τάξεις. [21] δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής. [22] οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀ-

quandocunque uoluiſſent, oculis minime nictarentur: riſus admodum rarus, atque eiusmodi, ut non ultra uultus hilaritatem progrederetur: ſemper autem intra indumentum manus continebantur. Quin nota etiam erat ſingulis quae ordinem ac ſtatum cuiusque, plures enim erant, ſignificaret, quem in templis ſortitus unusquisque fuerat. Victu tenui ac ſimplici utebantur. Vini enim a-

duo illa iungi etiam vides. Conſer ibi V. D. Graeci alias diverſo ſenſu dicunt σῆσαι ὄμματα & πρόσωπον, ut oſtendit Cel. *D'Orvill:* ad *Charit:* L. III, 9. & V, 3. qui Noſtri inmemor non fuit.

17. Ὡς ὅτε βουληθεῖεν μὴ σκαρδαμύττειν.] Ὡς ὅτε μὴ βουλ. μὴ σκαρδ. corrigebat *Abreſchius* Noſter. Eſt autem σκαρδαμύττειν, ἀτενὲς διόλου βλέπειν καὶ τὸ βλέφαρον οὔ ποτε ἐπιμύειν, ut dicam cum *Heliodor:* L. III. p. 148. Ita *Syneſ:* in Calv. laud. p. 48. dicit τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτὰς τοῦ θείου μηδὲ τῶν ἐπιβλεφαριδίων (qua voce augeri poſſunt H. *Steph:* copiae) ἀνεχομένους τριχῶν. vocem noſtram exponunt Lexicographi & Schol. *Ariſtoph:* Equit. 292. Ubi quae de ſignificatione vocis ἀσκαρδαμυκτεῖν addit, belle conveniunt *Noſtro* in Vit. Pyth. 10 inde ἀσκαρδαμυκτὶ βλέπειν *inconniventibus oculis intueri*, audaciae & fortitudinis ſignum, quod pulcre exponit *Bentl:* ad *Horat: I.* Od. 3, 18.

18. Γέλως δὲ --- μέχρι μειδιάσεως.] Uti *Iſocrat:* vetabat σέργειν γέλωτα προπετῆ, ad Demon. p. 5. μειδιᾷν proprie de *riſu leni.* Vid. Cel. *Lennep.* Anim. ad Coluth. II, 4. bene itaque opponitur τῷ γελᾶν. Anaxagoram μητὲ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μητὲ μειδιῶντα dicit *Aelian:* V. H. VIII, 3. Vox μειδίασις, quam abſque ullo auctore in Lexicis occurrere ſcribit *Stephan:* eſt apud *Polluc: VI*, 199.

19. Ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες.] Et hoc modeſtiae ac pudoris ſignum. Nec ſecus olim apud Graecos & Romanos. Vid. *Caſaub:* ad *Diog: Laërt:* p. 63. de Romanis *Senec:* Controv. V. 6. *Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exſerere.* quae iam occupata video a V. D. ad *Val. Max. VI*, 9. Ext. I, 6.

20. Σύμβολόν γε ἦν --- τῆς τάξεως &c.] De Sacerdotibus Aegyptiorum *Diod. Sic. I*, 83. μετὰ σημείων ἰδίων περιέρχονται τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν. Illae τάξεις conponi poſſunt cum ſacerdotibus Hebraeorum, qui in plures claſſes ſeu familias erant deſcripti, de quibus eadem voce utitur *S. Lucas* in Euang. I, 8, 9. quem locum adſcripſerat Clar. *Abreſch.*

21. Δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφ.] Haec etiam cum Iudaeorum inſtitutis contendi poſſunt. Vid. *Marsham.* Can. Chron. Sec. IX. Pro ἀφελὴς *Meerm. Cod.* dat ἀσφαλὴς. parum recte.

22. Οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως ---] Uti Regum, quorum plerique e ſacerdotibus cooptabantur, οἴνου τακτόν τι μέτρον apud *Diod.* L. I, 70. quod e Noſtro explicat *Weſſeling:* non vero Aegyptiis proprium ac peculiare id fuit, ſed omnibus Orientalium ſacerdotibus ac Philoſophis commune ac familiare vinum, tanquam in hominum perniciem prolatum, deteſtari, unde ea perſuaſio ad alios etiam fluxit. Lege *Iablonski* Panth. Aeg. II, 106. Hinc itaque Pythagoreorum quibusdam χρῆσθαι δὲ καὶ οἴνῳ mos erat, aliis & rigidioribus, μητὲ οἶνον ὅλως πίνειν, ſic enim bene conciliantur duo *Iamblichi* loca in Vit. Pyth. num. 98. & 107. Noſtra haec cum praecepto *Paulli* I Tim. V, 23. confert *Wetſtenius*, & cum lege divina Levit. X, 9. Incomp. *Grotius.*

23.

alii nihil omnino, alii pauciſſimum adhibebant, ob neruorum laeſionem quam inferret, capitisque repletionem, quae contemplationi eſſet impedimento: tum quia Venereorum appetitiones incitaret. Vnde etiam in caeteris aſſumendis caute admodum ſe gerebant: panem enim in caſtimoniis nunquam guſtabant, quando uero abſtinentiae tempus non erat, cum hyſſopo contuſum edere conſueuerant: hyſſopum enim uim eius maiori ex parte obtundere aiebant. Oleo plerumque omnes, plerique autem ſemper abſtinebant: quod ſi quiſpiam cum oleribus eo aliquando utebatur, id admodum paucum adhibebat, quantum tantummodo ſenſum mitigare aliquantulum poſſet.

ὀλίγιστα ἐγεύοντο, [23] νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας, καὶ πλήρωσιν κεφαλῆς, ἐμπόδιον εἰς εὕρεσιν· ἀφροδισίων τε ἔφασαν αὐτὸν ὀρέξεις ἐπιφέρειν. ταύτῃ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχον. [24] ἄρτοις μὲν οὐδὲ ὅλως ἐν ταῖς ἁγνείαις χρώμενοι, εἰ δέ ποτε μὴ ἁγνεύοιεν, [25] σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες ἤσθιον. τὸ πολὺ γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τὸν ὕσσωπον· ἐλαίου δ' ἀπείχοντο μὲν ὡς τὸ πολὺ, οἱ πλεῖστοι δὲ, καὶ παντελῶς, εἰ δέ που μετὰ λαχάνων χρήσαιντο, παντελῶς ὀλίγῳ, καὶ ὅσον παρηγορῆσαι τὴν αἴσθησιν.

§ 7. Ea porro quae extra Aegyptum naſcebantur eſculenta & potulenta, attingere ipſis fas non erat: atque ita multum luxui locum excluſum habebant.

§ 7. Τῶν μὲν οὖν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἅπτεσθαι. πολύς τις οὕτως τρυφῆς ἀπεκέκλειστο

ab

R r τό-

23. Νεύρων αἰτ. ---- καὶ πλήρωσιν κεφ.] Καὶ πήρωσιν malebat Vir Clar. non audeo accedere *Hieron. II.* Adv. *Iovin.* 13. ubi paſſim Noſtrum exprimit, *carnibus & vino ſemper abſtinuerint, propter tenuitatem ſenſus & vertiginem capitis, quam ex parvo cibo patiebantur, & maxime propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & ex hac potione naſcuntur &c.*

24. Ἄρτοις μὲν οὐδὲ ----] Et cum in caſto eſſent, & in omni graviori luctu mos erat Aegyptiis frumento aliisque abſtinere. Vid. *Weſſeling:* ad *Diod: Sic:* L. I. c. 72.

25. Σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες.] Calida quippe haec herba, nec languenti ſtomacho inutilis, unde veteres aquam hyſſopo maceratam bibebant. Vide *Caſaub:* ad *Athen: IV,* 14. eaque veteres, & Aegyptios in primis, inter cibum fuiſſe uſos ſaepe V. D. eſt obſervatum. V. *Brucker:* Hiſt: Phil: T. II. p. 782. Hi nempe ideo praeſertim panem cum hyſſopo conciſum comedebant, quia herbae illi vim mundatricem tribuebant, idque cum Hebraeorum inſtitutis, apud quos hyſſopi uſus in purificationibus, contendit *Marsham:* Can: Chron: Sec: IX. & *Spencer:* Leg: Rit: L. II, 15. eius modi panis ἐξώδης, cui hyſſopus commixta erat, forte ſignificatur in vexato *Polluc:* loco VI, 73. ubi Aegyptiorum ἄρτους εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους memorat. Conf: *Marsham* Sec. XVI. De Therapeutis ſimiliter *Philo* Vit. Cont. p. 692. B. σιτοῦνται δὲ πολυτελὲς οὐδέν, ἀλλὰ ἄρτον εὐτελῆ, καὶ ἅ-

τόπος. [1] τῶν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον, ἰχθύων τε ἀπείχοντο πάντων, καὶ τετραπόδων, [2] ὅσα μώνυχα ἢ πολυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα· πτηνῶν δὲ, ὅσα σαρκοφάγα· πολλοὶ δὲ καθάπαξ τῶν ἐμψύχων· καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες, ὁπότε [3] μὴ δ' ὠὸν προσίεντο. καὶ μέντοι καὶ τῶν ἄλλων [4] οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐποιοῦντο παραίτησιν· οἷον τῶν [5] βοῶν τὰς θηλείας παρητοῦντο, τῶν δ' [6] ἀῤῥένων ὅσα δίδυ-

ab omnibus uero qui in Aegypto erant piſces, abſtinebant, ab omnibus item quadrupedibus, quae ſolipeda, aut multifida, aut non cornuta eſſent: a uolucribus etiam quae carnibus ueſcerentur. Multi quoque ab omnibus prorſus animalibus, & in purificationibus omnes abſtinebant: quippe cum ne oua quidem tunc ulla ſibi eſſe edenda cenſerent. Quin etiam aliorum quoque multa obſeruatio apud ipſos erat. Foeminas enim ex bobus in eſu repudiabant: mares quoque ſi erant ge-

ὄψον ἅλες, οὓς οἱ ἀβροδιαίτατοι παρατύουσιν ὑσσώπῳ. Acceperunt illi ab Aegyptiis.

1. Τῶν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτ. ἰχθ. ἀπ.] Antea quidem Aegyptios omnes piſcibus uſos fuiſſe, largam eorum copiam ſubminiſtrante fluvio, colligas e *Diod: Sic: I*, 43. poſtea vero alii aliis abſtinuerunt. οἱ δὲ ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων, ut dicit *Plut.* T. II. p. 353. C. Conf: *Iulian:* Orat: V. p. 176. & *Clem: Alex: VII.* p. 718. D. qui in cauſſas etiam inquirunt, quare vel perpetuo, vel ſaltem ἐν ταῖς ἁγνείαις iis eſſet abſtinendum. qua de re etiam V. D. ad Hor. Ap. L. I. c. 15. Hinc itaque derivatum in Pythagoreos. V. *Athen. VII*, 16. & *Plut.* Sympoſ. Quaeſt. 8. Diſſentire paene videtur *Iamblich:* in V. Pyth: n. 98. cui βαλλαττίων ὄψων σπανίως χρῆσθαι dicuntur. ubi vel referibendum cum *Kuſtero* βαλασσίοις ὄψοις, vel potius cum Erud: *Kemio* ad *Gregor: Pard:* de Dial: p. 122 βαλλασσίων ζώων (voce illa huc tranſpoſita) ὄψῳ σ. χ. niſi χρῆσθαι ὄψων dictum ſit, uti ἐσθίειν κρεῶν, πίνειν οἶνον & ſimilia, ſed *Iamblich:* eo modo uti non ſolet. Prius itaque vel ad rigidiores pertinet, vel ſignificat, non omni piſcium genere uſos fuiſſe, uti ἀπέχεσθαι σχεδὸν βαλλασσίων συμπάντων praecipit Philoſophus apud *Noſtr:* Vit: Pyth: 45. eodem modo Pythagoras βαλαττίοις σπανίως uſus dicitur *Diog: Laërt: VII*, 19. qui ibidem Segm. 34. praecipit τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι ὅσοι ἱεροί. Paullo ante πολύς τέ τις corrigebat *Abreſch:* pro οὕτως *Lipſ.* & *Meerm. Cod.* οὗτος.

2. Ὅσα μώνυχα ἢ πολυσχ.] Id Hebraeis etiam vetitum dicit infra § 14. nota eſt lex Levit. XI. utriusque gentis adfinia illa inſtituta *Huet:* D. E. IV, II, 1. aliique multi dudum notarunt. De Iudaeis & Aegyptiis certis animantibus religionis cauſſa abſtinentibus, ſed in iis eligendis ac repudiandis diſſimiles tamen mores legesque obſervantibus, erudite diſſerit *Spencer:* Leg. Rit. I, 5. Veteres Theologi haec quo modo explicent, lege apud *Coteler:* ad *Barnab:* Epiſt. T. I. P. Apoſt. p. 36.

3. Μὴ δ' ὠὸν προσίεντο.] Similia de ſacerdote ſummo Iudaeorum Magiſtri narrant. Vid. *Spencer:* Leg. Rit. III, 5.

4. Οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐ. π.] Vellem illud οὐκ deletum. VALENT. οὐκ ἀσ. π. appellat Aegyptiacorum ſacerdotum in delectu victimarum & religionum ſeveritate ſuperbiam, quae intemperantiae & malitiae nota liberari vix queat, qua vel illa reprobabant ipſa, quae alius nemo vitii unquam notaſſet. Et in religione ſycophantas agebant, etiam ſancta quaeque & innoxia carpentes atque damnantes, ſeu voluntatis, ſeu iudicii quodam errore, quemadmodum calumniatores viros quosque ſanctiſſimos & integerrimos frivolis & indignis criminationibus vexant. REISK.

5. Βοῶν τὰς θηλείας.] Vid. ad L. II. § 11.

6. Ἀῤῥένων ὅσα ὀίδυμα ---] Neque haec Iudae-

gemelli, ſi maculoſi, ſi diuerſi coloris, ſi uarii forma, ſi domiti iam eſſent, utpote qui conſecrati iam eſſent laboribus, ſimilesque iis quae honorarentur: ſi quacunque alia effigie quicpiam repraeſentarent: ſi altero oculo eſſent praeciti: ſi ad humanam ſimilitudinem tenderent. Innumerabiles aliae obſeruationes ſunt, quae ad eorum artem ſpectant, qui μο-

δυμα, ἢ κατάστιλα, ἢ ἑτερόχροα, ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ, ἢ δεδαμασμένα (ὡς ἤδη καθωσιωμένα τοῖς πόνοις) καὶ [7] τιμωμένοις ἐμφερῆ, ἢ [8] καθ' ὁντινοῦν οἷον ἀπεικασμὸν ἐξείη, ἢ [9] ἑτερόφθαλμα, ἢ πρὸς ἀνθρωπείαν ἐμφέρειαν νεύοντα. μυρίαι δ' ἄλλαι [10] παρατηρήσεις, [11] καὶ τῆς περὶ αὐτὰ τέχνης τῶν καλουμένων [12] μο-

daeorum ritibus adeo diſſimilia. Rem, ſed ὑποθέσει δουλεύοντες, excuſſerunt *Marsham:* Can: Chron: Sec: IX. & *Spencer:* Leg: Rit: I, 5.

7. Τιμωμένοις ἐμφερῆ.] Καὶ ἀτιμωμένοις. ſimilia illis quae iam dehoneſtata & ad ignominiam ſervitutis depreſſa eſſent, honore gloriaque ſua primigenia privata. Reisk. *Valent.* locum hunc, ceu ſuſpectum, aſteriſco notaverat. Intelligo bruta illa animantia, quae in ſeptis ſacris alebantur, quibus maior utique honos, quam ceteris praeſtabatur. Ea paſſim ſic vocantur *Plutarch:* T. II. p. 359. & aliis.

8. Καθ' ὅντ. ὁ. ἀ. ἐξείη.] Forſan ſic legi poſſunt illa verba ἃ καθ' ὁντινοῦν οἷον ἀπεικ. εἰξειη. Valent. Non expedio. Cogitavi aliquando ἐξίη τῆς συνηθείας, vel ἐξίη τοῦ συνήθους. *exceſſerit e conſuetudine*, receſſerit a conſueto naturae modo: ſed ipſe multum huic coniecturae non tribuam. Num ἐξιέναι ſimplex quondam uſurpatum eſt pro integro ἐξιέναι τοῦ συνήθους pro certo non auſim affirmare, ſed paene videtur. Reisk. Utique morboſa haec ſunt. vulneri variis remediis ſuccurri poteſt, ſed quis reſtitutae integritatis fideiuſſor erit? ἀειξείη refingit *T. Galeus* ad *Iamblich:* Myſt: p. 278. Clar: *Abreſch:* ἐξειδῆ. *Heſych:* Ἐξειδεῖς, περισσοὶ, ἐκπρεπεῖς. Senſus tum eſt, οἷον ſcilicet εἴη ---- ἐξειδῆ. Erat cui ἀεικῆ blandiebatur, quod propter praecedens ἀπεικασμὸν haud probo. Quid ſi εἴη pro ἐξείη legatur, quod ſane remedium lene eſt, & ſenſum ſupplet, qui alias eodem illo verbo ſuppleri debet. Dicit ergo abſtinuiſſe eos omnibus illis animalibus quae honoratis erant ſimilia, vel cuiuscunque rei quaſi imagines eſſent. Puta Deorum vel virtutum, quarum ſymbola eſſe ſolebant. Poſſet quoque ἢ deleto, referri ad illa quae praeceſſerant, τιμωμένοις ἐμφερῆ καθ' &c. Vocem ἀπεικασμὸν Lexica ignorant. Ἀπεικάσματα *Heſych:* exponit ὁμοιώματα. Ζώων ἀπεικάσματα Deos Aegyptiorum, ut videtur, adpellat *Auct.* Libr. Sapient. XIII, 10. Saepius haec vox apud Platonem.

9. Ἑτερόφθαλμα.] Victimas oculis captas, aut maculoſas, immolare Hebraeis aeque atque Aegyptiis vetitum, ut docet *Huet:* Dem. Ev. IV, II, 1. non crediderim ἑτερόφθαλμα *variis oculis* hoc loco verti debere, uti viſum eſt Clar: *Viro* ad *Charit:* VII, 5. licet haec ſignificationem voci ineſſe doceat. *Moer:* Attic. ἑτερόφθαλμον, Ἀττικῶς. μονόφθαλμον. Ἑλληνικῶς. ubi confer V. D.

10. Παρατηρήσεις.] Bene hac voce utitur, ſunt enim παρατηρήσεις proprie *ſollicitae & attentae obſervationes*, uti παρατηροῦντες ſupra III, 5. & 10. ἀκριβῆ τὴν παρατήρησιν ποιεῖσθαι id dicit *Plut.* T. II. p. 363. B. vim vocis egregie adſeruit Doctiſſ. *Kypkius* ad *Luc.* Euang. XVII, 20. penultima ſyllaba excidit in *Cod. Meerm.*

11. Καὶ τῆς περὶ ----] Καὶ delendum videtur & paullo poſt προάγουσαι. nam redit ad παρατηρήσεις. Reisk.

12. Μεσχοσφαγισῶν ἄχρι ----] Male *Meerm.* μισχοσφαγισῶν. Aegyptii *vitulis*, μόσχοις, in ſa-

σχοσφραγισῶν, ἄχρι συντάξεων προάγουσα βιβλιακῶν. περιεργότερον δ' ἔτι περὶ τὰ πτηνὰ, [13] οἷον τρυγόνα μὴ ἐσθίειν· ἱέραξ γὰρ, ἔφασαν, πολλαχῆ τὸ ζῶον συλλαβὼν ἀφίησιν, μισθὸν [14] ἀποδιδοὺς μίξεως σωτηρίαν· ὡς οὖν μὴ λάθοιεν τοιούτῳ περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν [15] περίξαντο τὸ γένος. κοιναὶ μὲν δὴ θρησκεῖαί τινες αὗται, κατὰ γένη δὲ τῶν ἱερέων διάφοροι, καὶ οἰκεῖαι καθ' ἕκαστον θεόν. αἱ δὲ ἁγνεῖαι [16] πάντων ἐκαθάρευον· [17] ὁ δὲ

μοσχοφραγισαὶ, id est uitularii, seu uitulorum obsignatores appellantur: quae ad librorum usque compositiones processerunt. Id quod curiosius etiam circa uolucres faciunt. Nam turturem, ut uerbi causa hoc referam, sibi non esse comedendam putant. accipitrem enim aiunt saepe ubi eam auem comprehenderit, incolumem dimittere, pro mercede concubitus salute condonata. ne igitur in eiusmodi aliquam ex ipsis incidant, sibi toto earum genere interdicendum censuerunt. Ac communes quidem cultus nonnul-

sacris utebantur, quibus certo ritu obsignandis sacerdotes adhibebantur, quos inde μοσχοσφραγισὰς adpellant, scientia ipsa μοσχοσφραγισικὴ vocatur. Vid. *Wesseling:* ad *Diod: Sic: I*, 70. & quae diximus ad L. II, 55. προάγουσα proscribere non ausim. Nempe παρατήρησις τῆς τεχν. τ. κ. μ. ut alia in re supra III, 25.

13. Οἷον τρυγόνα μὴ ἐσθίειν.] Qui aliis inter mensae delicias, ut ex *Plaut.* Mostell. I, 1, 43. & *Athen. IV*, 1. liquet. Tartaros tamen aliasque gentes eorum usum abominari legimus. Aegyptii e superstitiosa inpuritatis suspicione a mensis & altaribus abigebant, ut scribit *Spencer.* Leg. Rit. I, 5, 3. Noster aliam rei causam adsignat, ne in turturem ab accipitre, sacro sibi alite, dimissum, sicuti ungues eorum aliquando evadere solent, forte inciderent, ut explicat V. *Aldrovand.* Ornithol. L. XV, 10. p. 245. quod didici e Dissert. *Slichteri* de Turtur. nam liber ille ad manum non est. Sed causam qua re turturem dimittat accipiter Porphyr. propius significat.

14. Ἀποδιδοὺς μίξεως σωτηρίαν.] Subeunt animum illa *Flacci* Epod. XVI, 31.

Mirus amor! iuvat ut tigres subsidere cervis,
Adulteretur & columba milvo.

Μίξις, μίσγεσθαι, μίγνυσθαι & similia de coïtu admodum sunt frequentia, nec tantum de viro qui cum muliere rem habet, ut *M. Thomas* putabat, sed & de muliere quae cum viro, scriptoribus etiam Ἀττικωτάτοις verbum istud adhibetur, ut ad *Thom:* recte *Bossio* animadversum. Priori tamen modo plerumque invenias. Latinorum *miscere* notissimum est. loquuntur eodem modo orientis populi & alii, apud plerasque enim gentes, natura duce, vox illum usum induit. Turturum ceteroquin castitas est pervulgata, marem unum habere, neque alterum admittere, tradunt naturae curiosi. Vid. *Bochart:* Hieroz: II, I, 4.

15. Περίξαντο.] *Vitant, cavent.* vim potestatemque verbi praeclare adserit *D'Orvill:* ad *Charit: I*, 13. multa etiam habent V. D. ad inlustrandum *Paull.* II ad Timoth. II, 16. Mox δὲ post γένη deest in *Meerm.*

16. Πάντων ἐκαθάρευον.] Locus bene habet. Sententia est quamquam diversae pro locorum diversitate religiones erant, omnes tamen, qui ubique locorum essent, sacerdotes, cum suas ἁγνείας seu castimonias agerent, tum ἐκαθάρευον, quod καθαρεύειν quid fuerit, paulo post exponit. Reisk. Optime. *Valent.* sinistro consilio πάντων mutarat in πάντως, idque textui ipsi, contra omnium consensum, intruserat.

17. Ὁ δὲ χρόνος οὗτος.] Scilicet τῶν ἁγνειῶν ἦν τοτὲ ὁπότε —— illis autem castimoniis conse-

nulli iidem erant: alii pro ſacerdotum genere diuerſi, & ſingulis diis accommodati. caſtimoniae autem & purificationes in omnibus obſeruabantur. tempus earum erat, cum aliquid in ſacro cultu erant operaturi, numero dierum praefinitum, quandoque duorum & quadraginta, quandoque plurium, aut pauciorum: ita tamen ut nunquam a ſeptenario deficeret. Tunc ab omnibus animatis abſtinebant: ab omni olere & legumine, in primis uero a congreſſu uenereo mulieris: nam maris conſuetudinem alio etiam omni tempore euitabant. Ter in die lauabantur frigida, cum cubitu ſurrexerant, cum pranſuri erant, cum cubitum ibant. Si forte autem contigiſſet, ut ſeminis fuſione in ſomnis polluerentur, confeſtim la-

δὲ χρόνος οὗτος, ὁπότε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν, προλαμβάνων ἡμερῶν ἀριθμὸν, οἱ μὲν δυοῖν καὶ τετταράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάσσους, [18] οὐδέ ποτε μέντοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, [19] παντὸς μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὀσπρίου, πρὸ δὲ πάντων, ἀφροδισίων ὁμιλίας γυναικείας· ἄῤῥενος μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετεῖχον. [20] τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ, ἀπό τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστου, καὶ πρὸς ὕπνον. εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν, παραχρῆμα [21] ἀπεκάθαιρον λουτρῷ τὸ σῶμα. ψυχρῷ μὲν

ſecratum erat iſtud tempus, cum vellent ---- ſacrorum ſtatorum peragere. Antevertebantque illos ſacrorum ſtatorum dies obeundis illis, quas diximus, caſtimoniis per dies alias 42 &c. Nihil in hoc loco vitioſum. αἱ ἀγνεῖαι πάντων ἐ. „idem eſt atque ἅπαντες ἐκ. ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἁγνείαις. & ὁ χρόνος τῶν ἁγνειῶν ἦν προλ. ἀρ. ἡμερῶν τοσοῦτον idem eſt atque αἱ ἁγνεῖαι ἤρχοντο πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς παγκοίνου θυσίας, ἡμέραις τοσαύταις. Reisk. Mox δυεῖν *Meerm. Cod. Cantabr.* δύο dederat, vetuſtiores δυοῖν. In efferendo duali veteres ſibi non conſtant, modo enim δυεῖν ſcribunt, modo δυοῖν, id enim ubivis librariorum incuriae tribuendum non videtur. Lege *Duker:* ad *Thucyd:* L. IV, 8. & *Weſſeling:* ad *Diod:* Ecl: p. 531.

18. Οὐδέ ποτε τῶν ἑπτὰ λειπ.] Hinc itaque colligunt aliqui, hebdomadicum dierum orbem apud Hebraeos ex mathematica diſciplina, & intimo Aegyptiacae antiquitatis penu depromtum eſſe. Vid. *Marsh.* Can. Chron. Sec. IX.

19. Παντὸς ἐμψύχου ---- π. δ. λαχάνου κ. ὀ.] Haec tria ad purificationem in primis requirebantur. Ieiunare, lavare, in caſto eſſe: quo modo haec Aegyptiorum cum inſtitutis Hebraeorum conſenſerint, oſtendit *Marsh.* Sec. IX. & *Spencer.* Leg. Rit. III, 5. Ὄσπρια quae fuerint, Vid. L. II, 6. Mox inepte καὶ ante ὁμιλίας infarciebat *Valent.* ὁμιλεῖν & ὁμιλία de conſuetudine Venerea centies. V. infra § 18.

20. Τρὶς δὲ τῆς ἡμερας ἀ. ψ.] Paullo aliter *Herod: II*, 37. de ſacerdotibus Aegyptiis. λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτὸς. ſed erat etiam qui ibi τρὶς legebat. Conf: *Weſſeling:* huius loci non inmemorem. Plenius ibi *Herod:* quam hic Noſter. ellipſis eſt frequentiſſima.

21. Ἀπεκάθαιρον λουτρῷ τὸ σῶμα.] Tale eſt illud *Perſii* Sat. II, 15.

Tiberino in gurgite mergis
Mane caput, bis, terque & noctem flumine purgas.

ubi plura *Caſaub.* proque more ſuo *Spencer.*

L.

μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, οὐ μὴν [22] οὕτωσὶ πλεονάζον. Κοίτη δὲ αὐτοῖς [23] ἐκ τῶν σπαδίκων τοῦ φοίνικος, ἃς [24] καλοῦσι βάϊς, ἐπέπλεκτο. ξύλινον δὲ ἡμικυλίνδριον εὖ λελεασμένον ὑπόθημα τῆς κεφαλῆς· ἤσκουν δὲ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ ὀλιγοσιτίαν παρὰ πάντα τὸν βίον.

§ 8. Μαρτυρία δ' αὐτῶν τῆς ἐγκρατείας, ὅτι μήτε [1] περιπάτοις ἢ ἐώραις χρώμενοι, διῆγον ἄνοσοι, καὶ πρὸς μετρίαν ἰσχὺν εὔτονοι. πολλὰ γοῦν κατὰ

lauacro corpus expiabant. Frigido sane lauacro in reliqua uita etiam, non ita tamen frequenter utebantur. Cubile ipsis ex palmarum uirgultis, quas appellant baïs, intextum erat. Ligneus autem semicylindrus apte lacuigatus capiti subiiciebatur. Sitim & famem, & parcum uictum toto uitae tempore exercebant.

§ 8. Continentiae siquidem eorum illud est, quod licet nullis neque deambulationibus, neque gestationibus uterentur, non solum absque morbis uitam traducerent, uerum etiam ita ualide, ut mo-

de-

I, 8. & *Marsham.* Sec. IX. Pessime autem habitus fuit hic locus. Circumferebatur antea ἀπεκάθορον, quod operarum vitio Editio princeps dederat. Retinuere id Editores sequentes, licet tanquam e suo penu correxerint. *Valent.* deinde τὸ σῶμα ψυχρῷ omiserat, dederatque ἀπεκ. λουτρῷ μὲν οὖν. ---- Secus quam priores *Edd.* & *Cod. Lipsi.* iubent. De voce ἐνειρώττειν *Suidas* in Ὀνειροπολεῖ, & ibi *Kusterus.*

22. Οὕτωσὶ πλεονάζον.] Videtur in *Cod. Lipsi.* prima manus dedisse sic, πλεοναζεν id est πλεονάζοντι, quod si dedit, recte dedit. sed nescio quae male feriata manus illud quicquid est quod olim super ν exaratum fuit, erasit scalpello, ut codex scilicet hic quam simillimus vulgato esset. Reisk. πλεονάζοντι correxerat etiam *Valent.* nisi πλεόναζον vel ἐπλεόναζον hic sit *frequenter agebant, tam crebro repetebant.*

23. Ἐκ τῶν ὀπεδίκων.] Pro ὀπεδίκων lege σπαδίκων. Vid. Salmas: in Solin: Valent. Lege σπαδίκων. V. Gesneri Thes. L. L. voc. *Spadicum* & *Spadix.* possit quoque de ὀρπήκων cogitari, sed teneo priorem conjecturam. Si Gronov. novisset Salm. σπαδίκων emendasse procul dubio Vales. pro more suo plagii accusasset, ad Amm. Marcell. p. 431. Reisk. Nihil certius. antea inepte legebatur ὀπεδίκων, quod satis diu Malchi codices obsedit, ideoque de gradu depuli. ὀρπήκων legebat *D'Orvill:* ad *Charit:* L. IV, 7. Sed bene quod sententiam mutarit, & ad L. VIII, 8. cum *Salmas.* σπαδίκων restitueret. veram nos instaurasse scripturam idoneo teste adfirmabo. *Hieron:* L. II. Adv. Iov. 13. haec exprimens: *Cubile eis de foliis palmarum, quas baias vocant, contextum erat. Scabellum accline & ex una parte obliquum, in terra pro pulvillo capiti supponebant, bidui triduique inediam sustinentes.* Vocem ipsam dicit esse poëticam *Pollux I,* 244. sed eam plures inlustrarunt. Consule *Wesseling:* ad *Herod: V,* 25.

24. Καλοῦσι βάϊς.] Eadem forma qua ὄϊς supra III, 5. ubi vid. βαΐα habemus in Euang. *Ioann. XII,* 13. quo cum hunc locum contendebat *Wetstein:* ibi additur φοινίκων, quod ergo abesse commode potuisset. *baias* dedit *Hieron:* ut statim legebas.

1. Περιπάτοις ἢ ἐώραις.] Vel αἰώραις *Valent.* inseruerat. & sic restituebat Vir Magnus ad *Diod: Sic: XVIII,* 42. vitium e depravatio-

ri

deratae etiam ad labores uires ſuppeterent: quippe cum multa onera in ſacrorum operationibus ſuſtinerent, multaque obirent miniſteria, quae maiora eſſe uiderentur, quam ut communibus uiribus conuenirent. Noctem in coeleſtium obſeruationem, & quandoque in ſanctificationem diuidebant. Diem in deorum cultum diſtribuebant, in quo ter uel quater mane & ueſperi, ſolem, & cum medium coelum percurreret, & cum ad occaſum ferretur, hymnis proſequebantur. Reliquo tempore contemplationibus arithmeticis & geometricis uacantes ſemper aliquid elaborabant, atque excogitabant. in uniuerſumque in experientia uerſabantur. Eadem exercitatione uti in hyemalibus etiam noctibus conſueuerant

τὰ τὰς ἱερουργίας [2] ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω. διήρουν δὲ, νύκτα μὲν εἰς ἐπιτήρησιν οὐρανίων, ἐνίοτε δὲ καὶ [3] ἁγιςείαν, ἡμέραν δὲ εἰς θεραπείαν τῶν θεῶν, καθ' ἣν [4] ἢ τρὶς ἢ τετράκις, κατὰ τὴν ἕω, καὶ τὴν ἑσπέραν, μεσουρανοῦντά τε τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δύσιν καταφερόμενον, τούτους [5] ὑμνοῦντες· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον πρὸς θεωρήμασιν ἦσαν [6] ἀριθμητικοῖς τε καὶ γεωμετρικοῖς, ἐκπονοῦντες ἀεί τι, καὶ προσεξευρίσκοντες, συνόλως τε περὶ τὴν ἐμπειρίαν καταγιγνόμενοι. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς χειμερίοις ἐπετήδευον νυξὶ, φιλολογίᾳ [7] προσαγρυ-

ri pronuntiatione natum docens. Paſſim ea confunduntur, quia ſollemne eſt in *Codd.* Mſcript. ut ει & α inter ſe miſceantur. ſed quod in *Palaeph.* Fragm. apud *Galeum* Op. Myth. & Phyſ. ubi aliqui ἐωριζόμενος alii αἰωρούμενος, Vir D. corrigit μετεωριζόμενος, id quidem fruſtra. nam *Suid.* in V. hoc per illud explicat. Αἰώρα, feſtum Athenienſium, teſte *Suida*, ita aliis etiam ἐώρα ſcribitur, qua de re V. D. ad *Heſych:* in Αἰώρα. Pro ἥ prima *Edd.* typographi errore, dederat ἡ, quod in omnes ſequentes fuit propagatum. male autem *Lipſ. Cod.* ἐρώραις.

2. Ἐνεδέχοντο βάρη.] Forte ἀνεδέχοντο. REISK. Idem viſum *Abreſchio*, vulgatum tamen turbare non auſo. hoc an illud eligas, digitum non verterim. noſtrum eſt *in ſe receperunt*, lubentes admiſerunt, alterum, *ſuſceperunt.* De moleſtiis ac difficultatibus, quas ſacerdotia Aegyptiorum ſibi adiunctas habebant, multi loquuntur. Vide praeter alios *Holſtent:* ad Noſtr. in V. P. 7. Hebraeos iterum comparare poſſum, ſed illos ſerioris aetatis, qui multo peiores, de quibus *Matth. XXIII*, 4. cui loco e Noſtro lucem interpretes adfundunt. Paullo ante vox εὔτονος notare videtur *fortitudinem cum habili mobilitate coniunctam:* admirabili eruditione eam exponit *T. Hemſterhus:* ad *Pollux IX*, 107.

3. Ἁγιςείαν.] Vid. ad L. II. § 31.

4. Ἢ τρὶς ἢ τετράκις.] Ἢ τρὶς deeſt *Lipſ.* recte. legendum enim καθ' ἑκάςην [ſcilicet ἡμέραν] τετράκις. quod conſtat e ſequentibus REISK.

5. Ὑμνοῦντες.] Pro ὑμνοῦντες reponendum cenſui ὕμνουν. VALENT. Immo ὑμνοῦντες. ut dedimus, & in *Meerm. Cod.* habetur.

6. Ἀριθμετικ. καὶ γεομετρ.] Harum quippe artium admodum ſtudioſi Aegyptii, idque patriae ratio exigebat. Lege *Iamblich:* in Vit. Pyth: n. 158. Bene mox προσεξευρίσκοντες. huius modi *inventis* enim admodum ſtudebant. εὕρεσιν vocat ſupra § 6.

7. Προσαγρυπνοῦντες.] Vocem Lexicographi, eti-

γρυπνοῦντες, ἅτε μήτε πορισμοῦ ποιούμενοι φροντίδα, δεσπότου τε κακοῦ τῆς πολυτελείας ἐλευθεριάζοντες. ὁ μὲν δὴ [8] πόνος ὁ ἄτρυτός τε καὶ διηνεκὴς καρτερίαν [9] ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι, τὸ δὲ ἀνεπιθύμητον, ἐγκράτειαν. οἵγε ἐν τοῖς ἀσεβεςάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα· μόνοις γὰρ ὅσιον ἐδόκει τοῖς κατὰ τὰς [10] βασιλικὰς χρείας [11] ἀπηναγκασμένοις. πολὺς δὲ καὶ τούτοις ἦν [12] λόγος ἐμμεῖναι τοῖς πατρίοις. μικρὰ δ' εἰ καταγνωσθεῖεν παραβαίνοντες, ἀπηλαύνοντο. [13] καὶ τὸ μὲν κατ' ἀλή-

rant ſtudio literarum inuigilantes, utpote qui neque prouentus alicuius curam ullam haberent, & a ſeruitute moleſtae dominae luxuriae liberi eſſent. Labor ſane indefatigabilis, & aſſiduus tolerantiam, cupiditatum omnium uacuitas continentiam hominum manifeſtat. quippe qui cum peregrinos mores & luxus euitarent, diſcedere ab Aegypto impium maxime eſſe cenſerent. Solis enim iis id licere uidebatur, qui negocia regia tractare eſſent coacti: quibus tamen etiam ipſis patriorum inſtitutorum tanta erat cura, ut ſi uiolare ea uel paululum fuiſſent deprehenſi, eiicerentur. Ac ue-

etiam locupletiſſimi, negligunt. Vid. *Polluc:* I, 71.

8. Πόνος ἄτρυτος.] Elegans epitheton. Inſpice *Suidam*, quem iam citatum video Clar: *Alberti*, qui ſiſtit & alium locum ex *Herodot:* ad *Heſych:* in V.

9. Ἀπομαρτυρεῖ.] Id eſt ἱκανῶς μαρτυρεῖ, ut ſolet ἀπὸ in conpoſitis. Vid. ad L. II, 30.

10. Βασιλικὰς χρείας.] Χρείας deeſt *Lipſ.* male. niſi fuit in aliis libris κατ' ἀγορείας βασιλικὰς, vel κατὰ προσταγὰς βασ. REISK. Χρεία eſt *negotium*, *officium*, *munus*, tale proprie, ad quod aliorum induſtria neceſſario requiritur. Prorſus uti Noſter, βασιλικὰς χρείας *Ioſephus* illis tribuit qui regia negotia curant. Antiq. XVI, 8, 3. Plura lege apud optimos Interpretes ad *Luc.* A. A. VI, 3.

11. Ἀπηναγκασμένοις.] Hoc explicari debet e notabili Graecorum more. Habes non adeo conpoſitum, (quod fruſtra in Lexicis quaeras, ſed quo utitur quoque *Eunap.* in Max. p. 102.) quam ſimplicem vocem, cui e ſenſu ſupplementum quaeri debet. Solent brevitatis cauſſa quaedam omittere, quorum indicium faciunt per praepoſitionem, quam, quia ſolitaria poni nequit, verbo praefigunt. at ſimul omiſſa ſuppleveris, mutat ſedem praepoſitio, ſibique locum debitum occupat. Apud Porphyr: itaque ἀπηναγκασμένοις idem eſt, ac ſi legeretur ἠναγκασμένοις πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, quod praeceſſit. Hic ergo locus luce poteſt circumdare vexata illa *Luaae* in Euang. VI, 35. ἀνα. μηδὲν ἀπελπίζοντες id eſt ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτοῦ ὦ δανείζετε. Rem pulcre expoſuit Erud: *Abreſch:* ad *Matth. XXII*, 5.

12. Λόγος ἐμμεῖναι τοῖς πατρίοις.] Videbatur locus corruptus & mutilatus. Ideo ſupplevi & correxi περὶ τοῦ ἐμμεῖναι. VALENT. Nollem factum. putabat λόγον hic eſſe ſermonem cum ſit *cura*, uti λόγον ποιεῖσθαι *rationem habere*, *curare* apud *Lucian:* Hermot: 23. & alios. Verum tamen eſt ἐμμεῖναι, quod e *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* Auctori reddidi, cum antea ederetur ἐμμεῖναν. ἐμμεῖναι τοῖς πατρίοις, ut alibi ἐμμένειν νόμῳ, πίσει & ſimilia, de quibus ad L. II, 25. Rarius iſtud *Eurip:* Med: 753. ἐμμένειν ἃ σοῦ κλύω.

13. Καὶ τὸ μὲν &c.] Sermo fit de Aegyptiis

uera quidem philoſophandi ratio apud prophetas, & ſacrificos, & ſcribas, nec non etiam horologos ſeruabatur. Caetera uero ſacerdotum & aedituorum, & miniſtrorum multitudo pure etiam ipſa & abſtinenter uiuit, non ita exacta tamen diligentia, ut illi. Atque haec ſunt, quae de Aegyptiis a uiro ueritatis ſtudioſo & accurato, qui inter Stoicos non inaniter ſed ſolide admodum philoſophatus eſt, prodita memoriae fuerunt.

λήθειαν Φιλοσοφοῦν ἔντε τοῖς προφήταις ἦν, καὶ [14] ἱεροζολιζαῖς, καὶ ἱερογραμματεῦσιν, ἔτι δὲ [15] ὡρολόγοις. τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε, καὶ [16] παζοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος καὶ ὑπουργῶν θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὔτι γε μὴν μετ' ἀκριβείας, καὶ ἐγκρατείας τοσῆσδε. τοιαῦτα μὲν τὰ κατ' Αἰγυπτίους [17] ὑπ' ἀνδρὸς Φιλαλήθους τε καὶ ἀκριβοῦς, ἔντε τοῖς Στωϊκοῖς πραγματικώτατα Φιλοσοφήσαντος μεμαρτυρημένα.

tiis, caeterisque ſacrorum miniſtris. De quibus Cauſin. Obſ. ad Hor. Hierogl. 37 & 39. & Clem: Alex: Strom: L. VI. p. 456. VALENT. Multi ſacerdotum ibi ordines ac familiae. cultum Deorum omnesque eius ritus curabant προφῆται. Functionibus minoris dignitatis vacabant alii, de quibus Auctor ſtatim. Diligentiſſime ea exponit Cel. *Iablonski* in Prol. Panth. Aeg. § 38.

14. Ἱεροζολιζαῖς καὶ ἱερογραμματεῦσιν.] Priores illi ζολιζαὶ dicuntur *Plut.* T. II. p. 366. E. Alii etiam γραμματεῖς ἱεροὶ vocantur, quaſi ſcribae ſacrorum, vel literarum ſanctiorum, quae in ſacris libris exponebantur. Eorum numero Iannes & Iambres inſeruntur apud *Euſeb:* Vid. *Galeum* ad *Iamblich:* Myſt. p. 183. & *Weſſeling:* ad *Diod: II*, 16.

15. Ὡρολόγοις.] Illi ὡρόσκοποι *Clem: Alex:* Strom: VI. p. 633. qui addit horologium in manu habuiſſe. Ordine fere inverſo eo loci antiſtites illi memorantur: ſed ibi dicitur de ordine quo in caeremoniis procedebant. primus illi procedere dicitur ᾠδὸς, cuius hoc loco non meminit Noſter, ſed infra § 9. ubi dicetur.

16. Παζοφόρων καὶ νεωκόρων.] A ferendis παζοῖς, *thalamis*, ſive Deorum aediculis, de quibus multa *Cuper:* in Harpocr: p. 129. παζοφόροι & ἱεραφόροι dicebantur, pro quo nomine novum vocabuli genus, παζοφρούρους *Cauſſin:* ſcriptoribus obtrudebat, ſed indignante Eruditorum cavea. Vid. *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: I*, 29. De eorum dignitate haud una Doctorum eſt opinio. Cum humeris portarent *thalamos* ſive aediculas, cum Noſter iungat aedituis, cum *Clem: Alex:* ultimo loco eos commemoret, & denique *Diod:* illis Athenienſium κήρυκας pares paene fuiſſe ſignificet, vix dubito, inferioris loci fuiſſe miniſtros. Scio, *F. Boerner:* Antiq: Medic: Aeg. § 40. contraria omnia e loco *Clem:* colligit, ſed perſuadet minime, dignitate eos fuiſſe eminentiſſimos, cum ipſe *Clem:* Paedag. III, 2. miniſtros fuiſſe adſignificet. *Sacroſancti* quidem *collegii nomen* hoc eſſe dicit *Apuleius X.* Metam: p. 719. & *venerabile* fuiſſe *collegium* ſignificat p. 776. ſed aliquo modo vel ſic, ab *Apul:* maxime, vocari poterant, ideo etiam quia medicinam tractabant corporisque humani curam gerebant, uti *Clem: Alex:* docet. Medici autem ad clerum, quem vocant, pertinebant, uti videtur. Mox pro ὑπουργῶν *Edd. Lugd.* & *Meerm. Cod.* ὑπαπουργῶν. nec ſecus *Edd.* vetuſtiſſimae.

17. Ὑπ' ἀνδρὸς Φιλαλήθους ----] Id multis ſecus videtur, nam de Chaeremone iudicia veterum admodum diſcordant. Vid. ad § 6. *Strabo* certe & alii diverſo modo tradunt. Creditur Dionyſius Alexandrinus eius fuiſſe diſcipulus, & in Schola Alexandrina ſucceſſiſſe. Vid. *Suid:* in Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς & Ga-

§ 9. [1] Ἀπὸ δὲ ταύτης ὁρμώμενοι τῆς ἀσκήσεως, καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον οἰκειώσεως, ἔγνωσαν, ὡς οὐ δι' ἀνθρώπου μόνου τὸ θεῖον διῆλθεν, οὔτε [2] ψυχὴ ἐν μόνῳ ἀνθρώπῳ ἐπὶ γῆς κατεσκήνωσεν, ἀλλὰ σχεδὸν ἡ αὐτὴ διὰ πάντων διῆλθεν τῶν ζώων. διὸ [3] εἰς τὴν θεοποιΐαν παρέλαβον πᾶν ζῶον, καὶ [4] ὁμοίως πω οὗ ἀνέμιξαν θηρία καὶ ἀνθρώπου, καὶ πάλιν ὀρνέων σώμα-

§ 9. Ab hac igitur exercitatione, & cum deo coniunctione profecti nouerunt, non per ſolum hominem diuinitatem tranſiuiſſe, neque animam in ſolo homine in terra tabernaculum obtinuiſſe: ſed eandem propemodum per omnia animalia pertranſire. Vnde etiam ad deorum fabricam omne animal una cum homine aſſumpſerunt: in qua & pecudum & hominis, & auium item & hominis corpora commiſcuere. Singu-

Galeum ad *Iambiicv:* Myſt: p. 303. praeter ilios, quos ſupra excitavi.

1. Ἀπὸ δὲ ταύτης —] Adduxit omnem h. l. in III. corund. l. Euſebius. Lectionis varietates hae ſunt. quartus ab hoc verſus duobus verbis inmutatus eſt. καὶ ὁμ. πού ἀνεμ. θηρία καὶ ἀνθρώπους. quod placet: paulo item poſt σώματα καὶ ἀνθρώπων. infra ἄλλο κυνοπολίτην, non λυκοπολίτην, quamvis νομὸς etiam foret in iſta terra a lupo appellatus, cuius Plut. mentionem fecit in Com. de Iſ: & Oſ: ſed alio etiam in loco poſt: apud Pamph. excuſum pariter & ſcriptum abeſt τοῦ θεοῦ. initio tamen conſequentis nondum ſententia abſoluta, quod eſt in excuſo ἦν perſpicue vitioſum eſt, ac numero multitudinis patrio caſu ὦν, ut apud auctorem & ſcriptum Pamph: legi debet. quod vero ſtatim ſequitur illic ὕδωρ καὶ πῦρ σέβονται τὰ κάλλιστα τῶν στοιχείων, multis modis diverſum eſt. quod ad priorem verbi, non ſententiae, mutationem pertinet, infra etiam eadem ratione σέβονται. Poſterior varietas quae ſententiam valde variat, accurate animadvertenda. mihi ſane magis probatur lectio auctoris. Poſt hunc πλέον τούτων ἐσέφηναν τὰ ὡς ἐπὶ duabus varietatibus, quarum utramque probo. In eo qui ſequitur τοιαῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα ἐπεὶ. Conſequens item pluribus modis inmutatus. nam & τούτων βύεται illic legitur, cum tamen ſcripto Pamph: exemplari conveniat cum Porph: lectione. Et poſt ὁ δὲ μετ' ὀλίγον φάγοι ἂν τὰ ἴδια αὐτῷ, ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκευασμένα. Victorius. Usque ad illa ſub finem paragr. καὶ ὅλως καθ' ἕκαστον &c. in ſua haec omnia transtulit *Euſeb:* loco iam indicato. p. 93. D.

2. Ψυχὴ — κατεσκήνωσεν.] Pulcre *Ioan:* Euang. I, 14. ὁ λόγος ἐσκήνωσε ἐν ἡμῖν, ubi multa de loquendi genere interpretes, ſed quae huc non pertinent. Loquitur Noſter e more Platonicorum, quibus corpus σκῆνος & σκήνωμα paſſim dicitur. Confer *Daviſ:* ad *Max: Tyr: VIII,* 3. *Platoni* γήϊνον σκῆνος. Vid. *Clem: Alex:* Strom. V. p. 593. D. quo cum conponunt locum *Paull: II.* ad Cor. V, 1. an recte, dubito. Immo, quod Noſter hic ſignificat, de beſtiis etiam vocabulo utuntur. V. *Fab:* ad *Longin:* p. 174. cui plura addere ſuperſedeo.

3. Εἰς τὴν θεοποιΐαν παρέλαβον π. ζ.] Haec iam attigimus in ſuperioribus, diximusque de cauſſis, quare Aegyptii animantia divino cultu proſecuti fuerint. Aegyptiorum tamen advocatus *Iamblichus* doctrinam hanc ſubvertit, ut ad Myſt. VI, 1. notat *Galeus.* Porphyrii hanc opinionem ſibi confutandam ſumſit *Warburt.* Div. Moiſ. Leg. L. IV. 4. qui & *Iamblichum* non multum ab eo diſcedere monet. Indos etiam hodie animantibus quibusdam religionis aliquam ſpeciem tribuere nemo mirabitur, qui veteres Indos Aegyptiorum colonos putaverit, quae eſt opinio *La Crozii* Hiſt. Chriſt. Ind. L. VI. p. 426. vocem θεοποιΐα damnat *Pollux I,* 13.

4. Ὁμοίως πω οὗ ἀνέμ. θ. —] Lege ex Euſebio ὁμοίως ποῦ. Valent. Forte καὶ πρὸς ὃ-

gulae enim apud ipſos deorum ſtatuae uel usque ad collum humanam ſpeciem praeferunt, faciem uero uel auis uel leonis uel alicuius alterius animalis impoſitam habent: uel e contrario capiti humano ſubiectum alterius animalis corpus praemonſtrant. Ex quibus uidelicet ſignificant haec ex deorum ſententia habere inter ſeſe ſocietatem: nobisque cognata tam manſueta quam agreſtia animalia non ſine diuina quadam uoluntate eſſe. Vnde etiam leo tanquam deus colitur: & pars quaedam Aegypti, quod paſcuum vocant, a leone Leontopolites, alia a boue Bu-

ματα καὶ ἀνθρώπου· εἴκασαι γὰρ παρ' αὐτοῖς τις μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδὴς, τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου, ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κεκτημένος. καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπειος, καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη πῇ μὲν ὑποκείμενα, πῇ δὲ ἐπικείμενα. δι' ὧν δηλοῦσιν ὅτι κατὰ γνώμην θεῶν καὶ ταῦτα ἀλλήλοις κοινωνεῖ, καὶ σύντροφα ἡμῖν καὶ τιθασσά ἐςιν τῶν 5 θηρίων τὰ ἄγρια οὐκ ἄνευ τινὸς θείας βουλήσεως. ὅθεν καὶ ὁ λέων 6 ὡς θεὸς θρησκεύεται, καὶ μέρος τι τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλουσι νομὸν, ἐπώνυμον ἔχει 7 Λεοντοπολίτην, ἄλλο

ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ ἀνέμιξαν. (aut συνέμιξαν) θηρία καὶ ἀνθρώπους. vel brevius καὶ ὁμοιώσει θεοῦ. *aſſimulationi* (h. e. ſimulacro) *numinis commiſcuere belluas & homines*: h. e. ſimulacrum quo vellent Deum repraeſentare, componebant ex imagine humana cum belluina quadam copulata. Reisk. Sequor ego quoque *Euſeb:* ὁμ. τοῦ ἀν. θ. κ. ἀνθρώπους. Tum ille καὶ ἀνθρώπων. Rem ipſam praeter alios ſignificat *Tacit:* V. Hiſt. 5. *Aegyptii pleraque animalia effigiesque conpoſitas venerantur. Min: Fel:* c. 28. *de capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus deos dedicatis. Biforme numen* bene adpellat *Tertull. Apol.* 16. Hodie adhuc in monumentis Aegyptiorum conſpiciuntur capita diverſorum animalium, vel ſola, vel aliis corporibus inpoſita. Vid. Politiſſ. *Shavius* Obſ. Geogr. de Syria, Aegypto &c. cap. 5. p. 112.

5. Θηρίων τὰ ἄγρια.] Legi quoque poſſit καὶ τὰ ἄγρια, quod bene conveniret ſequentibus, tumque σύντροφα latiore ſenſu accipiendum. de omni animantium genere ita ſermo eſſet: διήρητο σύμπαν τὸ ζῶον τιθασσῷ καὶ ἀγρίῳ, ut dicit *Plat:* Polit. p. 532. D. ſed nihil contra codicum fidem movendum.

6. Ὡς θεὸς θρησκεύεται καὶ ----] Quaedam erant animalia, quae Aegyptii univerſi colebant, erant etiam quae ſeorſum colebantur. Praeter Noſtrum *Strabo XVII.* p. 559. & alii docent. Νομοὺς vocabant Aegyptii τὰς διαιρέσεις, τὰς κατὰ τὰ μεγάλα τῆς Αἰγύπτου μέρη, ut *Proclus* dicit. vid. *Weſſeling:* ad *Diod: Sic: I*, 73. Solus *Lipſ.* hic recte νομὸν, quod revocatum vides. Interpretes neglectum diſcrimen inter νόμος & νομὸς ſaepe in errorem induit, qua de re *P. Leopard:* Emend: VII, 18.

7. Λεοντοπολίτην ἄλλο Βουσ. ἄλλο Λυκοπ.] *Hier: II.* Adv: Iovin: 7. *Singulae paene in Aegypto civitates beſtias & monſtra veneranur, unde urbes quoque apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur. Leonto, Cyno, Lyco, Buſyris, Thmuis, quod interpretatur hircus.* Fuerunt itaque plures huius notae urbes, quae venerabantur ea in primis animalia, a quibus nomen ducebant. Conſ: *Theodor:* De Ang: D. Daem: p. 521. De λεόντων πόλει, vel, ut aliis ſcribi-

δὲ Βουσειρίτην, ἄλλο Λυκοπολίτην. 8 τὴν γὰρ ἐπὶ πάντα δύναμιν τοῦ θεοῦ, διὰ τῶν συννόμων ζώων, 9 ὧν ἕκαστος τῶν θεῶν παρέσχεν, ἐθρήσκευσαν. 10 ὕδωρ καὶ πῦρ σέβοντες μάλιστα τῶν στοιχείων, ὡς ταῦτα αἰτιώτατα τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ταῦτα δεικνύντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὥς που ἔτι καὶ νῦν 11 ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος 12 τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ

Buſirites, alia a lupo Lycopolites appellatur. Vim enim ac potentiam dei quae in omnia diffunditur, per compaſcua animalia, quae unusquisque deus exhibuerat, ita uenerabantur. Maxime autem ex omnibus elementis aquam & ignem colebant, utpote quae ſalutis noſtrae in cauſa praecipue eſſent: eaque in templis & ſacris oſtendebant. Quemadmodum etiam adhuc uſque in apertione ſancti Sarapidis per ignem & aquam cultus exhibetur. Qui enim hymnos canit, & aquam guttatim fundit,

bitur, Λεοντοπόλει acti *Diod: I*, 84. Βουσειρίτην *Euſeb:* Βουσιρίτην vocat. Utroque modo effertur, ut ſolet variari in illis. Pro Λυκοπολίτην *Idem* Κυνοπολίτην. Parum refert, nam utriusque nominis Nomos fuit. ſed non debet νομὸς λυκοπολίτης confundi cum Lycopoli altera in Nomo Sebennytico. Noſtra haec Thebaidis, Plotini patria fuiſſe videtur. Lege *Fabric:* ad *Noſtr:* in Vit. *Plot:* Bibl: Graec: IV, 26. p. 92. male *Meerm.* ἄλλην δὲ βουσειρίτην.

8. Τὴν γὰρ ἐπὶ —] Forte τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ πάντα (ſcilicet διῆκουμένην) δ. τ. θ. τ. σ. ζώων (ἐθρήσκευσαν) τὰς δὲ κατὰ μέρος (ſcilicet δυνάμεις) δι' ὡ. ἑ. τ. θ. π. Vim quidem Dei univerſam ad res omnes pertinentem, & quacunque permanantem venerabantur in animantibus domeſticis & cicuribus &c. Reisk.

9. Ὧν ἕκαστος τ. θ. π.] Apud Euſeb: ἣν ἑκ. τ. θ. π. ἑ. Doct: Viger: totam periodum ſic vertit. *Enim vero ſic illi ſummam in res omnes Dei poteſtatem per animantes natura ſecum paſtuque coniunctas, quas deorum ſinguli declararunt, venerari ſolent.* Ego ſic reddidi, ac ſi συννόμων ſignificaret animalia, quae in ſingulis νομοῖς alebantur. quorum unumquodque deum aliquem exhibuit. ut enim una provincia leonem, alia lupum praebuit &c. ita divinae poteſtatis varietas variis harum praefecturarum animalibus repraeſentabatur. Verba ſic optime legi poſſe arbitror ἣν (h. e. δύναμιν) ἕκ. τ. θ. π. Eam potentiam quam Dii ſinguli oſtenderunt, ſub variorum animalium imaginibus venerabantur. Valent. Vulgatum bene ſe habet, ut recte *Victor:* & *Vigero* ad *Euſeb:* animadverſum. Inepte *Valent.* in textu ipſo correxerat ἕκαστον τὸν θεὸν.

10. Ὕδωρ καὶ πῦρ.] Vid. Cauſin: ad Hieroglyph. 41. L. 1. Valent.

11. Ἐν τῇ ἀνοίξει ----] Eſt eadem caeremonia, quam hodie adhuc in Aegypto uſurpant فتح الخليج appellantes, cum Nili canalem per urbem Cairum traductum aperiunt, revulſo aggere. qua de caeremonia nullus non commemorat, qui itineris ſui in Aegyptum literis conſignatam edidit expoſitionem. Reisk. Vid. Adcuratiſſimum *Shavium* Obſ: Geogr: de Syria, Aeg: &c. c. 5. Sarapis autem aeque ac Serapis, uti notum. Conf: *Vives* ad *Auguſt:* de C. D. XVIII, 5.

12. Τοῦ ὑμνῳδοῦ.] Ὑμνῳδοὶ iidem qui alias Ὠιδοὶ, de quorum munere *Clem: Alex:* Strom: VI. p. 663. Παιανιςαὶ etiam dicti, uti Παιανιςαὶ ἐν Ῥώμῃ Διὸς Ἡλίου Σαράπιδος, apud *Reineſ:* Inſcript: II, 68. hymnos in ſacris veterum frequentiſſimos fuiſſe novimus. Adi modo *Spanh:* ad *Callim:* in Iov: 1. & quales aliarum gentium ὑμνῳδοὶ *Kuhn.* ad *Poll. I*, 36.

13.

dit, & ignem praemonſtrat, quando in limine ſtans patria Aegyptiorum uoce deum excitat. Haec igitur maxime omnium uenerantur, utpote quae ſacrorum maxime participia ſunt. Poſt haec animalia omnia, immo etiam hominem in Anabe uico colunt, ubi ei quoque ſacrificia offeruntur, & in aris uictimae concremantur. Non igitur paulo poſt ea comederent, quae eodem in honore quo homo, habentur. Sicut enim ab homine, ita ab aliis quoque abſtinendum eſt. Adde quod ex praecellenti ſapientia, & conſuetudine quam cum diis habent, quibus diis

πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἀνεχῶς [13] ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ τῇ πατρίᾳ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ, ἐγείρει τὸν θεόν. ταῦτ' οὖν σέβοντες [14] τὰ μέτοχα, καὶ μάλιστα πλειόνων τούτων ἐσέφθησαν, ὡς ἐπὶ πλέον τῶν ἱερῶν μετέχοντα. μετὰ ταῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα, ἔτι καὶ [15] ἄνθρωπον σέβουσιν κατὰ Ἀναβιν κώμην, ἐν ᾗ καὶ τούτῳ θύεται, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τὰ ἱερεῖα κάεται. [16] ὃ δὴ μετ' ὀλίγον φάγοιεν, τὰ δὴ καὶ αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκεύασται· ὡς οὖν ἀνθρώπου ἀφεκτέον, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων· ἔτι δ' ἐκ περιττῆς σοφίας καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον συντροφίας κατέλα-

13. Ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.] Apud Euſeb: οὐδοῦ. ſane longe melius. Vid. Scal. in Tib: I. El. 3. Kircher: in Obeliſc: Pamphil: Interpr: p. 491. VALENT. Nihil verius: quod operarum vitium fuerat in *Editione* principe, ridicule in ſequentes fuit tranſſcriptum, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. *Meerm.* ἐνεχῶς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ. De re ipſa vid. *Cuper:* in Harpocr: p. 52. Propria autem eſt locutio ἐγείρειν τὸν θεὸν, nec ſacris etiam noſtris ignota. *Iamblich:* de Myſt: V, 23. ἀνεγείρει τοὺς θεούς. ubi vid. *Galeus. Lipſ. Cod.* dat ἐγείρῃ.

14. Τὰ μέτοχα.] Forte τὰ πάροχα, καὶ μάλιστα τα π. τ. ἐ. eas res cum colebant, tum numina colebant, a quibus eae erant profectae, tantoque illa numina magis, ut quaeque res vitae fructuoſas numero plures inveniſſent. REISK. *Euſeb:* τ. οὐ. σέβονται τ. μ. κ. μ. πλέον τ. ἐ. τὰ ὡς. —— Senſus ſatis eſt apertus, modo, uti nunc factum eſt, diſtinguatur. Colebant ea quae divinae naturae erant participia, quae cum plura eſſent, maxime venerabantur ea, quae plurimum divinae naturae ſunt participia.

15. Ἄνθρωπον σέβουσι κ. Ἀνουβιν.] Apud Euſeb: Ἀναβιν p. 94. & p. 117. Ἀναμιν. VALENT. Nec ſecus *Edit. Victor.* cuius hallucinantem typothetam temere ſecuti fuere poſteriores, qua re ego pro Ἀνουβιν reſtitui Ἀναβιν. & ſic eſt in *Lipſ.* & *Meerm. Cod.* Ἐν Ἀνναβὶ κωμῇ fieri ſcribit *Theodor:* de Ang. D. Daem. p. 516. *Min. Fel.* c. 29. *Aegyptii ſane hominem ſibi quem colant, eligunt, illum unum propitiant, illum de omnibus conſulunt, illi victimas caedunt,* ubi plura V. D. & ad *Clem:* apud *Coteler:* P. A. T. I. p. 670. Secus ſe res habebat apud Graecos, quibus non colebantur ἄνθρωποι ἀγαθοὶ, niſi poſtquam in τοὺς κρείττονας eſſent tranſſcripti. Mox male apud *Euſeb:* τούτων θύεται. idem dein melius ἐκκαίεται. κάεται tamen *Lipſ.* quoque & *Meerm.*

16. Ὃ δὴ μετ' ὀλ. φ. ——] *Euſeb:* ὃ δὲ μετ' ὀ. φάγοι ἂν τὰ ἴδια αὐτῷ ὡς ἀ. παρεσκευασμένα. Haec lectio praeferenda. locum ſic vertit interpres. *Ille vero paulo poſt ea tantum comedit, quae ſibi ex privato penu tanquam homini, parata & appoſita fuerint.* Quae habet Porph. ib. de Accipitre & Scarabaeo illuſtrant Cauſin. ad Horum

βόν τισι τῶν θεῶν προσφιλῆ τῶν ζώων τινὰ μᾶλλον ἀνθρώπων· [17] ὡς ἡλίῳ, ἱέρακα, σύμπασαν μὲν τὴν φύσιν ἐξ αἵματος ἔχοντα καὶ πνεύματος, οἰκτείροντα δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ κωκύοντα ἐπὶ νεκρῷ κειμένῳ, [18] γῆν τε ἐπαμώμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμούς, ἐν οἷς, [19] τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιςεύκασι φῶς, καὶ ζῆν μὲν ἐπὶ πλείονα ἔτη κατειληφότες, [20] μετὰ δὲ τὸν βίον, ἰσχὺν ἔχειν μαντικὴν, καὶ εἶναι λογικώτατον [21] ἀπολυθέντα τοῦ σώματος [22] καὶ προγνωςικώτατον, τελεῖν τε ἀγάλματα

diis quaenam animalia grata magis quam homines sint, deprehenderunt: ut soli accipitrem: cuius uniuersam naturam ex sanguine & spiritu constare aiunt. quemque hominis misereri, & deflere super eius cadauere, ubi aliquando in id inciderit, terramque in oculos spargere, in quibus solare lumen credunt inhabitare. Ac uiuere quidem eum in multos annos animaduerterunt: ubi uero e uita excessit, uim diuinandi obtinere, esseque cum absolutus e corpore fuerit, maxime rationalem ac futurorum praesagum. Nam & perficere deorum statuas & mouere templa asserunt. Sca-

& Kircher. in Idea Hieroglyph. VALENT. Forte κάεται ὅλα ὅσα μὴ αὐτοὶ μὲν ὀλίγα φάγοιεν. τὰ δ. κ. victimas comburunt exceptis paucis illis particulis, quas ipsi devorant sacrificantes, partim etiam deo Anubi apparatas proponunt. REISK. Ὁ μὴ μετ' ὀλίγον φάγοιεν corrigebat *Fögeroll:* ἃ δὲ μ. ὀ. φάγοιεν *Galeus* ad *Iamblich:* Myst: p. 278. qui Felicianum hunc locum pervertisse dicit. *Eusebii* lectio verior videtur, nisi quod ἴδια e vocula δὴ ortum crediderim.

17. Ἡλίῳ ἱέρακα.] *Eusеb:* ἱερὰ καὶ, quod e Nostro corrigi debet. Accipitrem Soli fuisse sacram avem supra iam vidimus. rei diversas causas Noster & alii in medium proferunt. Vid. quae disputat Amplisſ: *Cuper:* in Harpocr: p. 72.

18. Γῆν τε ἐπαμώμενον.] *Eusеb:* ἐπαμώμενα. male. sed vide ibi *Vigerum. Kuhn:* ad *Aelian:* V. H. X, 4. hinc inlustrat morem olim usitatissimum, ut pulveris aliquid mortuo iniicerent, quod sepulturae genus erat.

19. Τὸ ἡλιακὸν κατ. ——] *Aelian:* H. A. X. 14. ὁρῶσι γὰρ ἱέρακες ὀρνίθων μόνοι ἀεὶ ἐν ταῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου ῥαδίως καὶ ἀβασανιςῶς βλέποντες, καὶ δυσωπούμενοι ἥκιςα, πορείαν τε τὴν ἀκνωτάτω ἴασι, καὶ αὐτοὺς ἡ θεία φλὸξ λυπεῖ οὐδέν. nihil itaque mirum Soli Aegyptios hanc avem consecrasse, unde ἱεραβοσκοὺς Apollinis Sacerdotes memorat *Aelian:* H. A. VII, 9.

20. Μετὰ δὲ τὸν βίον ——] Quia Apollini erat sacra, vim fatidicam hinc avi tribuebant Aegyptii, quam post mortem quoque durare superstitionis licentia voluit. Lege *Diod: I,* 87. ibique *Wesseling:* & *Galeum* ad *Iamblich:* Myst: VI, 3.

21. Ἀπολυθέντα τ. σώματος.] Eodem loquendi genere ψυχὴν ἀπολύειν τοῦ σώματος infra § 10. & 18. ἀπολύειν τοῦ ζῆν, ἐκ τοῦ σώματος δεσμῶν, vel simpliciter ἀπολύειν alii dicunt. Multa hanc in rem V. D. ad iniustrandum *Luc.* Euang. II, 29.

22. Καὶ προγνωςικώτατον.] Forte προγνωςικώτατον καὶ ἐπιτηδειότατον τελεῖν τε ἀγ. & pollere vi maxima ad parva sigilla vel simulacra (vulgo apotelesmata vel طلسمان talismanes dicta) vi telestica instruendi, (h. e. ea vi, quae caecis modis, arcere a quopiam aut homine aut loco mala quaedam, aut futura praemonstrare potest) & movere templa h. e. aediculas illas, in quibus alias exposita, alias ab-

Scarabaeum autem imperitus aliquis, diuinarumque rerum ignarus contemnet, ac deteſtabitur: At Aegyptii tanquam animatam Solis imaginem uenerantur: Scarabaeus enim maſculi tantum ſexus cum ſit, ſemen in ſimum emittit, atque id cum in globum redegerit, poſterioribus pedibus conuoluit, non ſecus ac ſol coelum, & octo & uiginti dierum circuitum admittit, qui lunaris eſt. Simili modo de ariete, de crocodilo item, de uulture & ibi, atque omnino de ſingulis quibusque animalibus philoſophantur: ut ex prudentia ac diuina ſapientia ad uenerationem & cultum caeterorum etiam animalium proceſſerint. At imperitus ne illud quidem animaduertit, quo pacto iſti non communem hominum

τα [23] καὶ ναοὺς κινεῖν. [24] κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς βδελυχθείη ἂν, ἀγνώμων ὑπάρχων τῶν θείων. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον. [25] κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄρρην, καὶ ἀφιεὶς τὸν βορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσὶν, ὡς ἥλιος οὐρανόν. καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν. οὕτως δὲ καὶ περὶ κριοῦ τι φιλοσοφοῦσιν, καὶ ἄλλό τι περὶ κροκοδείλου, περί τε γυπὸς, [26] καὶ ἴβεως καὶ ὅλως καθ' ἕκαστον τῶν ζώων· ὥσπερ ἐκ φρονήσεως, καὶ τῆς ἄγαν θεοσοφίας, ἐπὶ τὸ σέβας ἐλθεῖν καὶ τῶν ζώων. ἀμαθὴς δὲ ἄνθρωπος οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ὑπώπτευσεν, [27] ὅπως οὐ τῇ κοι-

abſcondita ſunt ſita deorum ſimulacra animata vi fatidica. REISK.

23. Καὶ ναοὺς κινεῖν.] Poſſet quis κοσμεῖν. ſolebant accipitris roſtro & homines, & templorum veſtibula ornari, de quo more Cel. *Weſſeling:* ad *Diod: I*, 87. ſed nihil tento.

24. Κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς.] Et hic quoque locus poſt eum citatur. prima varietas eſt in primo verbo, generandi enim caſu illic legitur κανθάρου. perperam tamen. nam ſcriptus etiam manu Euſeb: liber eodem caſu quo Porph: id verbum habet. quod ad hiſtoriam pertinet & hunc abſurdum morem Aegyptiorum, id quoque a Plin: memoriae proditum eſt XXX, 11. quod traditur hic a Porp: excogitatum eſſe ab Appione affirmat, ad excuſandos gentis ſuae ritus. ipſe enim hoc quoque ab eadem ipſorum ſtultitia profectum putat, qua huiuscemodi multae ſuperſtitiones in animis ipſorum vigebant. quod etiam hic eſt εἰκοσιοκτὼ illinc abeſt, quare exiſtimari poteſt ſcholion eſſe. itemque infra in hoc diſcrepat, quod illic ὡς ἐκ φρονήσεως ſcriptum eſt. VICTORIUS.

Κάνθαρος &c.] Id quod Noſter, multi ſignificant, Plutarch: & alii. V. *Iablonsk:* Panth: Aeg: IV, 2, 21. de voce τέλμα *Suid:* & *Toll:* ad *Longin: IX.* p. 68.

26. Καὶ ἴβεως.] Pro ἴβεως repoſui ἴβεως. VALENT. Recte. & ſic *Cod. Lipſ.* atque *Meerm.* ideoque ineptum illud ἴβεως textum, quem vocant, diutius occupare non debuit. beneficam hanc avem multi deſcribunt. Vid. *Weſſeling:* ad *Diod: I*, 87. Daemoni Θεῦθ ab Aegyptiis fuiſſe dicatam ſcribit *Plato* Phaedr: p. 1240. A. Lunae effigies fuit, ut *Plut:* T. II. p. 381. & *Clem: Alex:* Strom: V. p. 567. volunt. Mox praefero *Euſeb:* ὡς, niſi ὥστε fuerit.

27. Ὅπως οὐ τῇ κοινῇ φορᾷ —] Forte οὗτοι. ne id ipſum vel ſuſpicatur modo hos ipſos Aegyptios, primitus communi erroris impetu abreptos — erraviſſe. verum ſuperata vulgi ſtultitia tandem ea coepiſſe devenerari, quae

κοινῇ Φορᾷ καὶ μηδὲν γιγνωσκούσῃ παρῃνέχθησαν δηλονότι καὶ αὐτοὶ δι' ἀμαθίας ὁδεύσαντες, ὑπερβάντες δὲ τὴν τῶν πολλῶν [28] ἄγνοιαν, ἣ πρώτῃ πᾶς ἐντυγχάνει, τὰ τοῖς πολλοῖς οὐδενὸς ἄξια αὐτοὶ εἰς σέβας κατηξίωσαν.

§ 10. Προγέγονε δ' αὐτοῖς οὐχ ἧττον τῶν εἰρημένων, κἀκεῖνο εἰς πίσιν τοῦ σεβάσματος [1] καὶ τὰ ζῶα· τὴν γὰρ ψυχὴν ἀπολυθεῖσαν τοῦ σώματος κατέλαβον [2] παντὸς ζώου λογικήν τε οὖσαν, καὶ [3] προγνωσικὴν τοῦ μέλλοντος, καὶ [4] χρηματισικὴν, δρασικήν τε πάντων, ὧν καὶ [5] ἄνθρωπος ἀπολυθείς. διὸ εἰκότως ἐτίμησαν, καὶ, ὡς οἷοντέ ἐσιν, ἀπέσχοντο αὐτῶν.

num fluxum qui nihil cognoscit, sequuti in uiam stultitiae etiam ipsi aberrarint: sed uulgi ignorantia in quam unusquisque primum incidit, superata, quae plerisque in nulla erant existimatione, ea ipsi digna esse censuerint, quibus cultus diuinus exhiberetur.

§ 10. Accedit quod ad cultum hunc animalium illud quoque non minus quam caetera quae dicta superius sunt, ipsos inducebat: quod uniuscuiusque animalis animam ubi a corpore fuisset absoluta, & rationalem esse perspexerant, & futuri praescium & uaticinatricem, effectricemque omnium, quae etiam homo liber a corpore praestare posset. Vnde merito ea in honore habuerunt, ab ipsorumque esu quatenus

fie-

quae plerisque contemnenda & ridenda videantur. REISK. De κοινῇ Φορᾷ vide ad L. II, 40.

28. Ἀγνείαν.] Pro ἀγνείαν reposui ἄγνοιαν. VALENT. Verissime. nec secus interpres, & *Cod. Lips.* ac *Meerm.* merito ergo possessionem amissam recuperat. Videtur autem legendum πρῶτῃ, quod dedi, cum nulla sic Auctori vis fieret, antea legebatur πρῶτη, unde possis etiam ᾗ πρώτῃ πᾶσι ἐντυγχάνει, vel ᾗ πρῶτα πᾶς ἐντ. Illis quae statim sequuntur εἰς σέβας κατηξίωσαν, *Wetsten:* confert *Luc.* in Euang. XX, 35.

1. Καὶ τὰ ζῶα.] Loco καὶ aut πρὸς aut εἰς cum interprete legendum est. Vel τοῦ σεβασμάτος ἐς καὶ τὰ ζῶα. religionis etiam erga animantia. quod etiam respectum habet ad alia, in quibus religio Aegyptiaca colendis versabatur. REISK. Vel τῶν ζώων, uti paullo ante ἐπὶ τὸ σέβας ἐλθεῖν καὶ τῶν ζώων. vel εἰς, quod insertum erat a *Valent.* quia statim praecesserat, excidit. Paullo ante recte Interpres legebat προσγέγονε.

2. Παντὸς ζώου λογικήν &c.] Vid. *Kircher:* Ide: Hierogl: p. 312. VALENT.

3. Προγνωσικὴν τοῦ μέλλοντος.] Locus est saniissimus, cui frustra stellulam praefixerat *Cantabr. Edit. Maximo Tyr. I*, 5. sic dicitur γνωρισικὸς τοῦ μέλλοντος, quo cum hoc Malchi contendit *Ierem. Markland.* Plenius itaque dicitur, quam supra § 9. & alibi.

4. Χρηματισικὴν.] Nescio an de voce adeo nota dici quid debeat. Est proprie χρηματίζειν *rem agere*, maxime publicam, unde illis tribuitur qui legatis responsa dant, & sic publicum negotium agunt, atque inde est divinitus declarare, oraculo aperire. bene ergo ad vaticinandi vim transfertur hoc in loco. Mox *Meerm.* ἐτίμησαν ὡς, omisso καὶ.

5. Ἄνθρωπος ἀπολυθείς.] Vide ad § 9.

6.

ſieri poterat, abſtinuerunt. Cum multae autem aliae cauſae ſint, cur per animalia Aegyptii deos coluerint, quia tamen longior euaſura eſſet oratio, ſi omnes recenſendae eſſent, quam ut propoſitae rei conuenire uideretur, haec in praeſentia ſufficiant. Illud tamen praetermittendum non eſt: cum nobilium cadauera condiunt, detractum ſeparatim uentrem in arca imponunt, atque una cum aliis quae pro intelligibili: eius parte agunt, arca ad ſolem producta ab uno pro eo qui conditur, proteſtante oratio habetur: quam ex patria lingua Euphantus in hunc modum interpretatus eſt: o domine ſol, & dii omnes qui uitam hominibus tradidiſtis, me ſuſcipite, atque in aeternorum deorum cohabi-

τῶν. πολλοῦ δὲ ὄντος λόγου δι' ἣν αἰτίαν διὰ τῶν ζώων οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς θεοὺς ἐσέφθησαν, καὶ μείζονος τῆς παρούσης πραγματείας, ἀρκεῖ τὰ δεδηλωμένα περὶ αὐτῶν. ἐκεῖνο μέντοι οὐ παραπεμπτέον, ὅτι τοὺς ἀποθανόντας τῶν εὖ γεγονότων [6] ὅταν ταριχεύωσιν, ἰδίᾳ [7] τὴν κοιλίαν ἐξελόντες, καὶ εἰς κιβωτὸν ἐνθέντες, μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν διαπράττονται ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν κιβωτὸν κρατοῦντες πρὸς τὸν ἥλιον μαρτύρονται, ἑνὸς τῶν ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ποιουμένου λόγον τῶν ταριχευτῶν. ἔξι δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν [8] ἑρμήνευσεν Εὔφαντος ἐκ τῆς πατρίου διαλέκτου, τοιοῦτος. [9] Ὦ δέσποτα ἥλιε, καὶ θεοὶ πάντες, οἱ τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέ-

T t ξα-

6. Ὅταν ταριχεύωσιν.] Notiſſimi ſunt Aegyptiorum ταριχευταὶ & corporum conditio, ex ipſis etiam ſacris literis. Mos adeo frequens, ut ſacra quoque animalia ſuos ταριχευτῆρας haberent: hinc *Mumiae*, ut vocantur, quas noſtrae ſuperiorisque aetatis medici diligentiſſime examinarunt, & quae curandi condiendique ratio fuerit explicuerunt. V. *Weſſeling:* ad *Diod: I*, 91. & ad *Herodot: II*, 86.

7. Τὴν κοιλίαν ἐξελόντες.] *Plut:* T. II. p. 996. E. ὥσπερ Αἰγύπτιοι τῶν νεκρῶν τὴν κοιλίαν ἐξελόντες, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀνασχίζοντες ἐκβάλλουσιν, ὡς αἰτίαν ἁπάντων ὧν ἄνθρωπος ἥμαρτεν. Et de iisdem p. 159. B. Οἱ τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ, εἶτ' αὐτὰ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον. τοῦ δὲ ἄλλου σώματος ἤδη καθαροῦ γεγονότος ἐπιμέλονται.

8. Ἑρμήνευσεν Εὔφαντος.] Vide de illo *Fabric:* Bibl: Graec: L. II. c. 13. cui idem eſſe videtur cum Ecphanto, cuius in catalogo Pythagoreorum meminit *Iamblich:* in Vit. Pyth. 36.

9. Ὦ δέσποτα ἥλιε.] Morem, ut pollinctorum unus Deos ſollemni formula rogaret, magnificisque laudibus defunctum praedicaret, ex hoc etiam loco pulcre adſtruit Vir Clar. ad *Diod: I*, 92. Cum vero δεσπότης proprie ſit, qui ſummo abſolutoque inperio utitur, nihil mirum titulo hoc deos, uti deas δεσποίνας dicebant, fuiſſe ornatos. Vide *Interpr.* ad *Luc.* A. A. IV, 24. Latinis *Domini* dicuntur centies. Noſtra hac formula ὦ δέσποτα ἥλιε utitur quoque *Heliod. X.* p. 518. ἥλιε δέσποτα καὶ πῦρ ἱερὸν *Sophocl.* in Polyx. apud *Grot.* in Exc. 139. Alia lege apud *Weſ-*

ξασθέ με, καὶ παράδοτε τοῖς [10] ἀϊδίοις θεοῖς σύνοικον. ἐγὼ γὰρ τοὺς θεοὺς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν, ὅσον χρόνον ἐν τῷ [11] ἐκείνῳ αἰῶνι τὸν βίον εἶχον, τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας ἐτίμων ἀεί· τῶντε ἄλλων ἀνθρώπων οὔτε ἀπέκτεινα, οὔτε [12] παρακαταθήκην ἀπεξέρησα, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεσον διεπραξάμην. εἰ δέ τι ἄρα κατὰ τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἥμαρτον, ἢ φαγὼν, ἢ πιὼν, ὧν μὴ θεμιτὸν ἦν, οὐ δι' ἐμαυτὸν ἥμαρτον, ἀλλὰ διὰ ταῦτα, δείξας τὴν κιβωτὸν, ἐν ᾗ ἡ γαζὴρ ἦν. καὶ ταῦτα εἰ-

bitationem traducite. ego enim deos quos a parentibus colendos accepi, pietate ſemper proſequutus ſum, quamdiu eo in aeuo uitam traduxi: ſemperque eos honoraui, qui corpus meum procrearunt. ex aliis uero neque interfeci quempiam, neque depoſito defraudaui, neque alio quopiam pernicioſo malo affeci. Si quid uero in uita mea uel comedendo, uel bibendo ex iis quae fas non erat, peccaui, id non per me ſed per haec peccaui, ſimul arca in qua uenter erat commonſtrata: atque haec cum dixiſſet ille arcam in fluuium proiiciebat. tum reliquum corpus ut-

Weſſeling: ad *Herod:* L. I. p. 100. Inſunt huic ſermoni multa de Diis colendis, parentibus honorandis &c. quae Decalogi Tabulam & Noachidarum praecepta, quae vocant, ſpectaſſe videntur. Alia etiam notatu digna, adſeritur animae inmortalitas, ſol animas accipere dicitur, mentio fit ἐκείνου αἰῶνος, quae omnia ex Hebraeorum antiquitatibus multa luce circumfundit *S. Le Moyne* Diſſ. in *Ierem. XXIII*, 6. non tamen ubivis aeque ſolidus, quam ingenioſus. Illa οἱ τὴν ζ. τ. ἀ. ἔοντες deſunt *Lipſ. Cod.* & pro προσδέξασθε *Meerm.* προσδεξασθαι. ſed ε & αι paſſim ille confundit.

10. Ἀϊδίοις θεοῖς.] An ergo falſus Herodot: & multi alii, qui tradunt, voluiſſe Aegyptios animos hominum in beſtias migrare? Dicemusne docuiſſe illos animam e ſede ſua delapſam aliquamdiu per homines & animalia tranſire, donec in priſtinum locum redeant? quae eſt opinio Cel. *Iablonski* Panth. I, 2, 3. an potius Theologiam Aegyptiacam haud eamdem per totum regnum fuiſſe, eos ſacerdotes quos *Herod:* adiit, circuitus per varia corpora finxiſſe, alios bonorum mentes in Deorum ſtatim concilium admiſiſſe? quam ſententiam ornat Praeſtant. *Moshem:* ad *Cudw:* Syſt. T. I. p. 366. Potuit etiam lapſu temporis eorum Theologia hac parte eſſe inmutata. Diſtingui denique poteſt cum vetuſtiſſimis Philoſophis animus aethereus, rationis particeps, & ſpiritus corporeus, ſeu animus ſentiens, quorum ille non hic, in homines ac beſtias migrabat. qua obſervatione difficultatem tolli poſſe advertit Vir Eximius ibid. p. 1042. mihi hic operoſo eſſe haud licet. Mox τοὺς & οὓς non habet *Lipſ.*

11. Ἐκείνῳ αἰῶνι.] Monui iam haec ex Hebraeis antiquitatibus inluſtrari, qui αἰῶνα ἐκεῖνον opponunt αἰῶνι τούτῳ. Id paſſim ab *Interpr.* ad *Matth. XII*, 22. *Luc. XX*, 35. &c. adverti ſolet. Vide quoque *Huet:* ad *Origen:* in Matth. p. 497. Pro ἐκείνῳ *Lipſ.* & *Meerm.* ἐκείνων.

12. Παρακαταθήκην ἀπες.] Ἀποξερεῖν eſt *quocunque modo defraudare ac circumſcribere aliquem.* ſungitur hinc cum ἁρπάζειν. ſupra § 3. voci κλέπτειν, uti in Euang. *Marc. X*, 19. & *Xenoph.* de Lac. Rep. p. 685. B. ἀποξερηται & κλέπται *Plat.* de Rep. p. 583. A. Speciatim dicitur de illis qui depoſitum negant. Ipſa hac locutione *Plat.* Rep. IV. p.

utpote purum condiebant. Atque ita excuſatione ſibi opus eſſe apud deos exiſtimabant pro iis quae comederant aut biberant, ac propterea uentrem manifeſta hac contumelia afficiendum cenſebant.

§ 11. At uero Iudaei, antequam ab Antiocho prius inſtituta eorum labefactata fuiſſent, poſtea a Romanis propemodum deleta, quando templum in Hieroſolymis captum & conculcatum ab omnibus fuit, quibus erat inacceſſum, & urbs penitus euerſa: a multorum aliorum animalium eſu abſtinebant, ſed praecipue, quod ad hunc etiam usque diem ſeruant, a ſuillis carnibus: ac tres philoſophantium apud eos ſectae habebantur: una Phariſaeorum, altera Sadducaeorum, Eſſaeorum tertia, quae uenerabilis maxime omnium eſſe uide-

εἰπὼν, [13] εἰς τὸν ποταμὸν ἀφίησι. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὡς καθαρὸν, ταριχεύει. οὕτως ἀπολογίας δεῖσθαι ᾠήθησαν πρὸς τὸ θεῖον ὑπὲρ ὧν ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ διὰ ταῦτα [14] ὑβρίσαι.

§ 11. Τῶν δὲ γινωσκομένων ἡμῖν Ἰουδαῖοι, πρὶν [1] ὑπ' Ἀντιόχου τὸ πρότερον τὰ ἀνήκεστα παθεῖν εἰς τὰ νόμιμα τὰ ἑαυτῶν, ὑπό τε Ῥωμαίων ὕστερον, ὅτε καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἑάλω, καὶ πᾶσι βατὸν γέγονεν, οἷς ἄβατον ἦν, αὐτή τε ἡ πόλις διεφθάρη, διετέλουν πολλῶν μὲν ἀπεχόμενοι ζώων, ἰδίως δὲ ἔτι καὶ νῦν τῶν χοιρίων. τῶν τε παρ' αὐτοῖς φιλοσοφιῶν [2] τριτταὶ ἰδέαι ἦσαν, καὶ τῆς μὲν προῖζαντο Φαρισαῖοι, τῆς δὲ Σαδδουκαῖοι, τῆς δὲ τρίτης, ἣ καὶ ἐδόκει [3] σεμνοτάτη

Tt 2 εἶ-

p. 646. D. εἰ δοκεῖ παρακαταθήκην ἀποσερῆσαι. Voce παρακαταθήκη frequenter uſos fuiſſe Atticos, cum alii dicerent παραθήκην, ſaepe monuerunt V. D. Colligas hinc furtum apud Aegyptios non fuiſſe licitum, quia in re diſſentiunt. V. *Marsh.* Can. Sec. IX. Sed diſtinctione forte aliqua tolli poteſt controverſia. ἀνθρώπων non eſt in *Lipſ. Cod.* & dein *Meerm.* ἑαυτοῦ βίον ἥμαρτον.

13. Εἰς τὸν ποταμὸν ἀφ.] Moris huius veſtigia etiam apud Iudaeos inveniuntur. Vide quae ex eorum magiſtris hanc in rem diſputat *Le Moyne* l. laud. p. 246. non ventrem per quem peccarant, ſed peccata ipſa in profundiſſimum maris Deus proiicit apud *Michaam VII*, 19. Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά. *Eurip:* in Iphig. 1193.

14. Ὑβρίσαι.] Bene habet, aptum enim eſt ex ᾠήθησαν. exiſtimabant quidquid vivi petulantius egiſſent, id peccaſſe incitatos & ſtimulatos ab alimentis. Reisk. Optime. *Lugd.* & *Cantabr. Edd.* temere correxerant ὑβρίσαν. ὑβρίζειν hac in re proprium. *Aelian: V. H. I*, 9. Καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὑβριζον. hinc Graeci σώφρονα & ὑβριστὴν opponunt. V. *Periz.* ad *Eumd. IV*, 15.

1. Ὑπ' Ἀντιόχου.] De Epiphane e *Ioſ. Diod. Sic.* Ecl. l. L. XXXIV, aliisque omnia nota ſunt. quo modo autem tyrannorum minae Iudaeos abſterrere non potuerint ab exacta rituum obſervatione, pulcre oſtendit *Bochart.* Hieroz. II, 57.

2. Τριτταὶ ἰδέαι ἦσαν &c.] Id *Ioſeph:* dicit τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἰσὶν φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν αἱρετισαὶ Φαρισαῖοι, τοῦ δὲ Σαδδουκαῖοι, τρίτον δὲ ὁ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν Ἐσσηνοὶ καλοῦνται. de B. I. II. 82. *Idem* Ant. XVIII, 1, 2. Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν &c.

3. Σεμνοτάτη — Ἐσσαῖοι.] Qui alils etiam Ἐσ-

εἶναι, Ἐσσαῖοι. οἱ οὖν τρίτοι τοιοῦτο ἐποιοῦντο τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ἰώσηπος τῶν πραγματειῶν ἀνέγραψεν, 4 καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς 5 Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας, ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ 6 πρὸς τοὺς Ἕλληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. 7 εἰσὶ τοίνυν οἱ Ἐσσαῖοι, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος, φιλάλληλοι δὲ, καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τοῖς πάθεσιν μὴ ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμου μὲν παρ' αὐτοῖς ὑπεροψία, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας

debatur. Tertii hi uitam in hunc modum ducebant, ut diuerſis in libris Ioſephus teſtatur. Nam & in ſecundo Iudaicae hiſtoriae, quam ſeptem libris abſoluit, & in decimo octavo Antiquitatum quas uiginti libris perſequutus eſt, & in ſecundo adverſus Graecos, duo autem libri hi ſunt, mentionem de his facit. Sunt igitur Eſſaei Iudaei genere, qui mutuo amore amplius quam caeteri ſe proſequuntur. ii uoluptates tanquam uitium auerſantur, continentiam uero & affectibus non ſuccumbere uirtutem eſſe exiſtimant. Coniugium quidem ipſi non admittunt, ſed alienos liberos tenellos adhuc ad diſciplinas excipientes cognatos ſuos

Ἐσσηνοὶ. Vid. *Spanh:* ad *Ioſeph:* Ant. XV, 10, 5. nihil mirum eos multum laudari a Noſtro, nam, ut ibi *Ioſeph:* γένος ἐξὶ διαίτῃ χρώμενον τῇ παρ' Ἕλλησιν ὑπὸ Πυθαγόρου κατεδεδειγμένῃ. ut Sadducaei cum Epicureis componi ſolent, & Phariſaei proxime ad ſectam Stoicorum accedebant, vide *Ioſeph:* de vita ſua c. 2. Illis multa cum Pythagoraeis fuiſſe communia data opera a Viris Doctis conmonſtratum eſt. Quod vero praeter alios *Grotius* putabat, Pythagoram horum principia adoptaſſe, a vero videtur alienum, cum poſt exſilium Babylonicum illa ſecta demum nata videatur: illi ergo ab hoc, non hic ab illis accipere potuit. Sed haec alii ſatis ſuperque egerunt. V. *Fabric:* Bibl: Graec: II, 12. 2. & *Brucker:* Hiſt: Phil: T. II. p. 759. De Eſſaeis multa quae Noſtro conveniunt *Philo* in L. Quod omn. prob. liber ſit, & de Vit. Contempl. atque ex illo *Euſeb:* P. E. VIII, 379. Diſſident quidem in nonnullis capitibus *Philo* & *Ioſeph:* verum id mirabitur nemo, qui expenderit ea, quae ad L. II. § 26. fuerunt obſervata.

4. Καὶ γὰρ ἐν τῷ.] Pendet haec ſententia. poſtulat ἐμέμνητο αὐτῶν vel tale quid. Reisk.

5. Ἰουδαικῆς ἱστορίας.] Libri illi Ioſephi variis nominibus dicuntur. *Euſeb:* etiam vocat τῶν ἱερειῶν, Ioſeph: ipſe τῶν Ἰουδαικῶν πολέμων, vel Ἰουδαικῆς πραγματείας Conf. V. D. ad *Ioſeph:* Proem: L. I.

6. Πρὸς τοὺς Ἕλλ.] Qui *Ioſeph:* vocantur κατ' Ἀπίωνος. V. *Comment:* ad L. I, 1.

7. Εἰσὶ τοίνυν οἱ Ἐσσαῖοι &c.] LXXIII qui ſequuntur verſ. adducuntur ab Euſeb: L. IX. Varietates ſcripturae, quae plures apud eum ſunt, adnotabo. γάμου μ. ἀ. ὑπεροψ. ſine praepoſ. παρὰ legitur in excuſo, mendoſe tamen, ni fallor. ſcriptus namque idem in hoc non diſcrepat a lectione auctoris. infra κη-

ſuos eſſe cenſent, ac moribus ſuis informant. atque id faciunt, non ut in nuptias, & ſucceſſionem ſui in poſterum tollant, ſed ut mulierum petulantias euitent. Diuitiarum ſunt contemptores mirabilisque apud ipſos communicatio bonorum eſt. neque uidere inter ipſos quempiam eſt qui diuitiarum poſſeſſione excellat: quippe cum lex eiusmodi ipſis ſit, ut qui in collegium id ingrediatur, facultates ſuas in publicum ei proſcribat. atque ita fit, ut in omnibus ipſis neque paupertatis hu-

δας ἐκλαμβάνοντες, ἀπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσιν. τὸν μὲν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι. καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνικὸν, οὐδ' ἐξὶν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα, [8] νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν· ὥςε ἐν ἅπασι μήτε πενίας

Tt 3 τα-

κηλίδα δὲ adiuncta coniungendi particula, & ἀλειφθῇ. non multo poſt ἥκουσιν αἱρετιςαῖς, & ſeq. verſ. εἰσίασιν ὥσπερ συνήθεις. dein τῆς μεταδόσεως ἀκολύτως. ἡ μετάληψις. duobus verbis inmutatis. quod ad poſteriorem pertinet inmutationem, puto id culpa librarii commiſſum. nam ſcriptus ille non diſcedit a lectione Porph. In primo ſeq. pag. ἐπιμελητῶν ἀφεῖνται, ſine verbo indefinito tempore poſito. in tertio σκεπάσμασιν οὕτω pro, ut eſt apud auctorem σκέπασι λινοῖς. in quarto diſcrimine non variante ſententia ἐν ᾧ μηδενὶ. nec multo poſt κατεσθέντων. in ſeq. v. προκατάρχεται. quod manifeſte mendoſum eſt, & refellitur a ſcripto Euſ. exemplari. in nono ἀριςοποιησάμενος δ' ἐπεύχεται μᾶλλον. quod item falſum puto. nam quod pertinet ad extremum verbum, πάλιν quoque legitur in eodem mſſ. initio XI. δειπνοῦσι δ' ὑποςρέψαντες. in XX. ἦθος δοκιμάζεται. quod placet. Tertio ab hoc v. καὶ συναδικεῖσθαι δικαίοις, quod improbo, quamvis in ſcripto exemplari eodem pacto legatur. dein ψευδομένους ἀποβάλλεσθαι. nec tamen, quod eſt apud auctorem, puto repudiandum, capitur enim quoque id verbum hoc intellectu, ut valeat odio perſequi. Plut. de Iſ. οὐχ ἥκιςα δὲ καὶ τὸν ἰχθῦν ἀπὸ ταύτης προβάλλονται τῆς αἰτίας, καὶ τὸ μισεῖν ἰχθῦς γράφουσιν. XXXV. ἀνέλαβον ἱκανὴν. XXXVIII. ὡς μὴ ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ θεοῦ. quod verum iudico. verbum vero quod praecedit haec apud eum corruptum eſt. ita enim legi debet unitatis numero dandique caſu, non θοιματίων. XL. ἐκ δὲ τῆς ἀσκήσεως. ſeq. V. λογιζόμενοι. quod manifeſto corruptum eſt. eius vero verbi in ſcripto illo veſtigium nullum. in ſeq. ὀργάνων, ἵν' ἧ βλασφημήσωσι, adverbio adiuncto. In quart. v. ſeq. pag. & extremo poſiti illic exempli, σπανίον δὲ εἰ ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀςοχοῦσιν. abeſt tamen particula εἰ ab *Euſeb:* illo ſcripto. VICTORIUS. Hinc ad § 14. verbatim fere tranſſcripta ſunt omnia ex Ioſepho. Emendationes autem quae in iſto occurrunt intervallo pleraeque Ioſephi ipſius cod. authoritate nituntur. VALENT. *Ioſeph:* B. Iud. II, 8. ubi conferri debent notae V. D. nullam eius rationem habitam a *Victorio* mireris. E Noſtro hauſit *Euſeb:* P. E. IX. p. 404. ſed qui Ioſephi oblitus videtur, cum p. 407. D. ſcribit ταύτα μὲν ὁ Πορφύριος ἐκ παλαιῶν ὡς εἰκὸς ἀναγνωσμάτων —— ἐμαρτύρησεν. Quaedam etiam habet *Suid.* in Ἐσσαῖοι. Statim & *Ioſeph:* & *Euſeb:* καὶ τὸ πάθεσιν, quod merito praeferebat *Reiskius.* male dein *Meerm.* ὑπεροψίαν.

8. Νόμος γὰρ &c.] Multum de ſtatu hoc & communione bonorum diſputant iuris interpretes. Bene *Grot:* Iur. B. & P. II, 2. id fieri potuiſſet, ſi in magna aliqua ſimplicitate perſtitiſſent homines, aut eximia quadam

ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήτε ὑπεροχὴν πλούτου, τῶν δ' ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων, μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. κηλῖδα ὑπολάμβανουσιν τοὔλαιον, 9 κἂν ἀλειφῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. 10 τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται, 11 λευχειμονεῖν τε διὰ παντός. χειροτονητοὶ δὲ 12 τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ, καὶ 13 ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι. 14 μία δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοι-

humilitas, neque diuitiarum excellentia ulla conſpiciatur: ſed ex ſingulorum poſſeſſionibus commixtis una cunctis perinde ac fratribus facultas ſuppetat. Oleum maculam corporibus eſſe opinabantur: etiam ſi inuitus quiſpiam unctione eius corpus abſtergeret. Squalere enim pulcrum apud ipſos cenſebatur: indumentaque alba ſemper geſtare praeclarum habebatur. Communium rerum procuratores ab omnibus indiſtincte ſinguli creantur, prout uſus requiſiuerit. Ciuitas ipſis una non eſt: ſed in unaquaque mul-

dam caritate inter ſe vixiſſent. Tales autem Eſſeni, Pythagoraei, veteres Chriſtiani, & hodie etiam multi. Vide *Holſten:* ad Noſtr. Vit. Pyth. 20. pro τάγματι *Meerm.* πράγματι. inepte.

9. Κἂν ἀλειφῇ.] Ἀλιφῇ *Ioſeph:* ἀλειφθῇ *Euſeb:* Utrum hoc eligas, an illud, eiecum non interduim. ſed male *Meerm.* τούλεμον pro τοὔλαιον.

10. Τὸ γὰρ αὐχμεῖν —] Cum ab Eſſenis illis, Iudaeorum aſcetis, monachorum Chriſtianorum originem aliqui arceſſant, nihil mirum eſt, huiusmodi quoque ſordes illos olim adfectaſſe, quae res nec dum in deſuetudinem abiit. Vide hac de re *Salmaſ:* ad *Tertull:* Pall: p. 68.

11. Λευχειμονεῖν τε.] De Therapeutis diſputatur, Gentilesne fuerint, Iudaei (quod vero proximum eſt) an Chriſtiani ex Alexandrinis Iudaeis facti. certe vitam aſceticam, nec multum ab Eſſenis diverſam agebant. adſcribam ideoque *Philonis* locum idem eadem voce dicentis. De Vit. Contempl. p. 695. D. ἐπειδὰν οὖν συνέλθωσι λευχειμονοῦντες φαιδροὶ.

12. Τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ.] Οἱ ἐπιμελ. *Euſeb:* Intelliguntur *quaeſtores*, de quibus eodem modo *Philo* apud *Euſeb:* P. E. p. 380. A. ἐκ δὴ τῶν οὕτως διαφερόντων ἕκαστοι τὸν μισθὸν λαβόντες ἐπὶ διδόναι τῷ χειροτονηθέντι ταμίᾳ. λαβὼν δ' ἐκεῖνος αὐτίκα τεπιτήδεια ὠνεῖται, καὶ παρέχει τροφὰς ἀφθόνους, καὶ τ' ἄλλα ὧν ὁ ἀνθρώπινος βίος χρειώδης.

13. Ἀδιαίρετοι πρὸς —] Quid ſibi haec velint explicat ad *Euſeb: Viger:* cum quo tamen τὸ εἰς expungendum haud putem. Blandiri quidem poſſet αἱρετοὶ, quod eſt in *Ioſeph. Cod. Lugd. Bat.* ſed contra tot aliorum conſenſum nihil movendum. πρὸς conſtrui poteſt cum χειροτονητοὶ. dicit quippe communibus ſuffragiis fuiſſe creatos quaeſtores.

14. Μία δὲ — ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι.] Ita recte Noſter & ex illo *Euſeb:* κατοικοῦσι *Ioſeph:* ſed apud eum quoque ſic reſcribi velim. differunt illa vocabula, ac μετοικεῖν proprie de incolis dicitur qui iure civitatis non gaudent, & hinc de illis adhibetur, qui per aliquod tempus in urbe quapiam habitant, poſtea alio migraturi. Vid. *Plat.* Leg. VIII. p. 919. E. Hac obſervatione tolli poſſe reor graviſſimam controverſiam quae Eruditos exerceat, quo modo *Ioſeph:* in concordiam redigi poſſit cum *Philone*, cui in Lib. Q. O. P. L. p. 678. Eſſeni κωμηδὸν οἰκοῦσι, τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι. Fixum quippe domicilium in una aliqua urbe non habebant, ſed in agris habitare malebant, vel ſic tamen, cum res ita ferrent, per aliquod tempus in urbibus commorari & peregrinari ſolebant.

15.

multi ex ipſis ſimul degunt: apud quos aliunde aduenientibus modo eiusdem ſectae homines ſint, omnibus aditus patet. Quique primum ipſos intuiti fuerint, perinde ac familiares agnoſcunt. Vnde quotiescunque peregrinantur, nihil ſumptuum uidelicet cauſa ſecum afferre conſueuerunt. Nunquam neque calceos, neque indumenta permutant, niſi uel dirupta penitus, uel uetuſtate fuerint conſumpta. Neque emunt, neque uendunt quicquam: ſed unusquisque datis iis quae apud ſe ſunt, indigenti, ab eo contra quae uſui ſibi futura ſint, recipit. Quin etiam ſine ulla huiuscemodi retributione quae opus ſunt, a quibuscunque uoluerint, accipere licet.

§ 12. Erga numen ſane peculiari quodam modo pietatem exercent. prius enim quam oriatur ſol, profanum nihil loquuntur, ſed patrias quasdam preces, quatοικοῦσι πολλοὶ, καὶ τοῖς ἑτέρωθεν [15] ἥκουσιν αἱρεσιώταις ἀναπέπταται τὰ παρ' ἀλλήλοισιν, καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες, [16] ἴσασιν ὥσπερ συνήθεις. διὸ οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἀναλωμάτων ἕνεκα. οὔτε δὲ ἐσθῆτα, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσιν, πρὶν διαῤῥαγῆναι πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. οὐδ' ἀγοράζουσί τι, οὐδὲ πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρήζοντι διδοὺς ἕκαστος τὸ παρ' ἑαυτῷ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς, παρ' ὧν ἂν θέλωσιν.

§ 12. Πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας [1] εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥς-

15. Ἥκουσιν αἱρεσιώταις.] Apud *Ioſeph:* minus recte legi αἱρεταῖς, probari, autem poſſe noſtrum αἱρεσιώταις ad *Euſeb:* notat *Viger.* ibi nunc editur αἱρετιςαῖς, & ſic legebat iam *Victor:* ſed *Codd.* admodum variant. Ea certe voce e *Ioſepho* bis utitur Noſter § 13.

16. Ἴσασιν ὥσπερ συνήθεις.] *Euſeb:* εἰσίασιν, quod probat *Viger:* ſi mutetur in ἐξίασιν. Ego nihil demutem, & ibi quoque ἴσασιν fuiſſe putem paene. Εἰσίασιν quidem eſt apud *Ioſeph:* ſed ab illo deflectit hic paululum, nam ibi etiam eſt αὐτοῖς pro Noſtri ἀλλήλοισι, pro quo ἀλλήλοις melius *Euſeb:* ſuntque ibi plura, quae hic non leguntur. Videtur ergo *Porphyr:* & ex illo *Pamphil:* ſenſum tantum expreſſiſſe. certe in vulgatum omnes conſpirant *Codd.* quare neſcio, unde hauſerit *Hudſ:* quod apud Noſtrum εἰσίασιν legi notet. Dicit, ſimulatque aliquem ſuorum vidiſſent, tanquam συνήθεις agnoviſſe. Belle haec conveniunt illis quae de ſodalitate des Francs Maçons, ut vocantur, narrant. Alia etiam inveniet curioſus lector in Eſſenorum inſtitutis, quae ab horum moribus haud aliena putabit. σκαλίδα διδόασι τοῖς μέλλουσιν αἱρετιςαῖς. &c. Et plura ſorte, ſi quis illis ſacris iniatus in haec incidat. Confer quoque *Reisk.* ad finem § 12. Mox *Ioſeph:* ἐσθῆτας & πρὶν ἢ διαῤῥ. & paullo poſt pro τὸ παρ' ἑαυτῶ (quae deſunt *Lipſ. Cod.*) *Euſeb:* τὸ π. ἑ. *Ioſeph:* τὰ παρ' αὐτοῦ.

1. Εἰς αὐτὸν εὐχὰς.] Videntur verba prae ſe ferre, ac ſi Eſſeni ſoli preces funderent. V. Salmaſ: in Solin: VALENT. P. 431. Aliqui, ut hoc crimine eos abſolvant, referibunt εἰς αὐτὸ, nempe τὸ θεῖον, ſed *Codd.* invitis. *Viger:* ad *Euſeb:* intelligit εὐχὰς non quae Soli, aut Solis in honorem, ſed Solis cauſſa nun-

ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν, ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν [2] ἰέναι ἀφίενται. καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον. ζωσάμενοί τε σκέπασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν. αὐτοί τε καθαροὶ καθάπερ εἰς ἁγιόν τι τέμενος παραγίνονται, τὸ δειπνητήριον. καθισάντων δὲ μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς, ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἑδέσματος ἑ-

quasi supplicantes, ut oriatur, ad ipsum effundunt. Quod ubi factum est ad artes singuli quas sciunt, exercendas a praesidibus dimittuntur. atque ibi ad quintam usque horam strenue operati, deinde in unum locum omnes rursus congregantur: in quo tegumentis lineis praecincti frigidis aquis corpus abluunt. post quam purificationem in proprium domicilium conueniunt. quo ingredi permissum nemini est, qui alterius sectae fuerit. Ipsi autem puri, in coenaculum quasi in sanctum quoddam fanum procedunt. In quo ubi quiete omnes discubuerunt, ordine seruato pistor panes, coquus unius opsonii uasculum unum unicuique apponit. an-

nuncupantur. Ut cetera Essenorum doctissime excutit, sic haec etiam Cel. *Brucker:* Hist: Crit: Phil: T. II. qui p. 768. leniſſime εἰς interpretatur *propter* vel *in*, ita ut recitarint preces, in vel propter solis ortum conpositas, ut lux eius feliciter iis illuceret. profecto non magis hoc absurde fieri poterat, quam si Christianus in solem carmen conponat, & excellentissimum istud opus praedicet. Et sunt huius modi in S. literis, ut *Aldr:* ad *Ioseph:* animadversum. Homines illi inpatienter solis ortum morabantur, ideoque sollemni formula quasi supplices, ut lumen suum exsereret, rogitare potuerunt, ut aegre post occasum se subducebant. *Philo* apud *Euseb:* p. 379. πρὶν δὲ ἥλιον ἀνασχεῖν, ἐπὶ τὰ συνήθη τρεπόμενοι δυομένου μόλις ἐπανίασι. Insignis est locus *Eiusd.* Vit. Cont. p. 698. de Therapeutis, τάς τε ὄψεις καὶ ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἕω στάντες, ἐπὰν βέκωνται τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, τὰς χεῖρας ἀνατείναντες εἰς οὐρανὸν εὐημερίαν καὶ ἀλήθειαν ἐπεύχονται. Vel sic tamen videntur splendidius, quam par erat, de sole existimasse. V. ad II, 26. & infra 13. τὸν θεὸν vocare. Nec est quod mireris, si cogites, multos Hebraeorum doctores cum Pythagora caelestes orbes anima & intellectu praeditos credidisse, unde *caelicolas* ab imperatoribus Romanis Iudaeos dici aliqui putant. V. *Spencer:* ad *Orig:* Contr: Cels: p. 344. Ut multa alia cum eo habuisse communia Essenos modo dictum est. Quid? illisne tribuere hoc absurdum, cum nec hac macula caruerint qui olim Christiani censeri volebant, qua de re *Cuper:* Harp: p. 112. Equidem ex Orientalium philosophia hoc propagatum videtur. Nec olim nec hodie & inter Christianos quosdam, & alios in Oriente infrequens esse, ut orientem solem reverenter, nec sine corporis inclinatione excipiant, ostendit *T. Hyde* de Rel. Vet. Pers. c. 1.

2. Ἰέναι ἀφίενται.] *Euseb:* ὑπὸ τ. ἐ. ἀφεῖνται. *Ioseph:* pro illo διαφίενται. Mox uterque σκέ-

ante autem quam ſumatur cibus qui caſtus purusque eſt, precatione quadam ſacerdos utitur, ante quam deguſtare cuipiam fas non eſt. Poſt prandium item preces ab eodem adhibentur. tam enim incipientibus, quam finientibus celebrandum deum ſibi eſſe ducunt. Poſtea indumentis his quaſi ſacris depoſitis ad opera rurſus redeunt. Quibus ubi ad ueſperam usque incubuerunt reuerſi iterum ſimili modo hoſpitibus quoque ſi forte iam aliqui aduenerint, ſimul diſcumbentibus coëpulantur. Nullus clamor unquam, aut tumultus domum inquinat. Sed adeo modeſte loquendi ac tacendi uices ſibi mutuo praeſtant, ut iis qui extrinſecus ſunt, ſilentium eorum qui ſunt intus, quaſi mirabile aliquod myſterium eſſe uideatur. Cuiuſce rei in cauſa eſt aſſidua hominum ſobrietas, qui cibum & potum naturae ſatiἑκάςῳ. προκατεύχεται δ' ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς· καὶ γεύσασθαί 3 τινι πρὶν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. ἀριςοποιησαμένοις δὲ ἐπεύχεται πάλιν. ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν θεόν. ἔπειθ' ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται· 4 πίνουσι δ' ὑποςρέψαντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἰ τύχοιεν αὐτοῖσι παρόντες. 5 οὔτε δὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον οὔτε θόρυβος μιαίνει, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις. καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυςήριόν τι φρικτὸν ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τούτου δ' αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου. 6 τοῖς δὲ ζηλοῦ-

σκευάσμασι λινοῖς tamen deeſt *Euſeb:* videntur itaque apud *Porph.* tres literae excidiſſe. σκευάσματα de veſtibus utitur etiam *Ioſeph:* Ant. XV, 9, 2. Paullo poſt pro ἔνδα *Euſeb:* ἐν ᾧ.

3. Τινι πρὶν τῆς —] *Ioſeph:* τινα πρὸ, ſed ibi etiam πρὶν *Cod. Leid.* τινα *Euſeb:* quoque. Mox idem ἀριςοποιησάμενος ἐπεύχ. addunt tamen δὲ aliqui *Codd.* quod, neſcio qua auctoritate, in γε mutarat *Valent.* Certe & *Lipſ. Cod.* tuetur, & *Euſeb:* apud quem μᾶλλον e voce πάλιν perperam ortum fuit. Dein poſt γεραίρουσι τὸν θεὸν addit *Ioſeph:* ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς.

4. Πίνουσι δὲ ὑποςρ.] Et *Iudaeus*, e quo Noſter, & *Chriſtianus*, qui e Noſtro, δειπνοῦσι. quia Graeci a bibendi ſtudio conviviis nomen dederunt, ea voce uſus videtur. notum eſt illud *Cicer: IX.* Famil. 24. *Sapientius noſtri quam Graeci: illi* συμπόσια *aut* σύνδειπνα, *id eſt, compotationes, aut concoenationes* &c. Hinc itaque συμπόσιον idem quod δεῖπνον. noſtrum vocem de epulis etiam interpretantur apud *Plut.* T. I. p. 94. A.

5. Οὔτε δὲ κραυγή —] Ita revocavi. antea legebatur οὕτω δὲ, quod etiam emendarat *Fogeroll. Valent.* e *Ioſeph.* ſubſtituerat οὐδὲ. noſtrum *Euſeb. Cod. Lipſ.* & *Meerm.* firmant. *Valent.* mox rurſum οὐδὲ. nos οὔτε dedimus, fide Hebraei & Chriſtiani, licet haud ignorem, nullam nos cogere neceſſitatem, ut has particulas ſub eamdem formam redigamus. *Lipſ.* οὐ θόρυβος, & ſic eſt in antiquiſſimis *Edd. Meerm.* θυρίβος, perpetua literarum confuſione.

6. Τοῖς δὲ ζηλοῦσι.] *Ioſeph:* τῷ δὲ ζηλοῦντι. no-

λοῦσι τὴν αἵρεσιν οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, ἀξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα. 7 ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῶ, πρόσεισιν ἔγγιον τῇ διαίτῃ· καὶ 8 καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει. παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐδέπω· μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσιν τὸ 9 ἦθος κομίζεται. καὶ φανεὶς ἄξιος, 10 οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται.

§ 13. Πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι φρικώδεις. πρῶτον μὲν, εὐσεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια διαφυλάξειν, καὶ μή τε κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτ' ἐξ ἐπιτάγματος, μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ

1 συν-

tietate metiebantur. Iis autem qui in ſocietatem hanc admitti cupiunt, non ſtatim aditus patet: ſed eodem uictu ſeruato, ſarculoque & femoralibus, & albo indumento accepto agendus extra annus eſt. quo in tempore ubi iam continentiae ſuae experimentum exhibuerint, propius accedunt, & ex purioribus ad ſanctificationem aquis ſumunt, licet nondum ad conuictum admittantur. Poſt enim hanc continentiae demonſtrationem duos alios annos in morum comprobationem conſumunt. quibus exactis ubi dignus uiſus quiſpiam eſt, ita in collegium cooptatur.

§ 13. Prius tamen quam communem uictum attingat, horrendum quoddam iusiurandum iurat. Primum, pie ſe numen eſſe ueneraturum: deinde iura erga homines ſeruaturum: neque ex conſilio, neque ex mandato laeſionem cuipiam ſe eſſe illaturum: iniuſtos ſe odio proſequuturum: iu-

nota uſum olim frequentiſſimum, ut eorum, qui in ſocietatem adſciſcerentur, mores atque ingenium antea per aliquod tempus explorarent, quae conſuetudo in Eccleſiam Chriſtianam ducta etiam fuit. Vid. *Holſten:* ad *Noſtrum* Vit. Pyth. 6.

7. Ἐπειδὰν δὲ τούτῳ.] Ἐπειδὰν δ' ἐν τούτῳ τ. χ. REISK. Et ſic eſt apud *Euſebium.*

8. Καθαρωτέρων — ὑδάτων.] Κοινοῖς ὕδασι lavare apud Iudaeos olim aliosque inlicitum, quo reſpicere videtur *Auctor. Epiſt.* ad Hebr. X, 22. Multa hanc in rem vide apud *Spencer.* Rit. Leg. III, 1. Veram lectionem e *Ioſeph:* inſtauravit *Valent.* Antea legebatur καθαρώτερον, quod apud *Euſeb:* quoque circumfertur, & eſt in *Cod. Meerm.*

9. Ἦθος κομίζονται.] In *Cod. Lipſ.* eſt κομίζεται. voluiſſe videtur ἐνθυμίζεται, aut κοσμεῖται. REISK. Cum omnes *Porph. Codd.* conſpirent in κομίζεται, quod voluit etiam *Valent.* exſilio mulctare non audeo. Unice tamen verum *Ioſeph:* & *Pamphili* δοκιμάζεται. quod ſubſtituerat *Valent.* in cuius *Edit.* legebatur κομίζονται.

10. Οὕτως εἰς —] Ergone ſodalitas *des Francs Maçons* ex eo inſtituto renata eſt? REISK. Vid. ad § 11.

1.

iuſtis fauturum, fidem & obedientiam omnibus, ſed praecipue dominantibus exhibiturum: quippe cum non absque dei uoluntate hominibus principatus contingat. ſique ipſe dominetur, nunquam poteſtate contumelioſe ſe eſſe uſurum: non ueſtitu, non aliquo alio ornatu ſplendidiore ſubditos eſſe ſuperaturum: ueritatem ſemper amplexaturum mendacioque antepoſiturum: manus a furto, & animam ab iniuſto lucro puram ſe eſſe ſeruaturum: neque ſuos ſe collegas celaturum quicpiam, neque aliis quicpiam enun-

[1] συναγωνίζεσθαι τοῖς δικαίοις, τὸ πιϛὸν πᾶσι μὲν παρέξειν, μάλιϛα δὲ τοῖς [2] κρατοῦσιν· οὐ γὰρ δίχα θεοῦ περιγίνεσθαί τισι τὸ ἄρχειν. κἂν αὐτὸς [3] ἄρχει, μὴ δὲ πώποτε ἐξυβρίσαι εἰς τὴν ἐξουσίαν, μὴ ἐσθῆτι ἢ τινι πλέονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾷν ἀεὶ, καὶ τοὺς [4] ψευδομένους προβάλλεσθαι· [5] χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιϛὰς, μήθ' [6] ἑ-

1. Συναγωνίζεσθαι τοῖς δικ.] *Euſeb:* συναδικεῖσθαι. *Ioſeph:* συναγωνεῖσθαι. quo utuntur V. D. ad inluſtrandum *S. Paull.* ad Roman. XV, 30. Paullo ante pro conpoſito duo illi alii ſimplex φυλάξειν.

2. Κρατοῦσιν, οὐ γὰρ δίχα θεοῦ —] *Paull.* ad Roman. XIII, 1. οὐ γὰρ ἔϛιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ, ubi vide diligentiſſ. *Interpretes.* eo in loco per ἐξουσίαν (qua voce ſtatim Noſter utitur,) munus ipſum intelligi videtur, adeoque inperii vel Reip. forma, quae utique Deum habet auctorem. ita βασιλικὴ ἐξουσία &c. dici ſolet πᾶσαι ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι omnes inperiorum formas conplectuntur *Plat.* Alcib. p. 450. B. Alii itaque ἐξουσιάσοντες *Luc. XXII*, 25. & ἐξουσία vel ἐξουσίαι. κρατοῦντες ſunt *qui rerum potiuntur*, ut ſaepe. Adi *Markland:* ad Eurip: Suppl: 18. Pro τισι *Ioſeph:* & *Euſeb:* τινι. Ille paullo ante πιϛὸν ἀεὶ πασ.

3. Ἄρχει μὴ δὲ πωπ. ἐξ.] *Ioſeph:* ἄρχῃ μηδὲ π. ἐξυβρίζειν. *Euſeb:* quoque ἄρχῃ, quod reſtituendum videtur, licet conſtructio ἄρχει pati poſſit, qua de re *Bergler:* ad *Alciphr:* L. II. Epiſt. 58. Verius etiam *Euſeb:* ἐξυβρίσαι, pro quo *Valent.* ἐξυβρίζειν dederat. nam ſic *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* nec non *Victorii* editio (nam quod ibi eſt ἐξυβρῦσαι operarum errori tribuo, quem, ut ſaepius ſecutus fuit *Fogeroll:*) Magiſtratus itaque legitimos ferebant, ſed quos dignitate ſua ſuperbire, aut ſupra ceteros ſe efferre nolebant, ſervilis quippe conditionis oſores maximi. Id ſibi vult *Philo* apud *Euſeb:* P. E. p. 382. A. Καταγινώσκουσι τῶν δεσποτῶν οὐ μόνον ὡς ἀδίκων, ἰσότητα λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων, ἢ πάντας ὁμοίως γεννήσασα &c. Bene mox utitur voce ὑποτάσσεσθαι, quae propria hac in cauſſa. inde inluſtrari poteſt Divinus Vir in *Epiſt.* ad Rom. XIII, 1.

4. Ψευδομένους προβάλλεσθαι.] Bene vulgatum tuetur *Victor.* plura ſignificationis exempla dat *Markl.* ad *Max. Tyr. XXXVI*, 2. *Ioſeph:* ἐλέγχειν προβάλλεσθαι. ubi καὶ excidit.

5. Χεῖρας κλοπῆς καὶ ψυχὴν —] Iungit χεῖρας & ψυχὴν, fere ut *Iacob.* χεῖρας & καρδίαν. c. IV, 8. quae neſcio an hinc inluſtrari poſſint. Certe ſi καθαροὶ τὰς χεῖρας intelligantur homines *non rapaces*, quos ſpeciatim ſic adpellari recte advertit *Raphel.* Tangere ſic videri poſſet Apoſtolus tria decalogi praecepta. verſ. 4. 8. 11. malim tamen latius interpretari, *purae* enim *manus* utroque in ſermone innocentiam ac vitae integritatem notare ſolent.

6.

9 ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς δὲ τούτοις 7 ὄμνυσι μηδενὶ μὲν μεταδοῦναι τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς παρέλαβεν. ἀφέξεσθαι δὲ ληϛείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ 8 τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι. 9 οἱ δ' ἁλόντες καὶ οἱ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένοι, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνανται μεταλαμβάνειν, 10 ποηφαγοῦντες δὲ, καὶ λιμῷ τὸ σῶμα διαφθειρόμενοι, ἀπόλλυνται. διὸ δὴ πολ-

nunciaturum, etiam ſi ad mortem usque cogatur. Ad haec iurat ſe nullo alio modo aliis decreta eſſe traditurum, quam quo ipſe acceperit: ſe a latrocinio temperaturum: ſe ſimili modo ſectae ſuae libros, ac angelorum nomina diligenter obſeruaturum. ac iusiurandum quidem huiusmodi eſt: quod qui uiolant, & eiiciuntur, malo fato poſtea intereunt. iuramentis enim & conſuetudinibus obnoxii ne apud alios quidem conſequi alimentum queunt. unde herbam comedentes tandem fame conſumpti pereunt. Vnde ipſi multos miſericordia moti in

6. Ἑτέροις τι μηνύσειν.] Male *Meerm.* ἑταίροις, ut voces iſtae ſaepe confundi ſolent, ſic mox iterum ἑταίρως pro ἑτέρως. Mos multis populis uſitatiſſimus, ut diligenter caverent, ne ſacrorum arcana τοῖς ἀμυήτοις innoteſcerent. Eſſaei haec etiam cum Pythagoraeis habuerunt communia, & acceperunt ab Aegyptiis, de quibus teſtatiſſimum eſt. Fluxit ad Chriſtianos, qui religionis myſteria infidelibus non prodebant, qua de re *Milles* ad *Cyrill.* Hieroſ. Praef. p. 9.

7. Ὄμνυσι — ἢ αὐτὸς παρέλ.] *Ioſeph:* πρὸς τούτοις ὀμνύουσι, & *Meerm.* μηδενὶ μεταδοῦναι. dein *Ioſeph:* μετέλαβεν pro παρέλαβεν. ſed noſtrum ἐμφατικώτερον. παραλαμβάνειν quippe eſt proprie doctrinam a parentibus, vel praeceptoribus traditam recipere, uti eam propagare eſt παραδίδοναι. Utrumque ſic etiam iungit *S. Paullus I.* ad Corinth. XI, 23. ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. Centies ita Noſter & alii.

8. Τῶν ἀγγέλων ὀνόματα.] Τῶν omittit *Meerm. Scalig.* & alii hoc *Ioſephi* loco utuntur, ut adſerant *S. Paull.* ad Coloſſ. II, 18. angelorum cultum in Eſſenis damnare. ſed contra veniunt multi & Iudaeos ceteros illius aetatis hoc crimine evolvunt. an recte, non anquiro. Contrarium utique ſignificare videtur *Orig.* in *Ioan.* p. 212. Sed Noſter hic nihil de cultu dicit, tantum quod nomina diligenter cuſtodiverint, quod nihil mireris in hominibus ſuperſtitioni deditis, cum variae angelorum τάξεις crederentur. nihil ergo movendum invitis & *Ioſeph:* & *Porph.* & *Euſeb: Codd.* cum Viro Clar. qui apud *Ioſeph:* ἀγνείων coniiciebat. Vox a Iudaeis & Chriſtianis tranſiit ad Platonicos, *Hieroclem*, *Noſtrum* & alios. unde patet, quo iure V. D. ad *Porph.* Iiagog. c. 3. notarit, quoties illa vox apud Noſtrum occurrat, corruptam eſſe, & vocem θεοῦ ſubſtituendam. De re ipſa confer Cel. *Brucker:* Hiſt. Phil. T. II. p. 769.

9. Οἱ δὲ ἁλόντες.] Plenius *Ioſeph:* ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας. Abit paululum in ſequentibus ab eo Noſter.

10. Ποηφαγοῦντες δὲ.] *Ioſeph:* ποηφαγῶν δὲ καὶ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενος διαφθείρεται. ut Noſter *Pamphil.* niſi quod τὸ σῶμα deſideretur. Rectius ibi etiam nunc editur ποηφαγοῦν-

in extremis neceſſitatibus conſtitutos receperunt, poenam peccatorum ſuorum in eo ſatis idoneam dediſſe exiſtimantes, quod ad mortem usque afflictati calamitatibus fuiſſent. Sarculum autem iis qui in ſectam aſciſcendiſunt, ea de cauſa dare conſueuerunt. quia etiam ipſi alioqui exonerandi uentris cauſa non ſeſſitant, niſi ſcrobem pedali altitudine defoderint, pallioque circum operuerint, ne ſplendore lucis appetente aliqua contumelia deos afficiant. Tanta autem uictus eorum tenuitas ac paucitas eſt, ut ſeptimo die, quem hymnis in deum & quieti totum dicarunt, nulla excrementorum exinanitione indigeant. Ex qua quidem exercitatione tantam tolerantiam

πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις [11] ἀνάγκαις ἔλαβον ἱκανὴν τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τὸν μέχρι θανάτου βάσανον. τὴν δὲ [12] σκαλίδα διδόασι τοῖς μέλλουσιν αἱρετιςαῖς. ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ [13] θακεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντές τε θοιματίῳ ὡς μὴ [14] ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ θεοῦ. τοσαύτη μέν ἐξιν αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν καὶ ὀλιγότης, ὡς [15] τῇ ἑβδομάδι μὴ δεῖσθαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν εἰς τοὺς ὕμνους τῷ θεῷ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. [16] οἱ δὲ τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην πεποίηνται τὴν καρ-

γοῦντες, antea fuiſſe ποιηφαγοῦντες V. D. ad *Ioſeph:* monet. ſtulte hic quoque vitium operarum, quod inrepſerat in Editionem principem, ſecuti fuerunt Editores poſteriores, qui dabant ποιηφαγοῦντες.

11. Ἀνάγκαις ἔλαβον.] Ἀνάγκαις ſervo, ſed ἀνέλαβον Ioſepho adſcribendum puto. Reisk. Et ſic *Euſeb:* ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον *Ioſephus.* a quo in ſequentibus etiam deflectit Noſter.

12. Σκαλίδα διδόασι —] Σκαλίδα exponit *Ioſeph:* τὸ διδόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀξυνίδιον τοῖς νεοσυςάτοις, ubi de notabili hoc more, e lege *Moiſ.* Deut. XXIII, 13. deſumpto, *Interpret.*

13. Θακεύουσιν.] Bene *Heſych:* Θακεύουσι. κάθηνται εἰς τὰς χρείας. multa ibi V. D.

14. Ταῖς αὐγαῖς ἐνυβ. τ. θ.] Τοῖς τοιούτοις ἐν. malebat Vir Eximius ad *Charit. IV*, 2. non cogitans e *Ioſeph:* haec eſſe ſarcienda. Inepte legebatur antea ταῖς αὐταῖς ἐνυβρίζ. τοὺς θεούς. ſed quod bene a V. D. emendatum eſt. Vid. *Haverc.* ad *Ioſeph.* Nec ſecus *Euſeb:* nihil itaque eſt cur ἐνυβρίζειν loco moveamus, quod in ἐνυβρίζοιεν verterat *Valent.* Apud *Ioſeph:* nempe invenerat ὑβρίζοιεν. *Cod. Lipſ.* dat ἐνυβρίζουν τοῦς θεοῦς. poſtrema, cum & *Edd.* ceterae & *Felician.* quoque agnoſcat, proſcribere non auſus fuiſſem. *Porph.* Graecorum more locutus fuit. Conſtructio tamen melius patitur τοῦ θεοῦ. nam duriuſculum videtur dictum, ſive cum *Felic.* vertas, ſive, *ne ſplendore* (vel per ſplendorem) *Deos contumelia adficiant*, ne ipſos Deos contumelia adficiant, dum adficiunt ſplendorem eorum. De reverentia quam Soli praeſtabant Eſſeni, dictum eſt ſupra.

15. Τῇ ἑβδομάδι.] Ἐν ἑβδομάδι emendat *D'Orvill:* ad *Charit: IV*, 2. *Sabbathi die*, non tota hebdomade. ἐν τῇ ἑβδομάδι habet *Euſeb:* eodem redit. utique ſabbathi dies, vel ſeptimus ſignificatur. Is Graecis ἑβδομὰς, nam ſeptimanae ſignificationem poſtea induit, qua de re *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 431.

16. Οἱ δὲ τῆς ἀσκ.] Immo vero ἐκ δὲ τῆς ἀσκήσ. ut bene *Euſeb: Lipſ.* ac *Meerm. Codex.* mox bene λυγιζόμενοι, quae vox a

τερίαν, ὡς ϛρεβλούμενοι, καὶ λυγιζόμενοι, καὶ καόμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν [17] βασανιϛηρίων ὀργάνων, ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσι τῶν ἀσυνήθων, οὐδ' ἕτερον ὑπομένειν. διέδειξαν δὲ τοῦτο, ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ. ἐπεὶ οὐδὲ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρύσαι ὑπομένουσι, μειδιῶντες δ' ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ [18] κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων, [19] εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι· καὶ γὰρ ἔῤῥωται παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ [20] συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος, ῥύμῃ φυσικῇ κα-

am ſibi compararunt, ut torqueri, & flammis & igne accendi & omni demum cruciatuum genere affici potius ſuſtineant, quam uel legiſlatori ſuo maledicere, uel comedere quicpiam uelint, quod praeter conſuetudinem ſuam ſit. Id quod in bello aduerſus Romanos praecipue conſpectum eſt: cum neque adulari iis qui ipſos cruciarent, neque lacrymas effundere ullas paterentur, ſed ſubridentes in tormentis, & diſſimulatione ad eos utentes qui ſupplicia inferrent, alacriter quaſi rurſus recepturi animas emitterent. Ea enim opinio rata apud ipſos eſt, ſicut corpora corruptioni eſſe obnoxia & materia inſtabili & caduca conſtare, ita animas eſſe immortales, ac perpetuo durare: ac cum ex tenuiſſimo aethere diſcurren-

flectendo & torquendo tranſiit in ſignificatum cruciandi. V. ad L. I, 33. & *Kuſter.* ad *Suid.* in V. pro καόμενοι *Ioſeph:* καιόμενοι.

17. Βασανιϛηρίων ὀργάνων —] Plenius hoc dictum, cum apud alios ſubſtantivum paſſim omittatur, ut obſervat *D'Orvill:* ad *Charit: IV*, 2. Dein *Ioſeph:* & *Euſeb:* ἵνα ἢ βλασφημ. Prior ille τί τῶν ἀ. οὐδέτερον ſed cum Noſtro facit *Euſeb:* τι ὑπέμειναν παθεῖν. οὐδέτερον ὑπομένειν. τι tamen ante τῶν ἀσ. etiam adſciſcens. ἵνα itaque ante βλασφημ. (pro quo *Lipſ.* perperam βλασφημοῖσι) inſerendum, vel animo ſupplendum. Statim apud *Euſeb:* ἐπεὶ δ' οὐ κολ. quod correctum in ἐπειδή.

18. Κατειρωνευόμενοι.] Adſcriptum eſt *Cod. Lipſ.* hoc Scholium μεγαλοφρονοῦντες, ὑποκρινόμενοι, νῦν δὲ προσποιούμενοι. Nihil horum omnium ſatis neque aptum, neque dilucidum. Reisk. Idem Scholion adſcriptum *Meerm.* qui male κατειρωμένοι.

19. Εὔθυμοι τὰς ψυχὰς —] Prorſus ut Germani apud *Appian:* θανάτου καταφρονηταὶ ἐλπίδα ἀναβιώσεως in Celtic. p. 1192. quo loco iam uſum video Cel: *Weſſeling:* ad *Diod: V*, 28. ubi de Gallis, Pythagorae dogma de immortalitate animae ſequentibus, ſimilia narrantur. Vocem αὐτῶν poſt μόνιμον *Meerm.* delet. *Ioſeph:* αὐτοῖς.

20. Συμπλέκεσθαι ἐκ τοῦ λεπτ. αἰθ.] Nota opinionem Iudaeorum, quam Pythagoram, iuxta alias per populos orientales ſparſas adoptaſſe & in alios propagaſſe novimus. ſed magis mirari quis poſſet, quo modo haec ſententia cum illa quam de animae immortalitate tuebantur, quamque recte Noſter iis contribuit, conciliari poſſit. ſed illi meminerint, veteres credidiſſe, non omnem diſ-

ſi-

rentes fluxu naturali detractae corporibus coniunctae ſint, ubi e carneis uinculis relaxatae fuerint, quaſi a longa ſeruitute liberas, tunc iam gaudere ac ſublimes ferri. Ex huiuscemodi porro uictu atque hac in ueritate & pietate exercitatione merito fit, ut ex ipſis multi reperiantur qui & futura praenoſcant, utpote in libris ſacris, & uariis caſtimoniis, & prophetarum enunciatis ab ineunte aetate uerſati, & raro in praedictionibus aberrent. Atque Eſſaeorum quidem apud Iudaeos ſecta huiusmodi eſt.

§ 14. Omnibus ſane erat interdictum ne ex ſuilla carne ederent aut piſcibus ſquammis carentibus, quos carthilagineos uocamus, aut ex iis quadrupedibus quae

καταστρωμένας. 21 ἐπειδὰν δὲ ἀνεθῶσιν τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον δὴ μακρᾶς 22 δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. 23 ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς πολλοὶ, οἱ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν, ὡς ἂν βίβλοις ἱεραῖς, καὶ διαφόροις ἁγνείαις, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι, 24 σπάνιον μέντοι ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀσοχοῦσιν. Τοιοῦτο μὲν, τὸ τῶν Ἐσσαίων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τάγμα.

§ 14. Πᾶσιγε μὴν ἀπηγόρευτο 1 ὑὸς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀφολιδώτων, ἃ σελάχια καλοῦσιν Ἕλληνες, ἤ τι τῶν μωνύχων ζώων. 2 ἀ-

ſipari materiam, aliquam eſſe vivam ac perennem. de quo argumento alii. *Ioſephus* illa ῥύμη φ. κ. alio modo effert.

21. Ἐπειδὰν δὲ ἀνεθ.] Dubium nullum eſt legendum eſſe ἀνεθῶσι. Saepiſſime in Codice Porphyrii *Lipſ.* α & ε inter ſe permutata reperi. Reisk. Bene ſic etiam *Meerm.* & correxerat *Fogeroll:* nec ſecus *Ioſeph:* & *Euſeb:* iure itaque ſuum Malcho reddidi. ſtatim pro οἷον habet οἷα *Euſeb.*

22. Δουλείας ἀπηλλαγμένας.] Prorſus uti in *Epiſt.* ad Hebr. II, 15. ἀπαλλάξῃ δουλείας. ſic enim ibi mihi conſtruendum videtur, ut ſupra dixi, non ἀπαλλάξῃ τοῦ φόβου, quod ſubintelligere, & exemplis adſtruere ſolent.

23. Ἀπὸ δὲ τῆς &c.] Haec etiam *Ioſephi*, ſed quaſi *Porphyrii* eſſent, usque ad finem huius §. exſcripſit *Cyrill:* contra Iulian: L. V. p. 180. B. Mox *Lipſ.* ſimpliciter γινώσκουσι, ſed in προγινώσκουσιν conſpirant omnes reliqui.

24. Σπάνιον μέντοι —] *Ioſeph:* σπάνιον δὲ εἴποτε ἐ. τ. π. ἀσοχήσουσιν. ut Noſter *Euſeb:* niſi quod pro μέντοι ibi ſit δὲ εἰ. *Cyrill:* etiam σπάνιον δὲ ἐν τ. π. ἀσοχοῦσιν. Vocem ἀσοχεῖν eleganter inluſtrat Doct. *Kypkius* ad *Paull.* 1 Tim. I, 6. qui *Ioſephi* hoc loco utitur.

1. Τὸς ἐσθίειν ἢ ἰχθ. ἀφολιδώτων.] De ſuibus V. ſupra L. I, 14. de piſcibus legem divinam apud *Moiſ:* Levit. XI, 10. ſquammae piſcium proprie λεπίδες, ſerpentum φολίδες dicuntur. Vid. Cel. *Valkenar:* ad *Herod: VII*, 61. φολιδωτοὶ ἰχθύες noti ſunt e *Suida.* noſtrum conpoſitum Lexica ignorant. Schol. *Oppian.* Halieut. I, 638. τὰ μαλάκια — ἀφολίδωτά τε καὶ ἀλεπίδωτα. τὰ δὲ σελάχια ἤτοι τὰ ὀστώδη μὲν, ἀφολίδωτα δὲ καὶ — uti Noſter, σελάχια etiam vocari dicit. De μωνύχοις vide ſupra § 7.

2. Ἀπηγορεύετο δὲ καὶ μὴ.] *Cod. Lipſ.* & *Meerm.*

ἀπηγορεύετο δὲ καὶ μὴ τὰ ἱκετεύοντα, καὶ οἷον προσφεύγοντα ταῖς οἰκίαις ἀναιρεῖν, οὐχ ὅτι μὴ ἐσθίειν. 3 οὐδὲ νεοττοῖς ἐπέτρεψεν ὁ νομοθέτης τοὺς γονέας συνεξαιρεῖν, φείδεσθαι δὲ κελεύει κἂν 4 τῇ πολεμίᾳ τῶν συνεργαζομένων ζώων καὶ μὴ φονεύειν. καὶ οὐκ ἐφοβήθη μὴ 5 πληθύναν τὸ γένος τῶν μὴ θυομένων ζώων λιμὸν ἐργάσηται τοῖς ἀνθρώποις· ἤδει γὰρ πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ πολύτοκα, καὶ ὀλιγοχρόνια. ἔπειτα ὡς πολὺ τὸ ἀπολλύμενον, ὅταν μὴ τύχῃ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμελείας. καὶ μὴν καὶ ὅτι ἐσὶν ἄλλα ζῶα, ἃ τῷ πληθύνοντι ἐπιτίθεται. τεκμήριον δὲ, ὅτι πολλῶν ἀπεχόμεθα, οἷον σαυρῶν, σκωλήκων,

quae ungulam ſolidam haberent. Vetitum quoque ipſis erat interficere, nedum comedere ea animalia quae quaſi ſupplicarent, atque ad domos confugerent. Parentes item una cum pullis occidere legislator non permittebat. Parcendum quoque uel in hoſtili regione animalibus iuſſerat, quae nobiscum cooperarentur, cauendumque a caede eorum perpetranda. neque uerebatur, ne in nimiam copiam excreſcens animalium genus, quae non mactarentur, hominibus famem in duceret. quippe qui optime noſſet, primum multipara eius naturae eſſe, ut breui tempore durarent. deinde, multa eſſe animalia quae ſi cura hominum deſtituantur, facile intereant: alia praeterea eſſe quae multitudini excreſcenti reſiſtant. Cui rei illud argumento eſt, quod licet a multis abſtineamus, ut puta lacer-

Meerm. ἀπηγ. δὲ καὶ μηδὲ. Voculam μὴ paſſim addi ἀπαγορευτικοῖς tranſlatitium eſt, & ſupra iam obſervatum. Paſſeres ſupplices qua religione apud veteres fuerint, vidimus L. III. § 15. quibus adde *Menag:* ad *Diog: Laërt: IV*, 10. Sed an *Moiſes*, uti Malchus ſignificat, de ſupplicibus animantibus non reiiciendis legem quoque tulit? Utique Iudaeorum magiſtri ita praeceperunt. *Philo* de Relig. Moſ. Reip. forma. μὴ ζώων ἱκεσίαν, οἷα ἐσθ' ὅτε προσφευγόντων ἀναιρεῖν apud *Euſeb:* P. E. p. 359. B.

3. Οὐδὲ νεοτ. ἐπετρ. ὁ νομοθέτης —] Legem habemus apud *Moiſen* Deuter. XXII, 16. quo modo Pythagoras ſuam in animantes rationis expertes manſuetudinem e diuino inſtituto acceperit, diſſerentem lege *Clem: Alex:* Strom: L. II. p. 400.

4 Τῇ πολεμίᾳ τῶν συνεργ. —] De arboribus in terra hoſtili non excidendis legem quidem habemus apud *Moiſem* Deuter. XX, 19. ſed contra hoſtium urbes funditus everti, neque etiam beſtiis parci iubet Deus *ibid.* XIII, 15. Conſuetudine itaque interprete ad animantia haec etiam producta videntur. Immo latius adhuc Hebraei & ſcripta Thalmudica extendunt. Vid. *Grot.* Iur. B. & P. L. III, 12. ſed & *Clem: Alex:* teſte, μηδὲ συνόλως καρπὸν ἥμερον διαφθείρειν, μήτε τὸν γῆς, μήτε τὸν τῆς ψυχῆς. οὐδὲ τὴν τῶν πολεμίων χώραν τέμνειν ἐᾷ, Strom. L. II. p. 401. quibuscum Pythagorae praeceptum ſupra contendebam.

5. Πληθύναν τὸ γένος.] Πληθύναν revocavi. ita iubebat Editio princeps & *Cod. Lipſ.* idque volebat *Meerm.* qui dabat πληθῦναι. neſcio

certis, uermibus, ſerpentibus, canibus, non timendum tamen propterea ſit, ne ex abſtinentia fame pereamus. Adde quod nimis excreſcentia comedere & interficere idem non eſt. nam cum pleraque ex his occidamus, nihil ex ipſis guſtandum nobis eſſe ducimus.

§ 15. Iam uero Syros quoque antiquitus ab animalibus abſtinuiſſe, atque ideo neque diis ea mactare conſueuiſſe memoriae proditum eſt. poſtea uero licet ad quorundam malorum auerſionem procurandam ea ſacrificarint, nunquam tamen eo adductos, ut carnium eſum admiſerint. Proceſſu autem temporis, Neanthes Cyzicenus, & Asclepiades Cyprius inquiunt, tempore Pygmalionis qui cum genere eſſet Phoenix, Cypriorum etiam imperium obtinebat, ex huiuscemodi piaculo carnium eſum fuiſſe introductum. Asclepiades enim in libro

κων, μυιῶν, ὄφεων, κυνῶν, καὶ ὅμως οὐ δέος μὴ ἐκ τῆς ἀποχῆς λιμώττοντες διαφθαρῶμεν πληθυόντων. ἔπειτα οὐ ταυτὸν τὸ ἐσθίειν τῷ φονεύειν. ἐπεὶ καὶ τούτων ἀναιροῦντες τὰ πολλὰ, οὐδενὸς ἔτι γευόμεθα.

§ 15. Καὶ μὴν καὶ τοὺς Σύρους ἱεροῦσι τὸ παλαιὸν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τοῖς θεοῖς θύειν· ὕστερον δὲ θῦσαι μὲν εἰς ἀποτροπήν τινων κακῶν· αὐτοὺς δὲ, μηδὲ ὅλως προσίεσθαι τὴν σαρκοφαγίαν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, [1] ὥς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, καὶ [2] Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος, κατὰ [3] Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα, βασιλεύσαντα δὲ Κυπρίων, τὴν σαρκοφαγίαν παραδεχθῆναι ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας· λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ

ſcio quare *Editor Lugdun.* mutarit in πλησθύνων, quod ſecutus fuit *Cantabr.*

1. Ὡς φησι Νεάνθης.] Porphyrii teſtimonium interpretatur *Hieron.* L. II. Adv. Iovin. 14. *Neanthes Cyzicenus, & Aſclepiades Cyprius, aetate qua Pygmalion in oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium non fuiſſe.* Hic eſt Neanthes ille, quem in explicandis veterum ſuperſtitionum ritibus *Clem Alex.* Strom. V. p. 569. aliique laudant. Vid. *Caſaub.* ad *Athen.* L. IX, 4 & plura de illo apud *Menag.* ad *Diog. Laërt. VIII*, 72. Paulo ante θυσίαι pro θῦσαι *Meerm. Codex.*

2. Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος.] Multi huius nominis recenſentur a *Fabric.* Bibl. Graec. L. VI, 9. ſed qui a noſtro hoc videntur diverſi. Illum & alios qui de rebus Cypriorum ſcripſerunt excitavit *Meurſ.* in Cypr. I, 1. & II, 29.

3. Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίν.] Intelligunt Pygmalionem, Didonis fratrem, qui prius Rex Tyri fuerat, poſtea Cypri regno potitus. Vid. *Meurſ.* in Cypr. II, 16. Is vero apud *Ioſeph.* I. Contr. Appion. 18. regnum Tyri tenuiſſe dicitur annis quadraginta & ſeptem, vixiſſe quinquaginta & ſex. Quare ſi bene calculum ſubduxerit Ioſephus, hoc vix exputo. Fuit quidem & alius Pygmalion Cypri regulus, ſed ille diu poſt floruit. Paullo poſt τῆς ante τοιαύτης ſatis commode abeſſe poteſt, ut abeſt *Lipſ. Cod.* & *Meerm.*

ρὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης ταῦτα. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἔμψυχον· ἀλλ' οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου, διὰ τῷ νόμῳ φυσικῷ κεκωλύσθαι. 4 ὑπὸ δέ τινας καιροὺς πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθεύονται, ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους. εἶτα τούτου γενομένου ὁλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. ὕςερον δέ ποτε φλεγομένου τοῦ ἱερείου, πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν, ἣν ἀνελόντα τὸν ἱερέα, καὶ κατακαιόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ ςόματι τοὺς δακτύλους, ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν. γευσάμενον δὲ τῆς κνίσσης 5 ἐπιθυμῆσαι, καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ μεταδοῦναι· γνόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα, αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα 6 κα-

bro de Cypro & Phoenice in hunc modum inquit. Principio ſane nullum animatum diis ſacrificari conſueuerat: quin neque ulla de hoc lex erat, propterea quod naturali lege eſſet prohibitum. Quibusdam autem temporibus ferunt, cum anima pro anima repeteretur primam uictimam fuiſſe ſacrificatam, ac totam flammis conſumtam. Quod quidem ſacrificium cum poſtea fieret ac uictima concremaretur, ex ea carnis fruſtulum in terram decidiſſe: ſacerdotem uero qui aſtabat, confeſtim id ſuſtuliſſe: cumque ignita carne digitos aduſſiſſet, eos forte ori admouiſſe, ut aduſtioni remedium quoquomodo afferret: atque ita cum ex aſſa carne deguſtaſſet, edere ex ea mirum in modum appetiuiſſe: atque hoc pacto eſum carnis & ipſum fuiſſe aggreſſum, & cum uxore etiam communicaſſe. Pygmalionem autem, cum id reſciuiſſet, ipſum una

4. Ὑπὸ δέ τινας καιροὺς.] Forte ὑπὸ δέ τινες καιροῦ, & αἰτωμένου. ſaepe καιρὸς, ut Latinum *tempus* ſignificat calamitoſam & luctuoſam rerum conditionem, ut ad Polyb. pluribus exſecutus ſum. ab aliquo ſiniſtro & ſcaevo tempore animam depoſcente, qua alteri animae ſatisfieret, coactos coepiſſe — REISK. Paullo poſt *Meerm.* ὁλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. Qua occaſione carne primum uti coeperint mortales, varie traditum. Vid. *Caſtellan.* de eſu carn. L. I. cap. 1. Hoc utique conſtat, antiquiſſimis temporibus ignotam fuiſſe κρεωφαγίαν, cum in Deorum honorem hoſtiae tantum mactarentur. Poſtea carnibus quidem uti coeperunt, ſed parce primum, & fere non niſi ſalitis. A noſtro non multum abeunt illa *Athenionis*, hominem aliquem ſapientem mactaſſe' victimam, & carnem ignibus aſſaviſſe, quae cum humana videretur ſuavior, Diis mactatas pecudes aſſarunt:

ὡς δ' ἅπαξ τῆς ἡδονῆς
Ἐμπειρίαν τιν' ἔλαβον, ἀρχῆς γενομένης
Ἐπὶ πλεῖςον ηὔξαν τὴν μαγειρικὴν τέχνην.

Vid. *Athen. XIV*, 23. *Caſ.* ad I, 11. & *Grot.* Exc. p. 893. Alia de κρεωφαγίας origine lege apud Plut. Symp. VIII, 8. σαρκοφαγιῶν προφάσει αἱ θυσίαι τοῖς ἀνθρώποις ἐπινενόηνται, iudice *Clem. Alex.* Strom. L. VII. p. 717. C.

5. Ἐπιθυμῆσαι.] Scilicet ἀπολαῦσαι aut ἐμφορεῖσθαι. REISK.

6. Κατὰ κρημνῶν ἀφεῖναι.] Ita loqui amant Graeci, potius quam ἀπὸ κρημνῶν. Et inde κατακρημνίζειν, potius quam ἀποκρημνίζειν, κατα-

na cum uxore morte mulctandum cenſuiſſe, atque e rupe praecipitem dandum iuſſiſſe, alterum autem ſacerdotio praefeciſſe: qui cum non multo poſt intercedente tempore idem ſacrificium faceret, eo quod ex iisdem carnibus comediſſet, eodem ſupplicio quo ille, etiam fuerit affectus. Sed cum ulterius res progrederetur, & homines ſacrificio uterentur, cupiditateque inducti a carnibus non abſtinerent, ſed ipſis omnino ueſcerentur, poenam tandem inferri deſiiſſe. Abſtinentia tamen a piſcibus usque ad Menandri comici tempora apud Syros permanſit. Inquit enim.

Syros in exemplum ſume quando ederint
Piſces ex aliqua nimia intemperantia.
Ipſis continuo pedes, ac uenter tumet.

κατὰ κρημνῶν ἀφεῖναι, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι· ὃς οὐ πολλοῦ χρόνου διαλείποντος, τὴν μὲν αὐτὴν θυσίαν ἔτυχε ποιούμενος, ὅσις δὲ τῶν αὐτῶν κρεῶν ἔφαγεν ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς περιέπιπτεν. ἐπὶ πλέον δὲ τοῦ πράγματος προβαίνοντος· καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ θυσίᾳ χρωμένων, καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀπεχομένων, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἁπτομένων, [7] οὐκ ἀποσῆναι τοῦ κολάζειν. Τὸ μέντοι τῶν [8] ἰχθύων ἀπέχεσθαι, ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμεινε· λέγει γὰρ,

—— [9] Παράδειγμα τοὺς Σύρους λάβε·
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας [10] καὶ γαστέρα

Vn-

Οἰ-

ταπετροῦν, κατὰ πέτρας &c. Vid. *Duker.* ad *Thucyd.* L. VII, 44. Nec ſecus in Euangeliis, *Matth. VIII*, 32. & alibi. Paullo poſt *Meerm.* συμπεριφοραῖς. prima pars ſequentis vocis librarium in erorem induit. dein ἀπηχομένων male pro ἀπεχομένων, ut ſaepe in ε & η labitur.

7. Οὐκ ἀποσῆναι τοῦ κολ.] Videtur redundare οὐκ. Verſio Menandri ibidem eſt Grotiana in Excerptis. VALENT. Οὐκ aut cum τότε οὖν eſt permutandum, aut cum ἐκόντα. ſic tandem *deſtitiſſe* aut *ultro deſiiſſe punire*, aut tandem, quod maxime probatur, ἐκεῖνον *illum*, Pygmalionem puta. REISK. Οὐκ recte repudiatum a V. D. poſſes οὕτως, quod ad literarum ductum proxime accedit. De voce ἅπτεσθαι ſupra ſaepius.

8. Ἰχθύων ἀπέχεσθαι.] Superſtitionis hoc genus multi produnt, licet cauſſam iſtius aliunde derivent. vide quae notamus ad L. II. § 61. & Virum ſummum ad *Diod. II*, 4. a vetuſtiſſimis temporibus Syris hoc ſollemne non fuiſſe, docet *S. Bochart:* Hieroz: L. I. c. 6. male *Meerm.* κωμικοῦ, pro κωμικοῦ.

9. Παράδειγμα &c.] Turbato ordine haec antea legebantur. *Editor Cantabr.* ſecutus eſt *Grotii* Excerpt. p. 753. Vid. *Menand.* Fragm. p. 40. *Grotium* in modulo conſtituendo non admodum fuiſſe adcuratum, alibi iam dictum eſt. cumque in his metrum ſibi non ubique conſtet, id Menandri interpretibus relinquo.

10. Καὶ γαστέρα.] *Lipſ.* καὶ τὴν γαστέρα. quamquam

Οἰδοῦσιν, [11] εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν

[12] Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν

[13] Ἐξιλάσαντο τοῦ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Vnde ipſi ſumpto ſacco, atque in propatulo

In uili abiecti conſidentes ſtercore

Demiſſione ſic humili placant deam.

§ 16. Παρά γε μὲν τοῖς Πέρσαις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. [1] τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσαις νενόμισαι, ὥςε καὶ [2] Δαρεῖον τὸν Ὑςάσπου ἐπιγράψαι [3] τῷ

§ 16. Apud Perſas quidem, ii qui in diuinis ſapientes ſunt, ac numen colunt, Magi appellantur. Id enim eorum lingua nomen ſignificat. Hoc apud Perſas adeo magnum ac uenerabile genus hominum habetur, ut Darius quoque Hyſtaſpis filius monumento ſuo praeter alia etiam illud

quam invito metro, ſed ratio linguae Grammatica id poſtulat, quia τοὺς πόδας praeceſſit. alias etiam ibi τοὺς deberet omitti. & ſane metrum non magis τοὺς patitur quam τὴν. Forte ἀκρασίαν αὐτῶν τῷ πόδε καὶ τὴν γαςέρα οἰδοῦντες, ἔλαβον σάκκον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν ἐκάθισαν αὐτοὶ. *ſponte ſua, ultro, nemine iubente. Lipſ.* οἰδοῦσιν εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν. REISK. Priores etiam Editiones, & *Cod. Meerm.* τὴν γαςέρα. ſi utroque loco articulum expungas, metrum ſibi pulcre conſtabit. pro αὐτῶν *Men.* αὐτῶν. Pertinent haec ad Syrorum perſuaſionem, commiſſum gulae facinus tumoribus, tabe aliisque morbis caſtigari. Illos tumores intelligit *Mart.* L. IV. Epigr. 43.

Iuro per Syrios tibi tumores.

Vide *Scal.* ad *Manil.* p. 344.

11. Εἶτα σακκίον —] Ἔπειτα apud *Menandr.* editur. οἰδοῦσιν εἶτ' ἔλαβον σακκίον εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν. dabant priores Editiones & *Cod. Meerm.* Morem ut in luctu, & poſt gravia delicta σακκίοις ſive *ciliciis* ſe involverent, & pulvere ſe foedarent, vel in coeno ſive ſterquilinio federent, multi expoſuerunt. De Phoenicibus, de quibus hic ſermo eſt, Vid. *Weſſeling.* ad *Diod. XIX*, 106. qui huius teſtimonii oblitus haud fuit. de iisdem S. Literae teſtantur. Lege *Ezech.* XXVII, 30. & *Luc.* Euang. X, 13.

12. Ἐκάθισαν.] Ἐκάθησαν dabant priores & *Meerm. Cod.* καθῆσθαι vel καθίζειν, quod hic habemus, *humi ſedere* erat lugentium & eorum qui ſaccis erant induti, ut docet *Kypkius* ad *Luc.* l. l. & *Alberti* ad *Matth. IV*, 16. ſed, quod huc maxime pertinet, ſupplicibus quoque erat proprium. Vide quos excitavit Clar. *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 144.

13. Ἐξιλάσαντο τοῦ —] Hoc aliqui ita capiunt, ut placarent Συρίαν θεὸν, id eſt, Venerem, quae in piſcem mutata fuerat, ut tolleret tumores iſtos, quos inmiſerat, idque hoc in loco eſſe ταπεινῶσαι. Vid. *Scal.* ad *Manil.* p. 344. & *Selden.* de Diis Syr. Synt. II, 3. Legendum tunc eſt τοῦ ταπ. in quam lectionem omnes Porphyrii *Codd.* conſpirant. Alius autem emergit ſenſus, ſi τῷ legas, ſic enim ad ſupplices ipſos pertinet. atque ſic editur apud *Menandrum.* Idque malim, & propter verbum ταπεινῶσαι, & propter additum σφόδρα.

1. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ —] Idem praeter alios dicit *Apul.* Apol. I. p. 147. *nam ſi, quod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtra ſacerdos.*

2. Δαρεῖον τὸν Ὑςάσπου.] *Amm. Marc.* L. XXIII.

lud inſcribendum curarit, quod magicorum doctor fuerit. Ii in genera tria erant diuiſi, ſicut inquit Symbulus, qui hiſtoriam de Mithra multis libris conſcripſit: quorum primi qui etiam doctiſſimi erant, animatum neque comederent, neque occiderent, ſed in priſca illa animalium abſtinentia perſeuerarent. ſecundi uero comederent quidem, non tamen ex manſuetis animalibus aliquid occiderent. Tertii promiſcue non ſecus atque alii omnibus manus inferrent. De-

3 τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος· 4 Διήρηντο δὲ οὗτοι εἰς γένη τρία, 5 ὥς φησι Σύμβουλος, 6 ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας· ὧν οἱ πρῶτοι καὶ λογιώτατοι, οὔτ' ἐσθίουσιν ἔμψυχον, οὔτε φονεύουσιν, ἐμμένουσι δὲ τῇ παλαιᾷ τῶν ζώων ἀποχῇ. οἱ δὲ δεύτεροι, χρῶνται μὲν, οὐ μέντοι τῶν ἡμέρων ζώων τι κτείνουσιν. οὐδ' οἱ τρίτοι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐφάπτονται

XXIII. non procul a fin. *Scientiae multa ex Chaldaeorum arcanis addidit Zoroaſtres, deinde Hyſtaſpes, Rex prudentiſſimus, Darii pater.* In quibus id falſum, quod Hyſtaſpin Regem adpellet. Certe ſi Xerxis parentem ſignificat, non alium Hyſtaſpen. Sed haec ad liquidum non ſunt deducta, an magus ille antiquiſſimus Hydaſpes, Hiſtaſpes vel Hyſtaſpes, a Darii patre diverſus fuerit, nec ne. Perſae ſcriptores, ut *T. Hydeus* docuit, eumdem illum habent cum ipſo Dario, Xerxis patre: Vid. *Fabr:* Bibl: Graec: L. I. c. 14, 2.

3. Τῷ μνήματι — ὅτι κ. μαγικῶν —] Dicit Ampliſſ: *Cuper:* Obſerv: III, 30. alias editiones habere μάγων, idque praefert. mihi id non liquet: omnes mei conſentiunt in μαγικῶν. nihil profecto mirum, cum magia *inter prima regalia doceretur*, ut dicit *Apul.* Apol. I. p. 148. Expediebat quippe Regibus religionis cuſtodiam ſibi vindicare. μαγικῶν διδάσκαλος hic non adeo magorum praeceptorem, quam archimagum, pontificem ſacrum notat, ut obſervat *Brucker:* Hiſt. Crit. Phil. T. I. p. 159. *Cuperus* loc. cit. ut *Felic:* etiam, haec ita capit, ac ſi Darius *ſui* monumento inſcribi ea iuſſerit. de patris autem monumento intelligendum videtur, is enim, uti dictum, de doctrina magica optime fuerat meritus. vel ſic tamen id melius Perſarum teſtimoniis, ut vidimus, conveniret.

4. Διήρηντο — εἰς γένη τρία.] Ut illi in tres claſſes deſcribebantur, ſic haec & alia cum antiquis Perſis, Indis ſunt communia. Multi quippe olim Perſae hanc regionem inſederunt. Nihil itaque mirum *Pauſan:* Indorum Philoſophos *magos* adpellare. Lege *La Crozium* Hiſt. Chriſt. Ind. L. VI. p. 439.

5. Ὡς φησι Σύμβουλος.] Pro Σύμβουλος legi debet Εὔβουλος. Vid. Voſſ. de Hiſtor. Graecis. VALENT. Εὔβουλος legendum eſſe confirmat *Lambec:* Prodr. Hiſt. Lit. p. 277. conf. infra p. 253. REISK. Veriſſime. ſic etiam reſtituit *Fabric:* Bibl: Graec: IV, 27. p. 205. & V. D. ad *Hieron:* qui Noſtrum expreſſit L. II. Adv: Iovin: 14. *Eubulus quoque, qui hiſtoriam Mithrae multis voluminibus explicuit, narrat apud Perſas tria genera magorum, quorum primos, qui ſint doctiſſimi & eloquentiſſimi, excepta farina & olere, nihil amplius in cibo ſumere.* Eumdem cum Eubulo, cuius mentio eſt in Fragm: *Longin:* p. 246. putat *Tollius.*

6. Ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρα —] Lipſ. ὁ περὶ. recte. legendum enim, aut ὁ περὶ τοῦ Μίθρα ἱστορίαν, aut ὁ περὶ τῆς τοῦ Μίθρα ἱστορίας. REISK. Sic paullo poſt, Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα. & ſupra II, 56. περὶ τῶν τοῦ Μίθρα. vulgatum tamen tuetur *Hieron.*

πάντων· 7 καὶ γὰρ δόγμα πάντων ἐςὶ τῶν πρώτων, τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι. ὃ καὶ ἐμφαίνειν ἐοίκασιν ἐν τοῖς 8 τοῦ Μίθρα μυςηρίοις· τὴν γὰρ κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῶα αἰνιττόμενοι, διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασιν. ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύςας 9 λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας, ὑαίνας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας 10 κόρακας. ἐπί τε τῶν πατέ-

Decretum enim apud primos habetur de animarum in diuerſa corpora transmigratione. Id quod etiam in Mithrae myſteriis uidentur ſignificare. Vt enim communionem nobis eſſe cum caeteris animalibus innuant, caeterorum animalium nominibus indicare nos conſueuerunt, dum eos qui eorundem ſacrorum ſunt participes leones, mulieres leaenas, miniſtrantes coruos appellant. & in patribus ſimili mo-

7. Καὶ γὰρ δόγμα πάντων —] Τῶν πρώτων ſi bene habet, ſignificat ἓν δόγμα τῶν πρώτων καὶ πρεσβυτάτων δογμάτων. Suſpicatus tamen aliquando ſum legendum eſſe τῶν προειρημένων, aut τῶν Περσῶν. *omnium ſuperius dictorum* (id eſt Magorum) aut *omnium Perſarum*. REISK. Priori ſenſu ſi accipias, omnia plana ſunt. *Interpr.* mentem *Porph.* non fuit adſecutus. error inde natus, quod tertiam magorum claſſem omnibus promiſcue manus inferre dixerat, cum Noſter omnibus promiſcue uſos non fuiſſe ſignificet. Doctrinam latius exponunt, qui de religione Perſarum egerunt. Id quod μετεμψύχωσιν vocat *Porph.* varie admodum veteres dicunt, qua de re Cel. *Irhov:* de Paling. Vet. L. I, 1.

8. Τοῦ Μίθρα μυςηρίοις.] Differunt Μίθρα & Μίθρας, hic *Sol*, illa *Venus*. Sacra peragebant in ſpeluncis abditis, *ut ſemper obſcuro tenebrarum ſqualore demerſi, gratiam ſplendidi ac ſereni luminis non videant*, ut dicit *Iul. Firm.* de Err. Prof. rel. p. 414. Ad ea reſpici putant nonnulli *Ieſ. XLV*, 19. Sed illi quos laudat *Reineſ:* Synt: Inſcr: I, 48. & *Moshem:* ad *Cudworth:* Syſt: Intell: p. 328. tam admirabili eruditione haec excuſſerunt, ut poſt illos aliquid moliri πλοῦς βράσους, ἀλλ' οὐ φρενὸς, ut dicit ille, videri poſſet. Cum vero & h. l. & in Antr. Nymph. & apud alios, omnis adparatus ita deſcribatur, ut ad rationem phyſicam & aſtronomicam pertinuiſſe haec videantur unice, nondum perſuaſit vir inluſtris, Mithram robuſtum fuiſſe virum, aut Regem ac Venatorem, qui provinciam latronibus & beſtiis liberavit, atque hinc honores iſtos meruit. *Cod. Meerm.* dat ὃ καὶ εἶναι ἐμφ. ἐοικ.

9. Λέοντας καλεῖν.'—] Tranſtuli leaenas, auctoritate Kircheri, quem velim conſulat, quicunque ea quae ſequuntur de Perſarum myſteriis plenius intelliget. VALENT. Καλοῦσι τὰς δὲ γυναῖκας λεαίνας. In *Cod. Lipſ.* eſt ὑναίνας. REISK. Nihil certius. & ſic recte *Felic:* Scribit *Salmaſ:* ad *Lampr:* Comm. 9. quaedam etiam ὑαινικὰ fuiſſe vocata, quod mulieres hyaenas adpellabant, uti viros leones, ſed ille prava huius loci lectione deceptus videtur. certe apud alium me legere non memini. nota in tranſitu, utriusque ſexus homines ea ſacra ſuſcepiſſe, ut apud alios quoque factitatum novimus.

10. Κόρακας. ἐπί τε τῶν πατέρων —] Qui Patricis initiabantur πατέρας dicebant, unde *Patres Dei ſolis invicti* in literatis lapidibus, quae vox eminentiam ſuper reliquos ſacerdotes notabat, & inde eſt quod *Aquilae* & *Accipitres* cognominentur. par ratio in *Coracicis* & *Leonticis*, unde κόρακας & λέοντας vocant. Inſcriptio apud *Grut:* haec etiam iungit, *Leontica, Coracica* & *Patrica*. Sacra illa quoque *Hierocoracica* & miniſtri *hierocoraces* adpellati. Lege *Reineſ:* Synt: Inſcr: I, 48. Vides ergo quo iure Vir Ampl: in Monum: Ant: p. 236. ἐπὶ τῶν πατέρων explicet

modo. hi enim aquilae & accipitres nuncupantur. & qui leonina aſſumit, uarias animalium formas ſibi imponit. Quorum cauſam afferens Pallas in iis quae de Mithra tradit, communem hominum opinionem eſſe inquit, ut ad Zodiaci orbis naturam haec referenda iudicentur: re uera autem de hominum animabus arcana quaedam ſignificari, quas diuerſis corporibus contineri aſſerunt. Nam & Latinos quosdam ſua ipſorum lingua apros, & ſcorpios, & urſos & merulos uocare. Quin e-

τέρων. ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται. ὅ τε τὰ [11] λεοντικὰ παραλαμβάνων, [12] περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς. ὧν τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα, [13] τὴν κοινήν, φησι, φορὰν οἴεσθαι, ὡς πρὸς τὴν ζωδιακοῦ κύκλου ἀποτείνειν· τὴν δὲ ἀληθινὴν ὑπόληψιν καὶ ἀκριβῆ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἰνίττεσθαι, ἃς παντοδαποῖς περιέχεσθαι σώμασι λέγουσι. καὶ γὰρ Λατίνων τινὰς τῇ σφῶν [14] διαλέκτῳ ἄπρους, καὶ σκώπρους, λασούρους τε καὶ με-

cet *patrum memoria*, *antiquioribus temporibus*.

11. Λεοντικὰ παραλαμβάνων.] Vid. Porph. de Antr. Nymph. VALENT. Τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνειν in ſacris Mithriacis dicebantur, qui Leonticis initiabantur. Sic *ſacra Eleuſina ſuſcipere*, & ſimilia apud Latinos. Vid. *Caſaub:* ad *Lampr:* Commod. c. 9.

12. Περιτίθεται παντοδαπὰς —] Talis ille apud *Apul: XI.* Metam: p. 748. *Humeris dependebat pretioſa chlamyda, quaqua tamen viſeres colore vario circum notatis inſignibar animalibus. hinc dracones Indici, inde gryphes hyperborei — hanc olympicam* (*Leonticam* malebat *Reineſ:* p. 96.) *ſtolam ſacrati nuncupant.* huiusmodi beſtiarum, una cum ſignis Mithram indicantibus, & hominis eiusmodi pellibus ferinis cincti ſimulacrum, ad Tigurum Helvetiorum eſſoſſum *Montfauc:* & alii exhibent. Immo poſt introductam quoque in Galliam religionem Chriſtianam, diu mos voluit, ut Kalendis Ianuariis, quae Mithrae olim erant ſacrae, homines beſtiarum pelle induti circumcurſitarent, quem morem e Mithrae ſacris fluxiſſe Viri Docti opinantur. Vid. magnus *Mosh:* l. l. p. 331. Ut alia, quibus cognationem cum animalibus ſignificare volebant, ſic hoc etiam ab Aegyptiis accepiſſe Perſas mihi perſuadeo. Inſignis eſt locus *Diod: Sic:* L. I. c. 62. ἐν ἔθει γὰρ εἶναι τοῖς κατ' Αἴγυπτον δυνάσταις, περιτίθεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν λέοντων καὶ ταύρων καὶ δρακόντων προτομὰς, σημεῖα τῆς ἀρχῆς.

13. Τὴν κοινὴν —] Forte τὴν κοινὴν φησιν οἴησιν εἶναι πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου διὰ τοῦ Ζωδιακοῦ κύκλου φορὰν ἀποτείνει. REISK. Vide ad L. II. § 40.

14. Διαλέκτῳ ἄπρους, καὶ σκώπρους —] Neſcio, ut ingenue fatear, quid ſibi velit vox λασούρους. Gallicus interpres reddidit *Lacertos*, id etiam ego feciſſem, ſi quis eo nomine apud Romanos occurreret. VALENT. Plana eſt ſententia Romanorum in nominibus eſſe permulta ab animantibus ducta. illuſtres enim quasdam Romanas familias uſurpare Aprorum nomen, alias Caprorum, alias Taurorum, alias Merularum. ſed λασούρους negotium facceſſit, tale nomen in familiis Romanis nullum invenio. in mentem venit ſuſpicari, Porph. λακέρτας dediſſe, cui cum ſuperſcripſiſſet aliquis σαύρους vel σαύρας, inde conflata eſt lectio vitioſa, neque Graecum nomen, neque Romanum referens, ſed utriusque partem. REISK. *Coteler:* ad *Clem:* T. I. P. Apoſt. p. 673. legendum putabat σκιώφους & λάφους.

μερούλους καλεῖν. καὶ θεοὺς δὲ τούτους δημιουργοὺς οὕτω προσηγόρευσαν. τὴν μὲν [15] Ἄρτεμιν λύκαιναν, τὸν δὲ Ἥλιον [16] σαῦρον, λέοντα, δράκοντα, ἱέρακα, [17] τὴν δ' Ἑκάτην, ἵππον, ταῦρον, λέαιναν, κύνα. τῆς δὲ Φερεφάττης, [18] παρὰ τὸ φέρβειν τὴν Φάτταν, φασὶν οἱ πολλοὶ τοὔνομα τῶν θεολόγων. ἱερὸν γὰρ αὐτῆς ἡ Φάττα. διὸ καὶ αἱ τῆς Μαίας ἱέρειαι ταύτην αὐτῇ ἀνατιθέασι. [19] Μαῖα δὲ ἡ αὐτὴ τῇ Φερσεφόνῃ, ὡς ἂν μαῖα καὶ

etiam deos hos opifices ita nuncupant, ut Dianam lupam, Solem lacertum, leonem, draconem, accipitrem, Hecaten equum, taurum, leaenam, canem nominent. Proſerpinae autem, hoc eſt Φερεφάττης uocabulnm ἀπὸ τοῦ φέρβειν τὴν Φάτταν, hoc eſt a nutrienda palumbe plerique theologi interpretantur: quippe cum ſacra ipſi palumbes ſit. Vnde etiam ipſae Maiae ſacerdotes, eam ipſi dedicant. Maiam autem eandem eſſe quae Proſerpina, nemini dubium eſt: utpote quae μαῖα

hoc

ut primum ſit *Schroſae* cognomen, *Laros* autem pro *Lartes* dici. ſed illi *Thomaſ:* praeferebat *La Crozii* coniecturam, T. I. Theſ. Epiſt. p. 343. quaenam autem illa fuerit, non indicatur. Suſpicor dediſſe *Porph.* ὑπρους καὶ κάπρους (quae vox facillime in σκώπρους migrare potuit) οὔρσους τ. κ. μ. inde natum οὐρους cum litera σ. excidiſſet, quod cum librarius non adverteret, λὰ praefixit, uti pro λέαιναν ſtatim ἐλελέαιναν. *Urſos* etiam legit *Fel.* ſed pro σκώπρους, σκορπίους, hoc autem nomen non adeo frequens. nota obiter ab animantibus nomina hominibus indita, uti ipſis Diis factum vidimus & mox dicetur. Contra animalibus etiam hominum data nomina legimus. V. *Cuper:* Mon: Ant: p. 236. & 293. pro μερούλους perperam *Meerm.* μελούρους.

15. Ἄρτεμιν λύκαιναν.] Uti frater λύκειος. V. L. III, 17. ſic λυκείας nomen Dianae datum. In rei cauſſam inquirit *Pauſan:* in Corinth. p. 144.

16. Σαῦρον, λέοντα —] Pro σαῦρον opinor legi debere ταῦρον. ita enim aliquando appellari ſolere ſolem poſſem, ſi tanti eſſet, multis probare. Lacertum vero dictum fuiſſe nondum mihi conſtat. VALENT. Bene ſolem dicit λέοντα, iſtud quippe animal ſoli dicatum, eiusque multas apud gentes ſymbolum. V. *Cuper:* Harpocr: p. 10. *ſerpens* etiam peculiari ratione illi ſacratus, qua de re *idem* p. 62. De *accipitre* res e ſuperioribus notiſſima. Ταῦρος, quod hic melius convenit quam σαῦρος, etiam reſpectum habet ad ſolem, qua de re *Cuper:* l. l. p. 12. & Schol: *Stat:* in fine libri I. magis tamen ad lunam, uti ſtatim.

17. Τὴν δ' Ἑκάτην &c.] Nihil coniectura tantum fretus inmutare volui. quid vero ſuſpicer, nunc admonebo. puto igitur ταῦρον, λέαιναν legi debere, deleta particula δὲ, ut otioſa, vel potius ſententiam perturbante. VICTORIUS. Inepte ſcilicet in *Editione* principe legitur ἐλελέαιναν, quod tamen ipſum quoque eſt in *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* De Hecate eodem modo loquitur L. III. § 17. ubi vide.

18. Παρὰ τὸ φέρβειν τ. Φ.] Vid. *Voſſ:* de Idolol: L. II, 54. qui pro φέρβειν mallet φέρειν, quod quidem neceſſe non eſt. dictum hinc Φερεφάττιον, fanum Proſerpinae Athenis, de quo *Meurſ:* Ath: A. L. II, 16. de nomine iſto ſtatim plura.

19. Μαῖα δὲ ἡ αὐτὴ τῇ Φερσεφ.] Μαῖα etiam dicta Proſerpina. Vid. *Cuper:* Obſ. III, 10. quem *Φάτταν turturem* interpretari miror. Si turtures in cultu Deorum fuerint oblati, quod apud Hebraeos frequens fuiſſe novimus, rariſſime factum oportet. hoc certe in loco non dicitur, τρυγόνες & Φάτται

pror-

hoc eſt nutrix omnium ſit. terreſtris ſiquidem dea eſt, quae & Ceres. cui quoque gallum conſecrarunt. Vnde quoque effectum eſt, ut eius ſacerdotes a domeſticis auibus omnino abſtineant. Nam praecipitur etiam in Eleuſiniis, ut & a domeſticis auibus & piſcibus, & fabis, malis item & punicis & noſtratibus abſtineant. quarum ſtipitibus contactis perinde inquinantur, ac ſi mortua

καὶ τροφὸς οὖσα. [20] χθονία γὰρ ἡ θεὸς καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτὴ. καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα δὲ ταύτῃ ἀφιέρωσαν. διὸ καὶ ἀπέχονται οἱ ταύτης μύσαι [21] ὀρνίθων ἐνοικιδίων. παραγγέλλεται γὰρ καὶ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων καὶ [22] ἰχθύων καὶ κυάμων, [23] ῥοιᾶς τε καὶ μήλων, καὶ ἐπίσης μεμίανται οὐ [24] ϛελέχους ἅψασθαι ὡς τὸ

Y y θνη-

prorſus differunt, uti conſtat ex illis, qui de animalibus egerunt. Pro φερσεφονη. *Meerm.* περσεφόνη. & ſic effertur ſupra I, 25. *Moer:* Attic: p. 396. Φερεφάττα. Ἀττικῶς. Περσεφόνη, Ἕλληνες. aliquando dicitur etiam Φερσεφάττα & Περσεφάττα. Vid. ibi *Pierſon.*

20. Χθονία γὰρ ἡ θεὸς —] Cereri eiusque filiae Proſerpinae, promiſcuae fere adpellationes in veterum monumentis contribui ſolent. Vid. *Spanhem:* ad *Callim:* Hymn: in Cer: 133. Id ſingulare, quod Gallum Deae iſti conſecratum dicit, quem veteres Marti in primis & Aeſculapio ſacraſſe novimus. *Ovid:* tamen Faſt. I, 455.

Nocte Deae Nocti criſtatus caeditur ales.

21. Ὀρνίθων ἐνοικιδίων.] Prorſus uti ἐνοικιδίας vel ἐνοικιδίους ὄρνιθας dicit *Pollux* L. X, 156. mox κατοικιδίους adpellat, ut alii ſaepe. Vid. *Iungerm:* ad *Polluc:* qui *gallinas* eſſe docet, quae ſimpliciter ὄρνεις etiam. Vid. *Caſaub:* ad *Athen. I*, 15. Latinis *aves*, apud rei ruſticae ſcriptores, *Columel. VIII*, 5. & alios.

22. Ἰχθύων καὶ κυάμων.] Κυάμων ἀπέχεσθαι & ἰχθύων μὴ γεύεσθαι, quae erant inter ſymbola Pythagorae, quis non inluſtravit? Nihil mirabitur Eleuſinia haec Pythagorae decretis fuiſſe adfinia, qui ex eodem fonte derivata meminerit. Pro ἐλευσῖνι perperam dat *Lipſ.* ἐλεῦσιν.

23. Ῥοῖας τε καὶ μήλων.] Vid. *Iulian:* Orat. 5. pro matre Deorum. VALENT. Diſtinguitur Grammaticis ῥοιὰ *malus punica*, eiusque fructus ῥοὰ, quod tamen diſcrimen non eſt perpetuum. V. *Ammon:* in V. ibique *Valkenar:* & *Oudendorp:* ad *Mag: Thom:* lunguntur quoque *Comico* in Veſp. 1259. ἀντὶ μήλου καὶ ῥοῖας, quod per τῶν ἀκριλῶν ὄψων Critici veteres exponunt. Myſticum apud antiquos habitum fuiſſe hoc malum, eosque in Theſmophoriis aliisque ſacris eo abſtinuiſſe oſtendit *Spanhem:* de Uſ. & praeſt. num. Diſſ. VI. Erant etiam mala punica in ciſtis, quas in ſacris Eleuſiniis circumferebant feminae. Lege *Meurſ:* in Eleuſ: cap. 25.

24. Στελέχους ἅψασθαι —] Pro οὐ legendum τὸ. VALENT. Forte καὶ ἐπίσης μιάνει τὸ λεχοῦς ἅψασθαι, ὡς τὸ νηπιδίων. *pariter polluit attactus puerperae atque cadaveris.* REISK. Nec ſecus *Galeus* ad *Iambl:* Myſt: Sect. IV, 11. uti Pythagoras apud *Laërt:* purum ſe ſervabat ἀπὸ κήδους καὶ βρωτῶν νηπιδίων, ubi duo illa etiam iungi vides. Propius adhuc accedit ad ſcripturam vulgatam Clar: *Abreſch:* qui legebat τό τε λεχοῦς. λεχὼ quippe προσφατῶς τετοκυῖα, ut *Heſych:* dicitur, apud quem neſcio quare hanc vocem inmutatam velit *Spanh:* ad *Callim:* in Iov: 14. puerperas olim inpuras fuiſſe habitas ſatis conſtat. V. *Caſaub:* ad *Theophr:* C. E. p. 290. Lex Moſaica eſt notiſſima. Ab Aegyptiis aut Noäe liberis opinionem hanc profectam putat *Spencer:* Leg. Rit. I, 8. Nihil itaque mirum Pythagorae eiusque adſeclis haec fuiſſe probata. Similis ratio τῶν ἐμμήνων, de quibus ſupra L. II, 5. Nihil magis in proclivi eſt, ſi vulgatum tueri velis, quam pro οὐ refingere τοῦ.

25 θνησιδίων. ὅσις δὲ φασμάτων φύσιν ἱσόρησεν, οἶδεν καθ' ὃν λόγον ἀπέχεσθαι χρὴ πάντων ὀρνίθων, καὶ μάλιςα, ὅταν σπεύδῃ τις ἐκ τῶν χθονίων ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τοὺς οὐρανίους θεοὺς ἱδρυνθῆναι. ἀλλ' ἡ κακία, ὅπερ πολλάκις φαμὲν, ἱκανὴ συναγορεύειν ἑαυτῇ, καὶ μάλιςα, ὅταν ἐν οὐκ εἰδόσι ποιεῖται τοὺς λόγους. διὰ γὰρ τοῦτο οἱ μέτριοι τῶν κακῶν, ματαιολογίαν ἡγοῦνται τὴν 26 τοιαύτην παραίτησιν καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, 27 γραῶν ὕθλον, οἱ δὲ δεισιδαιμονίαν, οἱ δ' ἐπίδοσιν ἐν τῇ σφῶν πονηρίᾳ πεποιημένοι, 28 ἕτοιμοι, οὐ μονον βλασφημεῖν κατὰ τῶν ταῦτα παραινούντων τε καὶ ὑποδεικνύντων, ἀλλ' ἤδη καὶ 29 ἁγνὸν 30 εἰς γονη-

tua animalia contrectaſſent. Quicunque autem uiſionum quae φάσματα appellant, naturam perſpectam habet, is nouit quam ob cauſam ab omnibus auibus abſtinendum ſit: praecipue cum quis a terrenis abſolui, & ad coeleſtes deos transferri ſtuduerit. Sed improbitas, id quod ſaepe iam diximus, mirum in modum ad patrocinandum ſibi idonea eſt, praeſertim cum inter ignaros rerum uerba facit. Propterea enim fit, ut qui improbi mediocriter ſunt huiuscemodi monitionem alii uanitatem, & quod in prouerbio eſt, aniles nugas, alii ſuperſtitionem eſſe exiſtiment: qui uero in ſua prauitate iam proceſſerunt, non ſolum prompti paratique ad maledictis inceſſendum eos qui haec conſulunt, ac docent, uerum etiam caſtum & abſtinentem hominem quaſi arrogantem

25. Θνησιδίων.] Θνησείδια vocat ſupra III, 8. ubi vide. quod Noſter omnia cadavera polluere dicit, id alii ad corpus humanum reſtringunt, qua de re *T. Galeus* ad *Iamblich:* Myſt: Sect. VI, 1.

26. Τοιαύτην παραίτησιν.] Bene habet, *dehortationem*, *vetationem*, *deprecationem*, ut nolimus aliquid audere, vel uſurpare. Reisk. Correxerat quippe *Valent.* παραίνεσιν, quod legiſſe etiam videtur *Felic.* poſſet quis ei colorem quaerere e ſequenti παραινούντων. ματαιολογίαν Noſtri cum *Paullo* I. ad Tim. I, 6. conponit Cel. *Wetſtenius.*

27. Γραῶν ὕθλον.] Male ὑβλῶν *Meerm.* qui ο & ω ſaepe confundit. Platonis eſt in Theaet. p. 129. B. ταῦτα μὲν γάρ ἐςιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕβλος. *Suid:* Γραῶν ὕβλοι. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μάτην ληρούντων. Vid. Paroemiographos.

Mox ἐπίδοσις eſt *incrementum.* Lege *Albert:* ad *Heſych:* in V.

28. Ἕτοιμοι οὐ μόνον.] Scilicet εἰσὶ. Paſſim eo modo poſitam hanc vocem invenias. Conſule Cel: *D'Orvill:* ad *Charit:* L. I. c. 4. qui noſtro hoc loco utitur. Male *Meerm.* ἕτοιμον.

29. Ἁγνὸν.] Forte ἀγνείαν. & dein αὐτοῖς πρῶτον. *ſibimet ipſis.* Reisk.

30. Εἰς γονητείαν — διαβάλλειν.] Elegans loquendi uſus. nomen cum praepoſitione εἰς adiungitur verbis διαβάλλειν, λοιδορεῖν & ſimilem vim habentibus, notatque rem, quae alicui invidiam facere, vel vitium, quod alicui exprobrari poteſt. Ut ea quae molitus fueram inducam, fecit induſtria Cel. *Dukeri* ad *Thucyd:* L. VIII. c. 88. Statim pro ἐκ-

tem & praeſtigiatorem uituperare non dubitant. Sed iſti ſane & apud deos & homines cum meritas ſcelerum ſuorum poenas luant, ſua hac primum animi deprauatione ſatis idoneo ſupplicio afficiuntur. Nos uero ubi unius adhuc ex alienigenis gentibus, quae celebris ſit, iuſtaque & erga deos pia habita fuerit, mentionem fecerimus ad reliqua deſcendemus.

§ 17. Nam cum Indorum reſpublica in multas partes diſtributa ſit, genus quoddam ſapientum apud ipſos eſt, quos Graeci Gymnoſophiſtas uocare conſueuerunt. Horum duae factiones ſunt, Brachmanum altera, altera Samanaeorum

ητείαν καί τῦφον διαβάλλειν. ἀλλ' οὗτοι μὲν δίκας καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις ὧν ἁμαρτάνουσιν ἐκτίνοντες, αὐτοὶ πρῶτον τῇ τοιαύτῃ διαθέσει ἱκανὴν τιμωρίαν διδόασιν. ἡμεῖς δ' ἔτι τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἑνὸς μνημονεύσαντες, ἐνδόξου γε, καὶ δικαίου, περί τε τὰ θεῖα πεπιςευμένου εὐσεβοῦς, ἐπ' ἄλλα μεταβησόμεθα.

§ 17. [1] Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἐςί τι γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων· οὓς [2] Γυμνοσοφιςὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ δύο αἱρέσεις. ὧν τῆς μὲν, [3]

ἐκτίνοντες male *Meerm.* ἐκτείνοντες, & tum αὐτῇ.

1. Ἰνδῶν γὰρ τῆς &c.] De his loqui putem *Theophr:* H. Plant: L. IV. c. 5. Καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν οἱ σοφοὶ καὶ ἀπεχόμενοι. vertunt, *hoc ſapientes Indorum, qui nudi degunt, cibo utuntur.* ſubſtituunt quippe οἱ σοφοὶ οὐκ ἀμπεχόμενοι. *non poſſunt veſci & abſtinere*, dicit *Scaliger:* ſed οἱ ἀπέχομενοι, abſtinentes illi per excellentiam, de quibus dicit Noſter, eo fructu non veſcebantur. Indis hiſce multa fuerunt communia cum Aegyptiis, idque *La Crozius* inde arceſſit, quod Aegyptiorum fuerint coloni, uti ſupra obſervavimus. Ea tamen ſententia multis premitur difficultatibus, quae apud *Brucker:* in Theſ. Epiſt. *La Crozii* T. I. p. 70. legi poſſunt. Quod ſi ex India potius in Aegyptum commigraſſe putes, inde erit, quod *Philoſtr:* Gymnoſophiſtas collocet in Aethiopia ad Nilum amnem. Conf. *L. Vives* ad *Auguſt:* de C. D. XIV, 17. Sed per Perſas etiam accipere potuerunt, quibus Indos hic Noſter ſubiungit, eosque plura cum Aegyptiis communia habuiſſe alibi vidimus. Perſae quippe, Arabes, aliaeque ſeptemtrionales Aſiae gentes Indiam olim incolis locupletarunt, qua de re Inl: *La Crozius* L. VI. Hiſt: Chriſt: Ind: Immo Gymnoſophiſtas ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων dicit Clearchus apud *Diog: Laërt:* in proöem.

2. Γυμνοσοφιςὰς καλεῖν.] Latine haec expreſſit *Hieron: II.* Adv: Iovin: 14. *Bardeſanes vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos, Gymnoſophiſtas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas: alterum Samanaeos. qui tantae continentiae ſunt, ut vel pomis arborum, iuxta Gangem fluvium, vel publico orizae vel farinae alantur cibo.* De nominis ratione, ac quo ſenſu *nudi* fuerint, vide quae diſputat *Wolf:* ad *Origin:* Phil. c. 24. De Philoſophis Indorum late etiam *Diod: Sic:* L. II. c. 40. ubi multa praeclare obſervavit *Weſſelingius.*

3. Βραχμᾶνες — Σαμαναῖοι.] Primam ſyllabam in προίσανται neglexit *Meerm.* & ſtatim dat ἱερετείαν. De Samanaeis paullo poſt. De Brachmanibus egerunt innumeri. quam plurimos excitatos vide a *Wolfio* ad *Origin:* Phil. c. 24. & de antiquis illis & de hodiernis,

37. Φησὶν Ὅμηρος.] Iliad. E. verſ. 341.
Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον.
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

38. Τροφὴ ὑπῆρχεν ἐφόδιον.] Eleganter dictum. ἐφόδιον eſt proprie *viaticum*, ſeu adiumentum itineris conficiendi, ſed inde latius omne id quo tanquam inſtrumento & ſubſidio in rem aliquam utimur. ἐλευθερίας ἐφόδιον *Ariſtid.* T. I. p. 101. σπέρματα καὶ ἐφόδια εἰς φιλοσοφίαν λαμβάνειν *Aelian:* V. H. L. IV, 9. ἔνιοι πατρίδος ἔρησιν, καὶ χρημάτων ἀποβολὴν ἐφόδιον σχολῆς καὶ φιλοσοφίας ἐποιήσαντο. *Plut.* T. II. p. 87. A. Sic & ἐφοδιάζειν. *Diod: Sic:* L. V, 34. ἐφοδιάσαντες αὐτοὺς ἀλκῇ καὶ τοῖς ὅπλοις. ubi vid. *Weſſeling.*

39. Πόσῳ ἂν.] Forte τόσῳ aut τοσούτῳ. Reisk. Illa ὅσῳ κ. ἀ. deſunt *Meerm.*

40. Τῇ τούτου προθ.] Τῇ τούτου (ſcilicet τοῦ θνητοῦ) προσθέσει. Reisk. Optime. vide quae notata ſunt ad L. III. § 21.

41. Ὡς φησὶ Θεόφρ.] Reſpici videntur illa quae περὶ ψυχῆς commentatus fuit *Theophraſtus*, in opere de quo *Fabric:* Bibl: Graec: L. III, 9, 17. Eadem haec Theophraſti laudat *Plut:* (quem adſcripſerat etiam Cl: *Abreſch:*) T. II. p. 135. A. Θεόφραστος ἀληθὲς εἶπεν, εἰπὼν ἐν μεταφορᾷ, πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν. Statim *Reiskius* in activo προστιθείσης. *adponente.*

42. Τοῦ σώματος ἐπισχὼν.] *Cod. Lipſ.* ἐπεσχὼν. Voluit forſitan ἐπέχων. Reisk.

43.

43 πρὸς οἷσπερ ὢν καὶ θεὸς, ἐστὶ θεός. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί ἂν τις ἀποκλαύσαιτο πρὸς ἀνθρώπους τοσοῦτον ἐσκοτωμένους, ὡς τὸ ἑαυτῶν κακὸν περιέπειν, μισεῖν δὲ πρῶτον μὲν ἑαυτοὺς, καὶ τὸν ὄντως αὐτοὺς τεκόντα, ἔπειτα καὶ τοὺς ὑπομιμνήσκοντας, κἀκ 44 τῆς μέθης ἀνανῆψαι παρακαλοῦντας; 45 διὸ μήποτε τῶν τοιούτων ἀφεμένους, χρὴ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν ζητημάτων μεταβαίνειν.

interuallo in optimis uerſaretur: in quibus deus cum ſit, eſt deus. At enim quid haec deplorare apud homines eos debemus, qui adeo tenebris ſunt inuoluti, ut & malum ſuum foueant: & odio proſequantur primum ſe ipſos, & qui reuera ipſos genuit, deinde eos qui commonefaciunt, atque ut ex ebrietate reſipiſcant, hortantur, atque incitant? Iccirco rectius fortaſſe erit, ut his omiſſis ad reliqua quae reſtant excutienda tranſeamus.

§ 21. Οἱ γὰρ δὴ πρὸς τὰ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἡμῖν παρατεθέντα νόμιμα, 1 ἀντιπαράγοντες Νομάδας, ἢ Τρωγλοδύτας ἢ Ἰχθυοφάγους, 2 ἀγνοοῦσιν ὡς δι' ἀνάγκην, τῆς χώρας ἀ-

§ 21. Nam qui ad gentium inſtituta quae expoſuimus, Nomadas, uel Troglodytas, uel Ichtyophagos opponunt, ii uidentur ignorare huiuscemodi populos ex regionis infoecundita-

43. Πρὸς οἷσπερ ὢν.] *Lipſ.* ὦ. volebat ὢν, quod ſine dubio verum eſt, & in *Meerm. Cod.* legitur. Viderat quidem *Valent.* ſed malo conſilio ὦν in textu dederat. Sequebatur *Edit. Gallicum*, & hic pro more ſuo vitium typographicum *Edit. Florent.*

44. Τῆς μέθης ἀνανῆψαι.] Paſſim ἀνανήφειν de illis qui ex metu, ira, amore &c. ſe recolligunt. Vid. *D'Orvill:* ad *Charit:* L. III, 1. qui inluſtrat etiam illa *S. Paulli* II. ad Tim. II, 26. ubi ſegetem exemplorum conduxerunt Philologi. Speciatim hoc in loco eſt, ex *ebrietate ad ſe redire*, uti *Lucian:* Hermot: 83. ἐκ μέθης ἀνανήφων, & plures, quos ibi iam excitatos video. Idem eſt ἐκνήφειν I. ad Corinth. XV, 34. ubi *Alberti.* corrupte *Meerm.* ἀναμῆναι.

45. Διὸ μήποτε τῶν —] Μήποτε poteſt defendi. ſubauditur ὁρᾶ. *vide num ſit tranſeundum.* malim tamen ἤδη ποτέ. *tandem aliquando.* Reisk. Poſſes etiam δήποτε *tandem*, quod blandiebatur Cel: *Abreſchio.* Solent autem Graeci ante μήποτε reticere ὁρᾷς, βλέπεις vel σκοπεῖν. Simpliciter quoque verti poſſet, *ideo fortaſſe oportebit, melius erit.* Vide quae de voculae uſu erudite differit ad inmerito vexatum *Matth.* locum, Cap. XXV, 9. Cel: *Alberti.*

1. Ἀντιπαράγοντες Νομάδας —] Reſpiciunt haec ad illa quae ſupra L. I. § 5. obmoverat. Expreſſit *Hieron:* L. II. Adv: Iovin: c. 7. *Nomades & Troglodytae, & Scythae & Hunnorum nova feritas, ſemicrudis veſcuntur carnibus. Porro Ichthyophagi, gens errans in litore maris rubri, ſuper petras ſolis calore ferventes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant. Diod. Sic.* L. III, 32. Οἱ τοίνυν Τρωγλοδύται προσαγορεύονται μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Νομάδες, βίον ἔχοντες ἀπὸ θρεμμάτων νομαδικῶν. ubi obſervat Magnus Commentator, Troglodytarum ſedem noſtro tempore tenere *Beklenſes*, eosque idem vitae inſtitutum ſectari.

2. Ἀγνοοῦσιν —] Circa hunc locum adſcriptum erat in margine *Cod. Lipſ.* neſcio ſcholiumne an varians lectio. τὴν φύσιν τῆς χώρας

tate quae adeo ſterilis eſt cautibusque atque harenis obſita, ut ne herbas quidem ullas producat, ad hanc alimenti neceſſitatem fuiſſe inductos. Cui rei illud argumento eſt, quod neque igne ob inopiam materiae & lignorum uti poſſunt: ſed in ſaxis ſole feruentibus, & harena piſces torrent. Atque hi quidem neceſſitate coacti ita uiuunt. Quod ſi nationes aliquae reperiantur, quae immanes, atque efferatae naturae ſint, non propterea conuenit, ut ex illis aequus rerum aeſtimator toti humano generi calumniam inferat. Nam eo modo non tam caeterorum animalium, quam hominum quoque eſus, reliquaque omnis feritas in controuerſiam uentura eſt. Maſſagetas enim & Derbicas hiſtoriae tradunt, ex cognatis ſuis eos exiſtimare mi-

ἀκάρπου οὔσης ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς μηδὲ βοτάνας φέρειν, [3] θῖνας δὲ μόνον καὶ ψάμμον, ἐπὶ τοῦτο περιέσησαν τῆς τροφῆς τὸ ἀναγκαῖον. τεκμηριοῖ δὲ τὸ τῆς ἀνάγκης τὸ μηδὲ τῷ πυρὶ χρῆσθαι δύνασθαι, ἀπορίᾳ καυσίμου ὕλης. [4] ἐπὶ δὲ τῶν πετρῶν ἀφαυαίνειν ἢ τῆς θινὸς τοὺς ἰχθῦς. καὶ οὗτοι μὲν δὴ ἀνάγκην. [5] τινὰ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται καὶ ἔξι φύσει θηριώδη. ἐξ ὧν οὐ προσήκει τοὺς εὐγνώμονας τῆς [6] ἀνθρωπίνης καταψεύδεσθαι φύσεως. ἐπεὶ οὕτω γε ἀμφισβητήσιμον ἔσαι οὐ μόνον τὸ τῆς ζωοφαγίας, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀνθρωποφαγίας καὶ τῆς [7] ἄλλης ἡμερότητος. [8] ἱστοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ Δέρβικες ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκεί-

ρας ὡς σχεδὸν ἀνεπιτηδεία πρὸς δίκησιν. videtur indiculus, memoriae ſubſidium, eſſe. ſed σῆ initio deeſſe h. e. σημείωσαι. REISK.

3. Θῖνας καὶ ψάμμον.] *Cautes & arenas* dedit interpres, cum ſecundum Grammaticorum praecepta, θῖνας proprie dicant Graeci τοὺς ἀμμώδεις αἰγιαλοὺς, non πετρώδεις, qua de re *Caſaub:* ad *Strabon:* L. VIII. p. 128. & mox etiam diſtinguuntur.

4. Ἐπὶ δὲ τῶν πετρῶν.] Id etiam dixit L. I. § 13.

5. Τινὰ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρ.] *Ariſtoteli* & aliis ἄνθρωπος ζῶον ἥμερον φύσει. humanitatis tamen illum ſenſum quaedam gentes exſuiſſe videntur, de quibus iuris naturalis interpretes debent conſuli. Lege *Grot:* de Iur: B. & P. L. I, 1, 12.

6. Ἀνθρωπίνης καταψ. φύσεως.] Ita καταψεύδεσθαι φύσεως L. I. § 36. ubi vide. ſaepe etiam φύσις ἀνθρωπίνη. Vide ad I, 9.

7. Ἄλλης ἡμερότητος.] Imo vero ἀγριότητος. REISK. *Valent.* correxerat ἀνημερότητος. Vulgatum ſine dubio vitioſum eſt, licet omnium codicum auctoritate munitum. Proxime ad vulgatum accedes, ſi legas θηριότητος. uti φύσις θηριώδης paullo ante dicitur. vitioſitatis conſummatiſſimae genus θηριότητα adpellat Ariſtot. V. *Caſaub:* ad *Athen:* I, 16.

8. Ἱστοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ —] Haec usque ad illa καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήσας exſcripſit *Euſeb:*, ſed ſuppreſſo auctoris nomine, L. I. P. E. p. 11. D. Latine etiam transtulit, licet haud optime, (uti ſtatim *qui aegrotatione moriuntur*, id enim non eſt αὐτομάτως, ſenſum licet recte exprimat) *Hieron:* L. II. Adv: Iovin: c. 7. Tangunt & alii mores illos, de quibus ibi V. D. in notis, & *Fabric:* ad *Sext. Empir.* Pyrrhon: Hyp: III, 24. p. 184. Per Euangelii doctrinam barbaram illam

κείων τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαντας. διὸ καὶ φθάσαντες καταθύουσιν καὶ [9] ἐσθίονται τῶν φιλτάτων τοὺς γεγηρακότας. [10] Τηβαρηνοὶ δὲ ζῶντας κατακρημνίζουσιν τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. Ὑρκάνιοι δὲ καὶ Κάσπιοι, [11] οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ δὲ

miſerrimos qui naturali morte e uita deceſſerint: atque iccirco ſenes ſuos praeuenientes mactare ac comedere. Tibareni propinquiſſimos ſuos ſenes adhuc uiuentes e rupibus praecipitant. Hyrcani & Caſpii, alii uiuentes, alii mortuos auibus & canibus deuorandos exponunt. Scythae uiuos ſi-

lam conſuetudinem ſublatam dicit *Theodor:* Serm: de Leg: p. 615. & *Euſeb:* P. E. l. p. 11. Romanorum inſtitutis tribuit *Plin. XXX*, 1. Legi autem merentur quae ad excuſandos Scythas, quorum ἀνθρωποφαγία paſſim notatur, ſcripſit Doct: *Pelloutier:* Hiſt: Celt: L. II. c. 3. Quum nihil ſit optabilius quam naturae fato decedere, mireris merito in gentibus nonnullis inſanum illum violentae mortis amorem. Quod ipſi ſibi fatum maturaverint, id quidem gloriae ſtudio contribui poteſt. *Quippe omnis in armis Lucis cauſſa ſita, & damnatum vivere paci*, ut de Cantabris *Sil. Ital.* L. III, 320. Cimbri & Celtiberi *in acie gaudio exſultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri. Val. Max. II*, 6, 11. Quod vero ſuis vitam eriperent, id ex perſuaſione iſta, qua poſt hanc vitam feliciores beatioresque credebant illos, qui tali modo periiſſent. De Thracibus *Solin:* c. 10. *concordant omnes ad interitum voluntarium, dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reverti, alii non exſtingui, ſed beatas magis fieri.* Conſer etiam *Pelloutier:* l. l. L. III, 18.

9. Ἐσθίονται τῶν φιλτ. τοὺς γεγηρ.] Maſſagetas parentes ἐσθίειν dicit etiam *Salluſt:* de Mund. c. 9. Si ad extremam ſenectutem perveniſſent, obtruncabant ac devorabant, ſi morbo exſtinguerentur, tumulo condebant. Conſ. V. D. ad Fragm. Pythag. apud *Galeum* Op. Myth. Phyſ. & Eth. p. 713. Nota etiam vocem καταθύειν qua ſignificanter utitur, vult enim ſenes iſtos tanquam victimas fuiſſe mactatos. Eſt quippe καταθύειν Diis in altari victimas obferre, quarum pars comedebatur. Vid. *Periz:* ad *Aelian:* V. H. IV, 1. Pro φθάσαντες *Cod. Meerm.* φθάσαντας.

10. Τηβαρηνοὶ δέ ζῶντ. —] Tales Cantabri apud *Sil. Ital.* L. III, 318.

Mirus amor populo, cum pigra incanuit aetas,
Inbelles iam dudum annos praevertere ſaxo.

qui Noſtro Τηβαρηνοὶ *Euſebio* Τιβαροὶ. *Theodor:* Τιβαρηνοὶ vocantur, eoque modo plerumque efferuntur & h. l. ſic *Meerm.* licet in nomine illo paſſim varient codices. Conſ. V. D. ad *Steph: Byzant:* in V. & *Weſſeling:* ad *Diod:* L. XIV, 30. Male autem haec vertit *Hieron: Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendunt in patibulis*, cum debuiſſet *praecipitant*, ut *Coteler:* ad Recogn: Clem: T. I. P. A. p. 584. & alii notarunt. ſolent tamen vocabula illa confundi. certe ſimplex κρεμνάω & κρήμνυμι idem aliquando eſt quod κρεμάω *ſuſpendo*, qua de re *Kuhn:* ad *Diog: Laërt: VI*, 50. *Barneſ:* ad *Eurip:* Herc: Fur: 520. & alii. Utique apud Scythas ſepulturam beatam fuiſſe habitam, ut cruci aut palo mortui ſuffigerentur, praeter alios docet *Plut:* T. II. p. 499 C. Colchi pellibus inſutos ex arboribus ſuſpendunt apud *Aelian:* V. H. IV, 1. quod tamen de ſolis viris intelligendum eſſe ſuadet *Apollon: Rhod:* L. III, 208. Neque Germanis, Scythrarum ſoboli, inſolitum fuiſſe laqueo vitam finire, docet Bardeſanes apud *Euſeb:* P. E. L. IV. p. 277. D.

11. Οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν —] Hyrcanorum illam inmanitatem multi notarunt. Vid. *Menag:* ad *Diog: Laërt: VI*, 79. Hyrcanios & Caſpios hominum cadaveribus ſe alere dicit *Theodor:* p. 615. quod paullum abit a No-

ſimul ſepeliunt, & ſupra rogum iugulant eos, quos mortui praecipue dilexerunt. Bactriani eos qui conſenuerunt, uiuos canibus proiiciunt. Quam quidem conſuetudinem cum abrogare tentaſſet Staſanor Alexandri praefectus fere imperium amiſit. Sed ſicut neque horum exemplo humanitatem erga homines exuendam cenſuimus, ita neque ſequi eas nationes debemus, quae neceſſitate carnibus ueſcuntur. Sed illi imitandi nobis ſunt qui pie ſe gerunt, diisque magis addicti uitam traducunt. Male enim uiuere & non prudenter & temperanter & ſancte, Democrates eſſe non male uiuere, ſed diu mori aſſerebat.

δὲ τεθνεῶτας. [12] Σκύθαι δὲ συγκατορύττουσιν ζῶντας, καὶ ἐπισφάττουσι ταῖς πυραῖς, οὓς ἠγάπων οἱ τεθνεῶτες μάλιστα. καὶ Βάκτριοι μέντοι κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας τοὺς γεγηρακότας. καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήσας καταλῦσαι [13] Στασάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου ὕπαρχος, μικροῦ τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλεν. ἀλλ' ὥσπερ οὐ διὰ τούτους τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἡμερότητα κατελύσαμεν, οὕτως οὐδὲ τὰ δι' ἀνάγκην σαρκοφαγοῦντα ἔθνη μιμησόμεθα, τὰ δὲ εὐσεβῆ καὶ [14] θεοῖς μᾶλλον ἀνακείμενα. τὸ γὰρ [15] κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως καὶ σωφρόνως καὶ ὁσίως [16] Δημοκράτης ἔλεγεν οὐ κακῶς ζῆν εἶναι, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήσκειν.

§ 22.

Noſtro. Verum & Hyrcanis, & Bactriis, de quibus Noſter idem ſtatim adfirmat, nec aliud Oritis ſepulturae genus plerique tribuunt. Conf. *Weſſeling:* ad *Diod:* L. XVII. c. 105. De Perſis id quoque ſignificat *Theodoret:* Serm: de Leg. p. 614. Illas itaque gentes reſpicit *Euſeb:* D. E. L. IV. p. 161. C. & L. V. p. 205. B.

12. Σκύθαι δὲ —] Supra L. III, 17. Scythae dicuntur τοὺς πατέρας ἐσθίοντες. Sed uti nomen latiſſime patebat, ſic diverſi etiam in hiſce erant mores. conſtat enim Scythis etiam, ut & Indis, aliisque gentibus in more fuiſſe poſitum ſuos comedere, qua de re *Periz:* ad *Aelian:* V. H. IV, 1. de Maſſagetis & Derbicibus ſtatim id Noſter dixit.

13. Στασάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου —] Significatur Staſanor, unus de amicis Alexandri M. qui poſt illius obitum etiam provinciam ſortitus fuit, de quo *Strabo*, *Diod: Sic:* & alii. Vid. *Meurſ:* in Cypr: L. I, 25. & II, 31. male apud *Iuſtinum* L. XIII, 4. vocabatur *Statanor.* ſed verum nomen iam reddiderunt interpretes. *Fabricio* ad *Sext. Empir:* Pyrrhon: Hypoth: L. III, 24. p. 179. ex *Hieronymo* citatur *Nicanor.*

14. Θεοῖς μᾶλλον ἀνακείμενα.] Notum loquendi genus. ἀνακεῖσθαι θεοῖς dicuntur ea omnia quae Diis ſunt devota ac dicata. ita *Salluſt:* de Mund: apud *Galeum* Opuſc: Myth: Phyſ: & Eth: p. 248. & alii. Explicat *Clem: Alex:* μόνοις δ' ἐξὴν ἐπιβαίνειν τοῖς ἱερωμένοις, τούτεστι, τοῖς ἀνακειμένοις τῷ Θεῷ. Strom: L. V. p. 555. C.

15. Κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως —] Uti ſupra iunguntur σώφρων, καὶ ὅσιος, καὶ δίκαιος. L. II. § 60. ubi vide. Sententiam ipſam egregie inluſtrarunt *Caſaub:* ad *Perſ:* Sat. V, 152. & *Gatak:* ad *M. Anton:* L. IX. § 2. qui nec huius loci fuerunt obliti.

16. Δημοκράτης.] Forte Δημόκριτος. ego quidem illum Democratem ignoro. Reisk. Nomina ſane haec librariorum incuria ſaepe confunduntur. *Democratis* Aur: Sentent: Pythag: habemus apud *Galeum* in Opuſc: Myth: Phyſ: & Eth: & plures huius nominis recenſet *Fabric:* Bibl: Graec: II, 13.

1.

§ 22. Λοιπὸν δὲ καὶ κατὰ ἄνδρα ὀλίγας μαρτυρίας τῆς ἀποχῆς παραφέρωμεν· ἓν γὰρ καὶ τοῦτ' ἦν τῶν ἐγκλημάτων. Τῶν τοίνυν Ἀθήνῃσι νομοθετῶν, Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν. [1] περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι [2] Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. [3] Γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς [4] καρποῖς ἀγάλλειν. [5] Ζῶα μὴ σίνεσθαι. τοὺς μὲν οὖν δύο, καλῶς παραδοθῆναι· δεῖ γὰρ τοὺς μὲν γονεῖς, εὐεργέτας ἡμῶν γεγενημένους,

§ 22. Reſtat, ut ſingulorum uirorum pauca quaedam abſtinentiae teſtimonia proferamus. Vnum enim etiam hoc erat, quod obiiciebatur. Legiſlatorum Athenienſium Triptolemum uetuſtiſſimum fuiſſe accepimus: de quo Hermippus in ſecundo de legumlatoribus libro in hunc modum ſcribit: Aiunt etiam Triptolemum Athenienſibus leges ſanxiſſe. Ex legibus eius tres adhuc ſanctiones Eleuſi extare Xenocrates Philoſophus aſſerit. Parentes honorare: Deos fructibus colere: Animalia non laedere. ac duo quidem recte fuiſſe inſtituta ait. debemus enim & parentibus, quippe qui de nobis optime

1. Περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ ——] Sic etiam *Diog: Laert:* in Pyth: citatur ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν. Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν laudat *Origen:* Contr. Celſum L. I. p. 333. Plures fuerunt huius nominis. ac *Smyrnaeo* quidem illum librum περὶ νομοθετῶν tribuit *Voſſius* de Hiſtor: Graec: I, 16. alio tamen in loco Hermippo *Berytio*, qui vixit tempore Imperatoris Hadriani. De quo errore *Spencer:* ad *Origen:* l. laud. Adi etiam *Fabric:* Bibl: Graec: L. II, 14, 17.

2. Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος.] Et huius nominis diverſi fuerunt, atque inter illos Xenocrates medicus *Aphrodienſis*, qui ſcripſit περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, ſeu, ut *Clem: Alex:* Strom: L. VII. p. 717. dicitur περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, de quo & aliis lege *Fabric:* Bibl: Graec: L. III. c. 3. Vertit haec *Hieron:* L. II. Adv: Iovin: 14. *Xenocrates Philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenienſes tria tantum praecepta in templo Eleuſinae reſidere ſcribit: honorandos parentes, venerandos Deos, carnibus non veſcendum.* Poſtrema illa non ſatis recte, uti ſtatim dicetur.

3. Γονεῖς τιμᾶν.] Poſſes quoque connectere τοὺς δὲ γον. τ. ut *Cod. Meerm.* & *Marsham:* Can: Chron: Sec. IX. qui hoc cum Hebraeorum praeceptis conponit. Pulcre *Eurip:* in Antiop: 42.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρή σ' ἀσκεῖν ὦ τέκνον,
Θεούς τε τιμᾶν τούς τε βρέψαντας γονεῖς.
Νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος.

Putabat V. D. legem hanc ante oculos habuiſſe Menandrum in Fragm. p. 238.

Νόμος γονεῦσιν ἰσθέους τιμὰς νέμειν.

Sed praeceptum hoc plerisque populis eſt frequentiſſimum.

4. Καρποῖς ἀγάλλειν.] Ἀγάλλειν ſaepe exprimit cultum quem ſummo Numini aut aliis debemus, adeoque ſatis recte ab *Hieronymo* verſum eſt. *Salvinio* tamen ad *Petiti* Leg. Attic. I, 1. p. 68. potius vertebatur *Deos frugibus hilaranto*, quam egregie verſionem ibi adſeruit *Weſſelingius.*

5. Ζῶα μὴ σίνεσθαι.] *Hieronym:* dabat *carnibus non veſcendum.* Latius haec patent. vetantur quippe animalium victimae. Res clara ex illis quae brevi poſt ſequuntur, διὰ τὸ προστάξαι τοῖς καρποῖς —— εἰ μὴ γέγονε-

το

me meruerunt, uiciſſim pro uiribus gratias reddere : & diis ex iis quae utilia ad uitam nobis largiti ſunt, primitias offerre. De tertio inquirendum putat, quid ſibi uoluerit Triptolemus cum ab animalibus abſtinendum praeceperit. utrum quia omnino eſſe indignum opinabatur, ut cognata interficerentur: an quia euenire animaduertebat, ut utiliſſima animalia in cibum ab hominibus ſumerentur. Cum uellet itaque mitem hominum uitam reddere, dediſſe operam, ut quae cum hominibus degerent animalia, maximeque eſſent manſueta, conſeruarentur. Niſi fortaſſe quia cum fructibus deos colendos iuſſiſſet, cultum hunc magis ratum fore exiſtimarit, ſi diis ex animalibus ſacrificia minime fierent. Cum uero multae etiam aliae cauſae huiuſce ſanctionis a Xenocrate non admodum exquiſitae illae quidem afferantur, nobis tantum ex his illud ſatis eſt, quod hoc inſtitutum a Triptolemo etiam fuiſſe conſpicitur. Vnde poſtea iniuſte ſe gerentes ubi animalium eſum aggres-

νους, ἀντευποιεῖν ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται· τοῖς θεοῖς δὲ, ἀφ' ὧν ἔδωκαν ἡμῖν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον, [6] ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι. περὶ δὲ τοῦ τρίτου διαπορεῖ τί ποτε διανοηθεὶς ὁ Τριπτόλεμος παρήγγειλεν [7] ἀπέχεσθαι τῶν ζώων. πότερον γάρ, φησιν, ὅλως οἰόμενος εἶναι δεινὸν τὸ ὁμογενὲς κτείνειν, ἢ συνιδὼν, ὅτι συνέβαινεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὰ χρησιμώτατα τῶν ζώων εἰς τροφὴν ἀναιρεῖσθαι, βουλόμενον οὖν ἥμερον ποιῆσαι τὸν βίον, πειραθῆναι καὶ τὰ συνανθρωπεύοντα καὶ μάλιστα τῶν ζώων ἥμερα, [8] διασώζειν. εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ προσάξαι τοῖς [9] καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν, ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν τιμὴν ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. πολλὰς δὲ αἰτίας τοῦ Ξενοκράτους καὶ ἄλλας οὐ πάνυ ἀκριβεῖς ἀποδιδόντος, ἡμῖν αὐτάρκες τοσοῦτον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τοῦτο νενομοθέτητο ἐκ τοῦ Τριπτολέμου. ὅθεν ὕστερον παρανομοῦντες, ὅτε ἥψαντο τῶν ζώων

το τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. Conf: *Weſſeling:* ad *Petiti* Leges A. L. II, 4. p. 245.

6. *Ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι.*] Mos vetuſtiſſimus, ut Deos Deasque oblatis frugum primitiis venerarentur. quod e *Noſtro* quoque oſtendit Vir Praeclarus ad *Diod:* L. I, 14. In gente Hebraea idem uſitatum fuiſſe ſacrae tabulae docent, idque *ὑπεκθέσει δουλεύων*, ex antiquiſſimo illo primitias obferendi more derivat *Spencer:* Leg. Rit. III, 9.

7. *Ἀπέχεσθαι τῶν ζώων.*] Non voluit Triptolemus animantia plane non occidi, neque in uſus alimenti humani traduci, ſed noluit tantummodo ea, quae utilia eſſent labori ruſtico ſublevando, exſcindi & exſtirpari. Exemplum hoc ergo videtur alienum. Reisk.

8. *Διασώζειν.*] Huc usque verba Hermippi, ſequentia ſunt Porphyrii. Reisk.

9. *Τὴν τιμὴν ταύτην.*] Haec peſſime habita ſu-

μετά πολλῆς ἀνάγκης καὶ ἁμαρτημάτων ἀκουσίων, ὥσπερ ἐπεδείξαμεν, ἐπὶ τοῦτο πεπτώκασιν. ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. [10] Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. [11] Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ [12] ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, [13] πελάνους ἐπετείους. Τοῦ νόμου ἀπαρχαῖς καρπῶν, οἷς χρῆται ὁ ἄνθρωπος, τιμᾶν τὸ θεῖον προσάττοντος [14] καὶ πελάνοις.

greſſi ſunt multa cum neceſſitate, & peccatis inuoluntariis ſicut demonſtrauimus, ad huiuscemodi conſuetudinem prolapſi ſunt. Nam Draconis quoque lex huiusmodi memoriae proditur. Ius aeternum Atticam incolentibus quod ratum in omne tempus habeatur. Deos uenerationi eſſe & heroas indigenis in publico leges patrias ſequentibus, & priuatim pro uiribus, cum bona uerborum auſpicatione, & fructuum primitiis, libisque anniuerſariis. Vbi primitiis fructuum quibus ueſcitur homo & libis uenerandum eſſe numen lex iubet.

fuerunt ab *Editore Lugdun:* & *Cantabr:* qui vocem τιμᾶν omiſerant, quam in ſedem ſuam revocavi uti in *Edit. principe*, & *Cod. Lipſ.* ac *Meerm.* factum fuit. Pulcre etiam viderat *Abreſchius.* Paullo poſt τοῦτο ante νενομοθέτηντο deerat *Lipſ.*

10. Θεσμὸς αἰώνιος.] Θεσμοὶ Athenis leges dicebantur, κατ' ἐξοχὴν autem hae Draconis, quia ab hoc vocabulo incipiebant. Lege V. D. ad *Aelian:* V. H. VIII, 10. & *Meurſ:* in Solon: c. 13.

11. Θεοὺς τ. κ. ἥρωας ἐγχωρίους.] Uti θεοὺς ἐγχωρίους & ἐντοπίους ſaepe veteres memorant, Vid. *Cuper:* Obſ. L. III, 16. Saepe etiam iungunt θεοὺς καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, qua de re *Duker:* ad *Thucyd: IV*, 87. Quum autem haec Draco ſanciverit parum adcurate *Max: Tyr:* Diſſ. IV, 10. ſcribit neque Solonem, neque Draconis leges tradidiſſe τί τὸ δαιμόνιον, πῶς δεῖ τιμητέον.

12. Ἐμποένοις νόμοις πατρίοις.] Petit. legit ἐμποινίμοις & lin. pen. καὶ πελάνοις ἐπετείοις. Vid. in Leg. Att. in princ. Mallem ἑπομένως. VALENT. Petiti lectio ſe probaſſe videtur etiam Ampl: *Cupero* Obſ: III. cap. 16. ſed recte confutata a *Weſſelingio* ad Leg. Att. p. 69. qui ἑπομένους, vel potius ἑπομένως reſtituit. *Cod. Lipſ.* ac *Meerm.* dant ἑπομένοις, & ſic reſtituebat *Daviſ:* ad *Cicer:* de Leg: p. 36. ut monebat Clar. *Abreſch:* cui voci in textu locum feci. Nam ridiculum illud ἐμποένοις, quod antea legebatur, e vitio typothetae Florentini ſtulto errore in ſequentes editiones fuit derivatum, cum ille debuiſſet dare id, quod nunc vides. Bene πατρίους νόμους dicit, quod alii etiam πατρῴους. Vid. ad L. 1. § 20. Nihil autem aeque ſtudebant veteres quam ne legum id genus negligeretur. Adſcribam unice Socratis reſponſum apud *Xenoph.*, quia legem hanc Draconis reſpicere videtur. Is interrogatus, an liceret cuilibet Deos pro arbitratu ſuo colere, reſpondebat: οὐκ, ἀλλὰ νόμοι εἰσὶ καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. Vid. *Marcil:* ad Carm. Aur. Pyth. p. 344.

13. Πελάνους ἐπετείους.] Immo vero καὶ πελάνοις ἐπετείοις, vel πελάνοις ἐπετείοις, uti dudum a viris Eruditis emendatum eſt, *I. Meurſ:* Them. Att. I, 1. *P. Petito*, quem ſequitur *G. Cuper:* Obſ. III, 16. & aliis. nihil tamen adiutamenti fert *Lipſ. Cod.* ſed *Meerm.* id forte voluit, nam ους non tantum, ſed aliquando οις quoque, eo modo, quo hic fit, efferre ſolet. πέλανοι quid fuerint, Vid. ad II, 6.

14. Καὶ πελάνοις.] Deſunt in fine libelli non pauca, exempla ſcilicet virorum ex omni antiquitate Graeca & Romana illuſtrium, qui ſe carnibus abſtinuere, una cum peroratione. REISK.

FINIS.

CORRIGENDA ET INSERENDA.

Pag. 1 ad fin. not. Adde, de titulo Philoſophi dictum eſt in Praefatione.
— 5 col. 1 lin. 32 quas fi l. quaſi.
— 6 — 1 — 14 ubi l. uti.
— 8 — 2 — 16 adde: ſed & εἰπεῖν connecti poteſt cum ἔχομεν.
— 9 — 1 — 29 adde: Utitur hiſce Clar: *Hoven:* ad Inſcr: *Matth:* ut oſtendat κατὰ frequenter ab antiquis adhiberi, cum aliorum ſententias & verba laudant. Utinam quoque docuiſſet Vir Erud. κατὰ terſis Graecis adhiberi, cum libri alicuius auctorem ſignificare velint.
— 16 — 1 — 16 ἀπέχοντο. l. ἀπέσχοντο.
— 19 — 1 — 28 l. eſt. nihil addo &c.
— 21 — 2 — 26 τῶν' l. τῶν.
— 23 — 1 — 4 poſtae. l. poſtea & paullo poſt, igitur pro gitur.
— 25 — 1 — 25 adde: paulo ante pro μὴ *Lipſ.* μὲν. male.
— 29 — 1 — 25 etit. l. erit.
— 31 — 1 — 32 firmant. adde: h. l. ἕνεκα forte ſedem mutavit.
— 33 — 2 — 14 καὶ delendum.
— — — 31 adde: praeter auctores a *Spanh:* excitatos utitur quoque *Eurip:* Hel. 153.
— 41 — 1 — 9 ante paullo adde: *Cicer.* etiam L. II. de N. D. *Epicurus & Metrodorus, & Hermachus contra Pythagoram dixerunt.*
— 45 — 2 — 16 πρόσοιν τ' l. πρόσοιντ'
— 51 — 2 — 4 γενήσει. l. γεννήσει.
— 52 — 2 — 36 adde: latere in his videtur elegantia. γυμνοὶ *qui ſine veſte exteriore ſunt*, bene iunguntur & ἀχίτωνες. ſed & ſic dicuntur illi *qui ſine armis ſunt.* venuſte itaque pergit ἐπὶ τὸ ῥᾴδιον &c. conf. Clar. *Kiotzium* ad *Tyrt.* p. 65.
— 60 — 2 — 26 οὐκ ἀλλ. adde: de qua voce & loco *Luc. Abreſchius* Lect. Ariſt. p. 224. Rectius tamen ſctus politiſſimus *I. Guilh: Knoop*, cuius memini in ſuperioribus, καταδ. παιδῶν explicabat paſſive ὑπὸ τῶν παιδῶν. Sic certe Graeci ἡττᾶσθαι τῶν συμφορῶν &c. eo magis quia ὑπὸ ſtatim ſequitur. monebatque, apud Noſtrum p. 72. ὑπὸ addi, ubi ſervandum putabat δουλ. — contra p. 92. ἔχεσθαι ὅρου καὶ μέτρου.
— 61 — 1 — 28 debet. l. delet.
— 65 — 2 — 30 claror. l. clarior.
— 72 — 2 fin. Adſcripſerat Doct. *Knoop.*, ſi quid mutandum, mallem προσπλακόντων. ſed neque hoc neceſſarium. nota eſt virtus activa aliquando. hoc modo intelligo, *qui ei, quod illis cauſſa errorum erat, connectebant iſtud, quod indifferens vocare ſolemus.* genitiv: pendet ab antecedenti κυνικῶν,.
Pag. 73 col. 2 antepen. τὰς l. τοὺς.
— 75 — 2 — 31 Adſcripſerat *Idem Knoop*, an ita intelligenda? *Hic vero rationi multa agere remittens, & negligens* (παριεὶς quippe ἀπὸ κοινοῦ repeto) *ex illa*, id eſt ex ratione, *agere, quae agit:* dicit, pauca rationi agenda committit, & quae agit, negligit ex ratione agere,.
— 79 — 2 fin: adde. Immo nec ἀνήδονας turbare neceſſe eſt. Optime locum ſic conſtituebat Polit: *Knoopius*, Oſtendat mihi aliquis σπεύδων — quo modo κρεωφαγία ſit ἀνήδονος. cum tamen Philoſophi in cibo, qui homini ſecundum rationem viventi conveniret, deſiderarent, ne nimium palato placeret.
— 81 — 2 — 23 Vulgatum tuebatur *Knoopius*, περιαιρ. τ. π. καὶ κουφισθέντων τοῦ βάρους. per ellipſin τῆς ἐκ vel ἀπὸ verbis privandi virtute gaudentibus propriam.
— 85 — 2 — 33 Adde: utitur etiam *Syneſ:* de Regn: p. 12. & *Eunap:* in Magn: p. 169.
— 89 — 1 — 10 diudicare l. diiudicare.
— 102 — 1 — 9 περὶ ϑ. l. περὶ τῶν ϑ.
— 105 — 2 — 16 τε ϑυσ. l. τε αἱ ϑυσ.
— 112 — 1 — 6 ἥδη τ. l. ἥδη καὶ τ.
— 114 — 1 — 40 fignentur l. ſignentur.
— 119 — 1 — 27 χειροῦσθαι. adde, ubi tamen non opus eſt ut per *interimere* vertas.
— 121 — 1 — 27 Adſcripſerat Polit: *Knoop:*, L. ἐνομοθέτησαν' καί τοί γε τῆς, χρείας ἐφ' — τό τε εὐσ. — *Proinde, quidam uſus pietatem & impietatem diſcernebant in uno & eodem botum genere*,.
— 126 — 1 — 18 Πυθία l. ἡ Πυθία.
— 127 — 4 — 29 Amicus malebat, λοι-, πὰ πάντα τοῦ πυροῦ. *reliqua ex frumento.* niſi quis ἐπὶ βωμὸν τοῦ πυρὸς defendat, ara quae ignem inpoſitum habet,.
— — — — 40 Theophr. l. Theopomp.
— 138 — 2 — 38 τκύγραφα. l. αὐτόγραφα.

Pag-

CORRIGENDA ET INSERENDA.

Pag. 144 col. 1 lin. 12 τ. ἕνεκα. l. τ. μὲν ἕνεκα.
— 150 — 2 — 36 Adde: Idem Amic: *Knoop:* pro κηρύγματι mallet κηρύγμασι & ἀριθμοῖτο pro ἀριθμείου.
— 154 — 1 — 21 βῶον. l. βεῶν.
— 156 — 2 — 32 ὃυ — l. δυσ. —
— 163 — 1 pen. fin. *ab ea* l. *ab eo.*
— 164 — 1 — 30 φαύειν. l. ψαύειν.
— 169 — 2 pen. fin. ἐεῖ. adde: idque placebat *Knoop.*
— 170 — 1 — 20 ὁρατοῖς ἀντ. l. ὁρκτοῖς θεοῖς ἀντ.
— 177 — 2 — 18 πρῶτον λ. l. πρῶτον τὸ λ.
— 184 — 1 — 17 ἀπὸ l. ὑπὸ.
— fin. adde: illa in fin. §. καὶ ταύτην — λ. desiderantur in *Cod. Meerm.*
— 186 — 1 — 11 οὐκ γ. l. οὐκ ἂν γ.
— 220 — 1 — 3 παλαιῶν l. τῶν παλ.
— 227 — 1 — 7 laratus l. latratus.
— 237 — 1 — 13 allis l. aliis.
— — — 2 — 14 ἀκ — l. κα —
— 256 — 2 — 28 Adde: illis quae ſtatim de ovibus dicit confer L. I, 21. *Cic: II.* de N. D. non procul a fine. *quid enim oves aliud adſerunt, niſi ut earum villis confectis atque contextis homines veſtiuntur? quae quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum, & curationi potuiſſent.*
— 259 — 2 pen. Cleanthes. l. Chryſippus.
— 260 — 1 — 36 B. inſere: ſed Chryſippi eſt, ut recte Auctor ſignificat, & *Cic:* loc. ſtatim indicando (L. II. de N. D. ſub fin.) docet. memoriae itaque lapſu *Clem: Alex:* praeceptorem cum diſcipulo videtur confudiſſe.
— 266 — 1 — 2 κ. προσέχειν' l. καὶ μνημονεύειν, καὶ π.
— 267 — 2 — 21 potuit. adde: καΦὰ tamen eſt quoque in *Cod.* Mſcripto *Meerm.*
— 270 — 1 — 26 Adſcripſerat *Knoop.*, ita interpungenda puto. καὶ τοὺς παγ. ἐ., τ. χ. ἀ. μελ. τ. σύριγξι, — καὶ τὴν — & , in ᾄδοντες nihil muto, quod ad λέγουσιν , refero, uti μελιζόμενοι — ταῖς σύρ. ad , ἀναπ. *cantantes dicunt Thriſſam ſeſe , ſurſum tollere & prodire:* id eſt canendo, vel dum canant, ita enim participia ſenſui inmitti notum,.
Pag. 280 col. ῑ lin. 5 δὲ l. δὴ.
— 283 — 2 — 27 adde: *Knoop:* tuebatur , τὸ τὶ ζῶον. τὸ nempe ſingularem habet emphaſin, neque inutile τί. adeo , ut dixerit admodum efficaciter: *neque , iſtud quodcunque animal,.*
— 284 — 1 — 5 ποίησεν l. ἐποίησεν.
— — — 2 — 22 es- l. eſſe.
— 285 — 2 — 11 λῆ ψις l. λῆψις.
— — — — 17 πρό βατα l. πρόβατα — τῆς.
— 287 — 1 — 22 ἀν ἐνδεᾶ. adde: recte, ſi coniungas ἀνενδεᾶ.
— 288 — 1 — 27 naulo. l. paulo.
— 296 — 2 — 5 omiſſique l. omiſſisque.
— 321 — 2 — 6 θεοῖς l. τοῖς θ.
— 336 — 6 — 2 antepen. adde: circumſpecte tamen in his verſari debemus, haec enim calumnia facile illis inpingi potuit, cum facie ad orientem verſa preces funderent.
— 343 — 2 — 31 *Oppian:* quem locum opportune mihi in memoriam vocabat Amicus, qui addebat, , Illa in medio P. 2. τὰ , ἀναίμονα &c. levem a diſtinctione medici-, nam requirunt, h. m. Τὰ ἀναίμονα — , ἀνόσεα. Σελάχεια λέγεται κ. τ. λ. Priora , pertinent ad interpretationem vocis μα-, λάκεια, reliqua differentiam inter σελάχεια , & μαλάκεια piſcium genera docent,.
— 347 — 1 fin. Idem *Knoop:* malebat οὐκ ἐπιζῆναι *inſtitiſſe , perſtitiſſe in plectendo.*
— 351 — 2 — 8 ζωὸ. l. τοῦ ζωὸ.
— 354 — 2 — 22 adde: & ſic ἐπίδοσις ſupra L. I, 29.
— 365 — 2 — 6 adde: & verſ. 2. *Edd.* priores Εὐρώπης, & v. 4. ἑκατὸν πτολιέθρου.

Neminem morabuntur ſigna diſtinguendi, vel accentus quibusdam in locis male habiti. P. 7. ζην pro ζῆν. 13. ἤ pro ἦ. 20. ἑτέρων pro ἑτέρων. 35. ὑπὸ pro ὑπὸ. 36. οὺς pro οὺς. 77. ὁς pro ὃς. 98. καίομενοι pro καιόμενοι. 99. οἰκεῖουσθαι pro οἰκειοῦσθαι & καί pro καὶ. 137. αὐτη pro αὐτὴ. 161. τῶ & γῆ pro τῷ & γῇ. 166. ὄκνουσι pro ὀκνοῦσι 264 ἤ pro ἡ. 288. αἰτίᾳ pro αἰτίᾳ. 372. λίματτειν pro λιμώττειν.

EPISTOLAE

I. F. THOMAE

ET

U. G. SIBERI

DE

APOSTASIA PORPHYRII.

EPISTOLAE

L. F. THOMAE

ET

U. G. SIBERI

DE

APOSTASIA PORPHYRII

Epiſtola I.

Viro Plurimum Reverendo

L. URB: GODOFREDO SIBERO,

S. P. D.

JOAN: FRIDRIC: THOMAS.

Non ex longinquo mihi repetendae ſunt rationes, quibus confidentiam praeſenti ſcriptione hominis obſcuri nec de nomine quidem cogniti commiſſam excuſatiorem ut habeas, multis apud Te, Vir Maxime-Reverende, explicem. Et meritorum Tuorum in rem litterariam aeque ut eccleſiaſticam celebritas, & humanitatis Tuae ſingularis, qua meliores litteras earumque cultores ingenuos mirifice ornas & adjuvas, gloria fecit, ut illa de omnibus bene merendi voluntate Tua confiſus hoc quicquid eſt litterarum ad Te darem, meaque Tibi deſideria modeſte exponerem. Operis Porphyriani περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων editionem molienti mihi diſſertationem de Vita & philoſophandi ratione, qua uſus Porphyrius, operi praefigere animus eſt. Praecipue pertractandam mihi ſumam vexatam *de Porphyrii Apoſtaſia*, quae vulgo creditur a Viris etiam Maximis *Fabricio*, *de la Crozio* aliisque, quaeſtionem, de qua ut Tuam mihi ſententiam perſcribere velis, eſt quod inſtanter & enixe Te obſecro. De *Porphyrianis* quoque, quo nomine inſigniti olim fuerunt, quod noſti, Arriani, *nondum ſatis mihi conſtat.* Diſplicet enim & Sandii in Nucleo Hiſtor. Eccleſ. & Godofredi in Philoſtorg. de iis ſententia. Cudworthi itidem conjectura, quam in egregio ſuo Syſtemate Mundi intellectualis p. 594. profert, ſubtilis magis quam vera mihi videtur. Rectiorem itaque ex Te ut intelligam permitte. Tuus in diſquiſitiones hiſtoricas amor ac merita, quae concelebrata ſatis ſunt, dubitare me non ſinunt de experiunda mihi hoc in negotio benevolentia Tua atque gratia, cui licet referendae imparem me plane agnoſcam, praedicandae tamen & habendae ſatis ſum facturus. Indulge itaque, Vir Ampliſſime, petitis meis, & ſi qua alia Tibi ſuppetant, quae conatibus meis uſui eſſe poſſint, etiam in ipſo Opere illuſtrando, ut liberaliter concedas, exorari Te patiare. Vale. Scripſi Suidnicii Sileſiorum d. XIV. ante Cal. Octob. MDCCXV.

Epiſtola II.

Cl. & Ampliſſ. Viro,

JO. FRIDR: THOMAE,

Suidnicenſi Sileſio,

S. P. D.

L. URB: GODOFR: SIBERUS.

Vir Ampliſſime, Nobiliſſime, Fautor omni obſervantia colende,

Quum magni facere ſoleam colloquia eruditorum, e quibus non ſolum amicitia coaleſcit, ſed varia quoque utilitas in commodum publicum aliquoties redundat, non poſſum non praedicare benignitatem tuam, qua me nec viſum nec auditum blande affaris, quin imo & ſententiam meam in quaeſtione vexata expetis. Gratias tibi ago, Vir Ampliſſime, juxtaque rogo, ut licet exiſtimatio tua de me ſit nimia, animum tamen benevolum ſerves, atque nullum non officiorum genus tibi de me pollicearis. Caeterum quod ad conatus tuos pertinet, illi quidem ſunt ſummopere laudandi, neque enim tale negotium vituperari poterit, in quo tanti Viri, qualis Holſtenius fuit, tanto cum labore atque diligentia fuere verſati. Verum ego exiſtimo, quod ad Porphyrii vitam attinet, vix accuratius quicquam dari poſſe, quam quod Holſtenius ea de re jam publicavit, vir in omni literatura & Bibliothecis verſatiſſimus. Quod dum dico, nolim hic tuam interpolare induſtriam, quum contingere queat, ut ab excellentibus ingeniis, novus etiam orbis inveniatur, eaque excutiantur, quae ab aliis aut non viſa, aut neglecta miramur. De Ἀποφασίᾳ Porphyrii primum quaeris, eamque in dubium vocas, idque non prorſus absque ratione a te fieri exiſtimo, quum vetuſtiores Hiſt. Eccleſiaſticae Scriptores nullum ſignum proferant, Porphyrium unquam Sodalitati Chriſtianorum addictum fuiſſe; quin imo ipſum potius ut juratum Religionis ſanctae hoſtem habeant. Sozomenus primus eſt, qui ipſum, a Chriſtiano verberatum taedio vindictaque aeſtuantem, defeciſſe refert, quem Theophanes pag. 45. exſcribit, tracto in ſocietatem Nicephoro. Horum vero Trium Virorum auctoritas alicui tanta videri poſſet, ut reapſe Porphyrius Chriſtianiſmum olim amplexus videri

que-

queat. Veruntamen poterat esse Catechumenus, in quorum ordine diu versabantur, etiam hi, qui vero sacrorum nostrorum studio tenebantur. Poterat etiam sola Oraculorum divinorum lectione delectari, quod ab eo factum esse non solum Patrum suffragia, sed ipsa etiam Porphyriana refutatio quindecim Libris constans satis testatur. Fortassis igitur accessit, ut amplexurus Christianismum, si rationes placerent, discessit ut hostis, cum animus sapientum demonstrationibus adsuetus injuriis etiam eorum irritaretur, quorum vita a coelesti regula dissidebat. At si concedemus eum in confinio tantum Christianismi & Gentilismi stetisse, castra vero ipsa non ingressum, statuendum erit, Sozomenum, Theophanem, Nicephorum, ἀποστασίας vocabulum largius esse interpretatos, neque accurata plane ratione Porphyrium ista ignominia adspersum esse.

Ego vero nolim talia operosius discuti, nempe ne Scriptorum Ecclesiasticorum auctoritas corruat, si ea evertamus, quae tamdiu credita atque ab his stabilita sunt, ad quos, tanquam Antiquitatum promos condos, abire consuevimus. Neque vero etiam officit rei Christianae, quod Christianus Apostatam agat, quum & perfectiores coelestesque genios ipsum deseruisse Numen agnoscamus. Porro Vir Amplissime quaeris, unde Ariani Porphyrianorum nomen tanquam ignominiosum acceperint? agnoscisque non sufficere accurationi tuae ea, quae Godofredus in Observ: ad Philostorgium p. 420. dixit. Ad ea regero, mihi quidem in Constantini M. Epistola, modo illa ipsius sit Constantini, rationes uberrimas datas esse, nempe quod Ariani idem agerent quod Porphyrius. Iam Porphyrii conatus, ut Celsi atque Philostrati, eo tantummodo spectabant, ut nihil divini in Christo agnoscerent, aut si tale quippiam appareret, illud destruerent, quod cum multo adhuc fortius agerent Ariani, atque ipsa verba divinitatem testantia inaudita σρεβλιόσῃ perverterent, aptissime & maxime conveniente nomine Porphyriani sunt appellati. Putavi equidem quodvis malum a Graecis πορφύριον appellatum esse, recordorque aliquando belluam marinam littora vastantem & piscatoribus diu infestam Porphyrii nomine insignitam esse, at non definio, an non a Porphyrio Apostata bellua illa nomen traxerit. Constantini certe rationes adeo posteris placuere, ut Theodosius Imperator altero ad comburendos Porphyrii libros edicto ea repeteret, aut paululum immutaret, simul tamen illud indicaret, ab aequali Arianorum aemuloque Porphyrii furore illud nomen adeptos esse.

Sic meam tibi, Vir Amplissime, observantiam declaratam puto, quae si non satisfecerit accurato, quod iamiam persentisco, ingenio tuo, illud reputes, me in vasto illo Hist: Eccles: Oceano, scopulos potius devitare, & opes ambire, quae multitudini prosint. Interea omni contentione rogo, ut oblatam amicitiam mihi serves, inque aliorum familiarium tuorum notitiam introducas, a quibus & dare & petere mutua benevolentiae signa non desistam. Deus Te servet. d. XII. Octob. 1715.

Epiſtola III.

Viro Max: Reverendo & Ampliſſimo

URBANO GODOFR. SIBERO,

Th: L. Antiqu: Sacr: P. P.

S. P. D.

JO. FRIDRICUS THOMAS.

Magnum mihi gaudium attulerunt reſponſoriae Tuae, omnis humanitatis & eruditionis pleniſſimae, quibus non ingratas plane fuiſſe litteras meas ſignificaſti perbenevole, & Tuam in me voluntatem peregregie declaraſti. Gratias certe quas poſſum maximas Tibi habeo pro ſingulari Tua in me benevolentia, quae ſpe & exſpectatione mea major fuit, eamque ut mihi perpetuo ſerves, enixe ac ſtudioſe Te obſecro. Ad argumentum quod attinet, cujus cauſſa factum eſt, ut Tuam amicitiam expeterem cupidiſſime, fateor equidem, perplacere admodum ingenioſam conjecturam Tuam, qua, ut ſalva maneat Patrum de Porphyrii Apoſtaſia traditio, Catechumenum fuiſſe Porphyrium ſtatuis, vel ſi hoc cuiquam diſpliceret, ἀποστασίας vocabulum latius paulo interpretandum eſſe mones, quod & mihi omnium optimum videtur. Verum enim vero cum hujus ſententiae Tuae, quae magnam veritatis ſpeciem habet, certiora argumenta adhuc deſiderem, neque ex ſcriptoribus eccleſiaſticis aliisve, qui de Porphyrio aliquid tradiderunt, hanc in rem facile aliquid adferri poſſe exiſtimem, non inique feres, ſi τὸ ἐπέχειν hic eligam, meamque Tibi potius de quaeſtione iſta hariolationem proponam, judicio Tuo definiendam. Sacra nimirum & mihi eſt Scriptorum Eccleſiaſticorum autoritas; quam tamen ita colo, ut veritatis potiorem habendam eſſe rationem, ſemper exiſtimaverim. Cum itaque ſcriptores iſti affectuum oeſtro, quod ipſe agnoſces, ſaepiſſime perciti fuerint, nomenque Porphyrii, quod & apud ſuos ob ingenii acumen, magnumque eruditionis adparatum magni fieri aegre viderent, non poterant certe iſtius famae majorem ignominiae notam inurere, quam ſi fabulam de Porphyrii Apoſtaſia ab aliis acceptam ſuis & poſteritati traderent, quam ex Philoſophi noſtri cum Origene Adamant. familiaritate exortam eſſe facile crediderim. De Arrianis vero, quod uberrimas rationes, cur Porphyriani dicti fuerint, in Conſtantini epiſtola Tibi animadverſas eſſe ſcribis, bene quidem eſt; ſed melius, quod addis: ſi modo illa ipſius ſit Conſtantini, de quo dubitare adhuc

huc magnos Viros intelligo. Difficile quoque arbitror ex Porphyrii ſcriptis demonſtrari, quod nihil divini in Chriſto agnoverit, vel ſi quidpiam conſpiceret, divinitatis ſimile, illud deſtruxerit. Immo laudant hoc potius multi in Porphyrio, quod nullibi aliquid in Chriſtum contumelioſe dixerit. Deinde etiam hoc valde dubium me habet, quod S. Patres, qui contra Arrianos diſputarunt, nunquam ipſis objecerint, ſe Porphyrii impietatem ſequi, quod certe multo magis inviſos reddidiſſet Arrianos, quos alias conſtat, *Plotini* dogmata adeo fuiſſe complexos, ut potiori jure Plotiniani quam Porphyriani dicendi fuerint. Elegans caeterum obſervatio eſt, quam addis de voce πορφύριον, quo malum quodvis a graecis deſignatum putas, eamque in rem Procopium allegas de bellua marina, Porphyrii nomine inſignita, quam eandem hiſtoriam, niſi me omnia fallunt, me quoque legere memini apud Mich: Glycam P. IV. Annal: p. 270. Quo referre etiam quodammodo liceret explicationem cognominis Porphyriani, τοῦ βαταναιώτου, quam dedit Steph: le Moyne p. 607. Var: Sacr: Sed ignotus, fateor, mihi eſt vocis πορφυρίου ſignificatus iſte, quem probari ex autoribus graecis quam maxime cuperem. Haec monuiſſe, pace Tua, placuit, quibus tamen ſententiae Tuae nihil detractum volo, ſed ut ad ulteriorem de hac materia cogitandi rationem Te invitarem, unice inſtitui. In ipſo autem, ut & hoc addam, Opere Porphyriano illuſtrando de collatione Codicum MSS. maxime ſollicitus fui, quorum ope vera lectio, quae multis in locis deſideratur, reſtitui poſſet. Nec defuit votis meis aliqua ex parte eventus. Illuſtris enim Bibl: Vindebon: Praefectus, Gentilottus ab Engelsbrun Codicis MS. Vaticani non collationem, ſed integram deſcriptionem mihi procuravit, &, ut majorem ſui in me favoris copiam faceret, Florentini collationem, additis Cl: Salvinii obſervationibus humaniſſime promiſit, Holſtenii animadverſionibus ad Vat: Cod: ineditis nuper demum transmiſſis. Dedit itidem Cl: Lederlinus Cod: Regii Pariſienſ: variarum lectionum ſpecimen, quod integri Codicis collatio proxime ſequetur. Codicis itaque Lipſienſis, quam Paulina Veſtra adſervat, collationem ut impetrarem, adhuc in deſideriis meis fuit, quae non nullis Viris Cl: quos Lipſia colit, & non ita pridem Magnif: D. Boernero expoſui: quarum ſummam nunc denuo colligo, & in ſinum Tuum effundo, velis hoc negotium curare, ac petitioni meae, honeſtae ut puto, & publicae utilitati profuturae locum facere, conatusque meos opera Tua adjuvare. Ignoſcas quaeſo huic audaciae meae, quae tantum oneris ſubeundi, Tibi aliis rebus occupatiſſimo Viro tribuit, ex quo tamen ad me ſolatium, ad Te vero gloriae fructus perveniet. Equidem non habeo, quo Tuae in me propenſae voluntati ſatisfaciam, tamen, quod potero, ſtudebo atque annitar probare omnem induſtriam, quae cum in pietate & obſervantia poſita eſt, tum inprimis ad honorem cultumque Tuum ſpectat. Ita Vale, Vir Amplisſime, Tuamque benevolentiam, quod unice precor, perpetuo mihi conſerva. Scripſi Suidnicii Sileſ. d. XIII. a. Kal. Dec. MDCCXV.

Epiſtola IV.

Viro Clariſſimo & eruditiſſimo

JO. FRIDERICO THOMAE.

Suidnicenſi,

S. P. D.

URBANUS GODOFR: SIBERUS,

Th. L. Antiqu. Sacr. P. P. & ad D. Thom. aed. Sacerdos.

UT Porphyrium Tyrium Phoenicem Philoſophum equidem ſummum, at Chriſtianum peſſimum, adeoque deſertorem ab ἀποϛασίας labe defendas, meque in aſſenſum trahas numeroſis rationibus uteris, probabilibus, ſed non veris, a me per compendium recenſendis. Primum putas Chriſtianos Scriptores oeſtro affectuum percitos; 2) invidia ſuccenſos fruſtra illud ſcelus Porphyrio exprobraſſe, 3) Conſtantini Epiſtolam, qua Arianos Porphyrianos dici voluit, confictam videri, 4) Porphyrii Chriſtianismum ex familiaritate cum Origene exſculptum eſſe, 5) demonſtrari non poſſe Chriſti divinitatem ab ipſo oppugnatam, 6) nec quicquam contumeliarum in Chriſtum dictum eſſe, 7) Patres nunquam Arianis Porphyrianismum objectaſſe. Ea antequam juxta flagitationem Tuam ponderem, diſcutiamve, ego quidem denuo profiteor, mihi atque fortaſſis etiam univerſæ ſocietati Chriſtianae perinde haberi, Porphyrius Apoſtatam egerit nec ne: veruntamen ne ſlocci feciſſe tuas rationes, aut muneris mei legibus parum intentus eſſe videar, reſpondeo, tueorque illam de Porphyrii Apoſtaſia receptiſſimam Patrum affirmationem, atque primum plane nego ſcriptotres Eccleſiaſticos, e quibus illa traditio ad nos usque venit, oeſtro affectuum, vel quod idem eſt, odii furorisque ſtimulis agitatos tale quidpiam de Porphyrio conſinxiſſe. Quo magis enim antiquorum illorum hominum modeſtiam in ſcribendo atque χαλιναγωγίαν intueor, tanto magis ſummam eorum in accuſandis gentilibus tranquillitatem deprehendo, adeo, ut affirmem, Suetonium, Tacitum, aliosque profanos Scriptores multo fortius in ſcelera ſuorum invectos eſſe. Quin imo etiam pace impetrata ſibi legem datam putabant, ne qua ἀθυρόγλωσσα apparerent, ſed potius linguae intemperantiam, τὸ ἀκρατὲς τῆς γλώσσης, νοσή-

νοσημάτων αἴσχιστον haberent. (*) Id quod ipsum ex Apologiis primis fere Christianorum publicis scriptis satis constat, in quibus quum objecta sibi crimina deprecarentur, de vitiis tamen Numinum, quae colebant, sceleribusque mortalium magna verborum castigatione dixerunt, nec nisi quod plane certum vulgatumque erat, prodidere. Et quale quaeso lucrum habuissent Christiani, si ex furore Porphyrio Apostasiam objeciissent, cujus molimina adversus Christianismum aeque nauci futura erant, sive Philosophum sive Christianum perfidum egisset? Certe non adeo inops aut ignobilis erat Respublica Christiana, ut ob unius hominis denegatum accessum, Christianae moderationis habenas frangerent, & falsa deviis objectarent.

Atque eodem argumento adversus secundam tuam rationem utor, quasi Christiani, famam Porphyrii liuidis oculis adspectantes, Apostasiam objecerint? Certe non habebant, quod inviderent Graecis hominibus talem hominem, qui, quae in humanis aut philosophicis artibus & scientiis sciret, aut magis sobrie scriberet, ex Christianorum contubernio & Origenis familiaritate hausserat, ceterorumque Philosophorum dogmata inde emendarat, quemadmodum Augustinus L. X. de Civ. Dei c. 30. & Baltus in Platonismo a Patribus defenso asserunt, quibus si adversus Magistros abuteretur, habebant tela, caelitus exposita, & acie divina roborata, quibus integras Porphyriorum cohortes prosternere ac debellare poterant. Id quod factum, quum non unus eo tempore Porphyrii ingenio praeditus Ecclesiam labefactare conaretur. Pulcre Arnobius, cujus adversus gentes disputationes potissimum e Porphyrii Apostasia natas perhibet Ciacconius, L. III. de Ecclesia ait: *Suis illa contenta est viribus & veritatis propriae fundaminibus nititur: nec spoliatur vi sua, etsi nullum habeat vindicem: imo si linguae omnes contra faciant, contraque nitantur, & ad fidem illius abrograndam consensionis unitae animositate conspirent.* Exinde licet manifestum sit, Christianos nulla in Porphyrium invidia flagrasse, uberius tamen illud constabit, si citationes quidem, hinc & inde a Patribus factas, introspexeris, quae tantum abest, ut invidiam spirent, ut laudes potius aliquando exhalare videantur, nisi quum veritati litandum esset. Eusebius in Libris de Praeparatione Euangelica ingenium ejus commendat; Cyrillus vero in Libris adversus Julianum sedatissimo animo ea duntaxat dixit quae, si vivente Cyrillo superstes fuisset Porphyrius, aliter dicta nollet. Libro adversus Julianum I. Porphyrius dicitur ἐπὶ παιδείᾳ κοσμικῇ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἀγεννῆ. Quaeso ubi est invidia Patribus objecta? num Cyrillus cum Nestorio vel Theodoro aut Iba Schismaticis tam benigne egit, atque cum Porphyrio? Eodem libro eundum inter lectissimos Graeciae Scriptores refert, inter, ἑτέρους τῶν παρ' αὐτοῖς λογάδων, L. VIII. p. 270. inter eos, qui πανάριστοι καὶ σοφοὶ, λαμπρὸν καὶ διαβόητον ὄνομα acceperint, Porphyrium primo loco ponit, idque sine invidia, quae alias forte insignem Praesulem in-

(*) Cyrill. L. V. contra Jul.

infestis signis oppugnavit. At eodem loco, quod verum erat, professus est: Πορφύριος μὲν οὖν ὁ πικρὸς ἡμῶν καταχέας λόγους καὶ τῆς χριστιανῶν θρησκείας μονονουχὶ κατορχούμενος Christianae religioni tantum non saltando illusit. Mox θρασὺν appellat. L. III. (*) Magistris Juliani ipsum accenset, auctoremque τῆς ἀθυροστομίας & τῶν φρονημάτων κοινωνὸν & L. IV. συνδεισιδαίμονα L. V. posteaquam nonnulla ex ejus ad Nemertium libro adversus Julianum citasset, summoque jure Porphyrium τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ μεμαχημένον asseruisset, illico tamen putat in pectore suo rectius sensisse Apostatam, quam in scriptis monumentis prodidisset, οἶμαι δ' ἂν ὅτι καὶ ὑγιῶς ἔφη τε καὶ πεφρόνηκεν, ἐξήνεγκέ τε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τῆς περὶ τοῦ θεοῦ δόξης τὸ ἀρτίως ἔχων, εἰ μὴ τάχα που τὴν Ἀνύτου καὶ Μελίτου γραφὴν ἐδεδέει καὶ τὸ Σωκράτους κώνειον. Taceo Theodoreti Encomia, qui in Porphyrium applicavit verba Simsonis de Leone caeso: De comedente exivit cibus, & de forti dulcedo. Ita vero, Vir Clarissime, feras tuos ut deprecer oculos, ne inter radios tranquillam Patrum faciem collustrantes ullas tibi invidiae nebulas confingas, quae ne tum quidem suspicandae essent, si fortius adhuc validiusque in ipsum detonassent.

Jam quod ad tertiam rationem tuam pertinet, epistolam Constantini, qua Arianis Porphyrianorum cognomentum per ignominiam imponi jubetur, esse confictam, quaeso feras, ut suspiciones meas priores diluam. Non diffiteor, me aliquando in illas dubitationum Syrtes abreptum esse, fuerint Epistolae & Edicta, quae sub Constantini nomine exhibentur, ejus, nec ne? Et verosimile videbatur, Principem tot regnis incubantem, vix tantum habuisse otii, ut prolixius, quod in iis monumentis factum, concionaretur. Veruntamen, quum ego non noverim, qui suspiciones illas certis rationibus suffulserit, Eusebius autem aliique Constantini ingenium laudent, Hymnographi vero inter Apostolos ob id ipsum referant, certius utique puto, si statuatur, Constantinum M. ea conscripsisse, vel si etiam alterius cujuspiam verbis usus sit, mentem nihilominus & mandata Imperatoris eidem instillata fuisse. Neque vero etiam insolens fuit Imperatoribus, Constantino aequalibus, aetateque majoribus, ut orationes ab aliis scriptas memoriae mandarent, inque celebritate deinceps recitarent.

Quarto dum putas Porphyrium Christianismi opinionem de se sparsisse, quod cum Origene conversaretur, illud quidem non satis validum argumentum pro avertenda Apostasia puto. Innumeri enim Gentiles Scholas Origenis frequentabant, qui pro Christianis non habebantur, neque in Apostatarum classem referebantur. Unde fortiores habuere rationes antiquissimi Patres, quibus perducti Porphyrio ἀποστασίας notam inusserunt, planeque necessarium fuit, ut non exotericas Origenis Scholas, sed ἐσωτερικὰς, Cate-

(*) Cyrill. L. III. p. 87. L. V. p. 95.

Cateoheticis Lectionibus apertas, Caesareae frequentarit, quibus, ex irritamento, missis, desertorem tandem egit.

Quinto ex ipsius Porphyrii scriptis Apostasiam non posse demonstrari putas, ideo, quod nihil adversus divinitatem Christi dixerit. Ad ea regero, scripturas Porphyrianae Impietatis testes non extare, ideo, quod Christiani solenni more eas rogo darent, deque tali incendio gloriarentur. Recordor apud Ciampinum in Ecclesia Ravennatensi talem imaginem aeri incisam deprehendi, qua libri Haereticorum flammis auferuntur. Etsi vero scripta vesana non extent, fidemne abrogabis Cyrillo, qui λόγους πικροὺς & τῇ θεοῦ δόξῃ μαχομένους & ἀθυροστόμους & κατορχουμένους ab eo scriptos pronunciat. Illud satis ad divinitatem Christi proruendam erat, quod quem morem Ariani deinceps secuti sunt, ipse subordinatas & subjectas sibi invicem subsistentias induxerit. Δεδήλωκε τὴν ἐξ ἀλλήλων ὑπόστασιν ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ὑπόβασιν καὶ ὕφεσιν τῶν μετὰ τὸ πρῶτον, ἀλλὰ τοῖς τὰ Ἀρείου πεφρονηκόσιν ἐν ἴσῳ διαιρεῖ καὶ ὑφίστησιν ὑποκαθημένα τε ἀλλήλοις τὰς ὑποστάσεις εἰσφέρει, καὶ τρεῖς οἴεται θεοὺς εἶναι διηρημένως τὴν ἅγιον καὶ ὁμοούσιον. Possunt addi, quae Augustinus de Civitate Dei L. X. c. XXIII. de eo profert, cum duo principia statuisset: *Quae autem dicit esse Principia tanquam Platonicus, novimus qua dicit Deum Patrem & Deum filium, quem graece appellat paternum intellectum: de Spiritu S. aut nibil aut non aperte aliquid dicit. Et hoc dixit ut potuit, seu ut voluit: Liberis enim verbis utuntur* Philosophi. Mox cap. XXIV. id ulterius refutat. Quantum vero ea assertione discesserit ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν ἀκριβείας laudatus Cyrillus L. VIII. p. 270 & 271. declaravit, & Augustinus de Civ. Dei L. X. qui cap. XXIX. illa verba *indisciplinata* dixit. Praeter Cyrillum & Augustinum Theophylactus sophismata Porphyrii adversus divinitatem τοῦ λόγου exposuit in Enarratione Euangelii de Nativitate, quam in Collectione Combefisiana tantum latine legi Tomo I. p. 351. quae cum aliis sedulo sunt colligenda, ne nimis benigne hostem & adversarium Christi defendas. Quod si demonstrari posset, eum non modo non insultasse divinitati Servatoris, sed etiam aliquid divinitatis largitum esse, neque illud tamen valebit, ut defendi queat, quum & Philosophis & Artificibus excellentioribus θεῖόν τι, adscriberetur teste Platone, qui tales, si praesertim in emendanda Republica versarentur, θεοὺς ἐλεγκτικοὺς appellavit, id quod Porphyrius suscepit. Πορφύριος δὲ γένος εἰναί τι θεῶν διατείνεται, οὕς τε καὶ τρέπεσθαι κατὰ καιροὺς εἰς ἀνθρώπους φησὶν, οἵονεὶ τοὺς κατ' ἡμᾶς ἀθύροντας μὲν. (*) Verum quum Christiani non in eo versarentur, ut tantum divini quidpiam in Christo, sed πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος agnoscerent, satis erat ad ἀποστασίαν impingendam, si plenam divinitatem illius, qualem nos in Symbolis praeeunte Scriptura confitemur, semel agnitam abnegaret.

(*) Cyrill. L. VIII. p. 287.

Neque vero eluitur ἀποστασίας macula, ſi calumniae in Chriſtum ab eo ſparſae demonſtrari nequeant, etſi aliter ab eo factum Cyrilli teſtimonia ſatis declararint. Quod ſi tamen illa contemnas, ſciendum, Chriſtum diverſi generis adverſarios habuiſſe: alios, qui plebejo more inſultarent, quod in theatris & ante Julianum & imperante perfido principe factum: alios qui ſcita magis ratione Majeſtatem ejus everſam cuperent, qui erant Philoſophi, quorum σεμνότης & fides periiſſet, ſi aliquam linguae intemperantiam prodidiſſent. Ita vero ſibi Julianus plerumque temperabat, quominus protervius aliquid loqueretur, Satyra illius in id tantum effuſa, ut Chriſtum Galilaeum & fabri filium per contemtum diceret, quanquam Cyrillus (*) has ipſas voces παλιμφήτους φωνὰς dixerit. Tanto autem periculoſior erat horum hominum moderatio, qui ſub ſpecie ἀπαθείας tanto ſibi majorem applauſum conciliabant, quod Auguſtinus graphice deſcribit de Civ. Dei L. XIX. c. 23. Ecquid vero dices, ſi Alcoranum perlegas, quem ad proſternendam Chriſti divinitatem ſcriptum nemo negat, ulla in Chriſtum convitiatio adeſt? vix umbram detractionis deprehendes, laudes vero non paucas, & alia quae in gloriam verti poſſunt. Haeccine vero tibi, Vir eruditiſſime, perſuadebunt, ut Autorem & aſſeclas ab Apoſtaſiae crimine liberes?

Tandem parum proderit, ſi adſtruas, Patres Arianis raro Porphyrianas artes objeciſſe. Satis eſt, Arium in primo haereſis ſuae puerperio Porphyrii artes dialecticas, quas Ruffinus Hieronymo tantopere exprobravit, ſecutum eſſe, easdemque cum Porphyrio hypotheſes habuiſſe, quod Cyrillus paullo ante docuit. Satis eſt Arianos Porphyrii τοὺς τρόπους mores, quae verba ſunt Conſtantini, imitatos eſſe, (ὡς χαμαιλεόντες μετεβάλλοντο,) atque adeo utrumque Porphyrii ſcelus & diſputationes & Apoſtaſiam expreſſiſſe. Poſteri, quum cernerent Porphyrium ab Ario & aſſeclis multis eſſe modis ſuperatum, conſultius eſſe putabant, nefandam haereſin ab Autore ſuo, vel a praecipuis errorum capitibus appellare, quam ut ad Porphyrium abirent, praeſertim quum ſucceſſores Arii notas peculiares haberent, quibus a Porphyrio diſtinguerentur, quemadmodum Eccleſiae ſatius videbatur, Neſtorianos ſuo potius quam Simoniano nomine nuncupare, etſi illud Theodoſius pari ſeveritate atque Conſtantinus Porphyrianorum imperaſſet.

Hac ratione opinionibus tuis diſcuſſis putaverim de fortioribus argumentis tibi diſpiciendum, ſi vel probabilitatem tantum aliquam requiſieris, Porphyrium Apoſtatam non fuiſſe, adeoque iterum iterumque repeto Scriptorum Eccleſiaſticorum auctoritatem non ſolum non eſſe temnendam, ſed omnem potius lapidem eſſe movendum, ut ea ſarta tecta maneat. Eaque propter ſuadeo, ut probe expendas: Primo

Lactantii de Porphyrio teſtimonium, quod etſi Apoſtatae nomen non contineat, ad alium tamen niſi ad hunc tranſlatum non fuit. Ita vero ait L. IV.

(*) Cyrill. L. I. p. 38.

IV. c. 11. *Ego cum in Bithyniam accitus oratorias litteras docerem, contigiſſetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur, duo extiterunt ibidem, qui jacenti atque abjectae veritati, neſcio utrum ſuperbius an impudentius inſultarent, quorum alter ſe Antiſtitem Philoſophiae profitebatur.* Is fuit Hierocles, in quo omnes eruditi conveniunt. Pergit Lactantius: *Alter eandem materiam mordacius deſcripſit, qui erat tum e numero judicum, & qui auctor imprimis faciendae perſecutionis fuit, quo ſcelere non contentus, etiam ſcriptis eos, quos afflixerat, inſecutus eſt. Compoſuit enim libellos duos non contra Chriſtianos, ne inimice inſectari videretur, ſed ad Chriſtianos, ut humane ac benigne conſulere videretur. In quibus ita falſitatem Scripturae Sacrae arguere conatus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria: nam quaedam Capita, quae repugnare ſibi videbantur expoſuit, adeo multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur.* Huc usque Lactantii verba, de quibus moneo, diſcrepantiam eruditorum, qui duos Philoſophos aliquando inter ſe commutarunt, ita, ut quae ad Hieroclem ſpectarent, ea ad Porphyrium referrent, quae ad Porphyrium, ea Hierocli tribuerent, quod Theophilus Raynaudus fecit, quando in Libro de Juda Proditore Cap. XV. Sect. VII. ita ait: *Hierocles & Porphyrius eodem anno, quo Eccleſiis Chriſtianorum diruendis & libris Nicomediae comburendis invigilabat Diocletianus, cum prius religionem Chriſtianam profeſſi eſſent: fidei cujus nomen induerant, & Sacramenti, quod acceperant, proditores facti, proditorem Judam repraeſentarunt.* Uſurpavi ex parte verba Lactantii, qui tametſi neutrum de nomine memorat, virulenta illorum ſcripta in religionem Chriſtianam recenſens, tamen ex adjunctis, quae refert, ſatis inſinuavit, quinam eſſent, & perſpicue Hieroclem notavit, cum dicat Epigraphen duorum libellorum ab eo ad Chriſtianos perſcriptorum, qui unus erat e numero judicum, & incentor vel etiam auctor perſecutionis in Chriſtianos extiterat, hanc fuiſſe, *Philalethes veri amator*, quae omnia in Hieroclem cadere diſcimus ex Euſebio, qui eam Hieroclis lucubrationem confutavit. Porphyrium autem eſſe Philoſophum Chriſtianum hoſtem, cujus ibidem meminit, ex circumſtantiis conjectat Baronius Anno Chr. CCCII. Eundem vero fuiſſe Chriſtianiſmi deſertorem conſtat ex Socrate L. III. c. 9. Itaque recte uterque traditoribus Judae germanis accenſetur, uti a Lactantio factum retuli. Haec Raynaudus, me prorſus exiſtimante, poſteriorem Lactantii Proſopographiam ad Porphyirium potius pertinere. Antequam vero illud definiatur, amplectamur interea Pearſonii magni Praeſulis ſententiam, qui in Prolegomenis ad Hieroclem de duobus hisce Philoſophis a Lactantio actum putat. Cui licet ſciam ab Holſtenio contradici, easdemque contradictiones a Needhamo (*) in notis ad Prolegomena Pearſonii repeti & adprobari, videbis tamen, Vir Clariſſime, rationes Holſtenii non magni eſſe ponderis, & accurata Chronologiae menſura & recta Biographiae Porphyrianae conſtitutione

(*) Needh. Praef. ad Hierocl. p. 14.

facillime everti poſſe. Unde enim probabunt, Anno Diocletiani XIX. Chriſti CCCIII. Porphyrium aetatis annum LXIX. ſuperaſſe, vel ſi illud poſtulatum admittatur, nonagenarium vel centenarium non eſſe factum, qui ſingulari cognomento Senex appellatur. Multum vero ad Lactantii verba amplectenda, inque Porphyrium transferenda confert, quod Hieronymus pariter, omnesque alii, eadem a Porphyrio ſcripta teſtentur. Quin imo Cyrillus in libris adverſus Julianum Lactantii verba de Porphyrio locuti, quaſi in graecam linguam tranſtuliſſe videtur, quando impudentem inſultationem τῆς κατορχήσεως vocabulo expreſſit, quae nunquam non, teſte Strabone, cum ἀναιδείᾳ conjungitur.

Porro Euſebii Caeſareenſis relatio Porphyrium, injuriarum impatientem, ad caſtra gentilium rediiſſe, ſpernenda non eſt. Hanc enim Socrates a libris illius adverſus Porphyrium ſcriptis, quanquam pridem deperditis, hauſit. Qua vero ratione illam inanem reddes? Socrates figmenti erit poſtulandus, omnisque illius fides proſternenda; Quod quanto cum periculo veritatis hiſtoricae conjunctum ſit, nemo non videt. Sin vero credis, Socratem illa ex Euſebio depromſiſſe, ſimul credendum Euſebio, quem rerum in Eccleſia ſua geſtarum ignarum fuiſſe, nemo niſi tanto homini perperam inſultaturus adſtruet.

Accedit Imperatoris Edictum de Porphyrii nomine in ignominiam tracto; idque potiſſimum ob Apoſtaſiam, quum ob ſolam paganitatem nemini reliquorum Philoſophorum tale ſtigma inureretur. Jam vero illud edictum, pro genuino habitum, a Theodoſio repetitum, a Jacobo Godofredo (*) & omnibus eruditis nullius falſitatis poſtulatum fuit, indicio certo, approbatores illos ſimul credidiſſe rationes, quae illud Porphyrio dedecus conciliarunt. Jam quo relegabis Socratem? (**) deſtinato conſilio illam Apoſtaſiam e libris Euſebii referentem, qui tanto homine innitens, qualis Euſebius erat, confidentiſſime eandem aſſerere poterat. Quod ſi eum orbi illuſiſſe putes, tollas uno momento reliqua, quae memoriae reliquit. Atque ita Harduinus & aſſeclae, jam pridem Veterum autoritatem ſubruere niſi, ſecure triumphabunt. Quod ſi alia tibi fuerit mens, tanto hercle magis tibi Socrates arridebit, quod mox Julianum Apoſtatam cum eodem conferat, utrosque vero in eandem impietatem prolapſos ſtatuat ἀμφότεροι οὖν δυσσεβήσαντες ἐν γνώσει ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον ἔχουσιν, quae verba a Valeſio diſcedens ita interpretor: majore poena plectentur, quod melius rectiusque inſtructi contra conſcientiam a vera via aberrarint. Neque vero Socrates id tantum fecit, ſed ipſe etiam Libanius Sophiſta, qui Porphyrium Julianumque ob illam deſertionem conjunxit, quod Nicephorus (***) probe obſervavit, more Cyrilli Porphyrium Juliani πατέρα καὶ διδάσκαλον etiam quoad Apoſtaſiam ap-

(*) Jac. Godofr. T. VI. p. 191.
(**) Socr. L. III. c. 23.
(***) Niceph. H. E. L. X. p. 86.

appellans. Paullo autem poſt denuo eosdem conjungens ait: Ἰουλιανὸς πρὸς τὴν Πορφυρίου λύσσαν ἀπέκλινεν, καὶ ἄμφω μετὰ γνώσεως ἑλόμενοι τὴν δυσσέβειαν ἀποτρόπαιοι τῆς ἑκουσίου ἁμαρτίας εἰσπραττώμενοι δίκας. Joannes Langus interpretatur; Julianus eodem modo ad Porphyrii rabiem declinavit. *Ambo deteſtandi, quippe qui prudentes atque ſcientes impietatem complexi ſunt, & voluntarii propterea conſultoque admiſſi peccati ſupplicium pendunt.* Optime ſane. Hinc enim videmus 1) ἰσότητα inter utrumque, 2) γνῶσιν, nempe doctrinae ſanae 3) ἑκούσιον ἁμαρτίαν, perfectamque adeo ἀποστασίαν, quod & Nicephorum movit, ut utrosque ἀποτροπαίους diceret, i. e. teſte Stephano, averruncandos, deteſtandos, horrendos, terribiles, abominandos. Neque vero velim Nicephori auctoritatem ſpernere, quippe qui Cyrillum & Socratem, & ſine dubio plures adhuc alios ſequitur, qui unanimi aſſenſu ἀποστασίαν illam agnoverunt. Et commode illis jungo Theophanem, qui cum Chronologiam ſuam e praeſtantiſſimis Scriptoribus collegerit, ea quidem e nobis fidem facit, apud omnes ſuae gentis Scriptores ita creditum fuiſſe. Theophanem excipit Elias Cretenſis in Comment. ad Or. IV. Gregorii Nazianzeni, ubi ſine ſermonis velo Apoſtatam dixit num. 69. Unus prope inter omnes Graecos Theophylactus, ſed Hiſtoriae Eccleſiaſticae negligentior, Porphyrium Philoſophum gentilem dicit, reſpiciendo ad poſteriorem Apoſtatae aetatem, quo tamen antegreſſum ſcelus non inficias ivit. Ita vero ex Latinis maxima & potior pars Eruditorum Apoſtaſiam agnovit. Hieronymus eum cum Juliano conjunxit, eoque Graecos proxime ſecutus eſt, Cap. XVI. in Hoſ. *Os fatuorum bullit ſtultitiam, quales fuere Porphyrius & Julianus*, qui contra Eccleſiae doctores ſtultitiae ſuae fluenta fundebant. Rufinus invectiva in Hieronymum: *Frater, male auſpicatus es, quod Introductor tuus ſit Porphyrius. Quo te introducit Perfidus? Si ad illum locum, ubi ipſe eſt, ubi & fletus & ſtridor dentium eſt; ibi enim & Apoſtatae, & inimici Dei, fortaſſis & perjuri ibi habitant.* (*) Haec Rufinus diu apud Graecos & Alexandriae & in Palaeſtina & Caeſarea moratus, ut probe noſſe poſſet, vere an falſo iſta de Porphyrio jactarentur. Neque vero id auſurus erat, talem adverſarium habens, qualis Stridonenſis erat, qui, ſi fabulis pro telo uſus eſſet Rufinus, plumbeam ſicam celeriter confracturus erat. Omnino autem adducendus eſt Auguſtinus, a quo multa ſervata ſunt e libris, quos contra Chriſtum Porphyrius poſt Apoſtaſiam ſcripſit. Is ipſe vero aliquoties indicat, Philoſophum jamjam acceſſurum ad Religionem, ab illius ſimplicitate receſſiſſe. *Si vere & fideliter amaſſes Sapientiam Chriſti, Dei virtutem & Sapientiam cognoviſſes, nec ab ejus ſaluberrima humilitate tuo more inflatus reſiluiſſes.* (**) Quae verba arguunt, 1) fuiſſe tempus, quo Porphyrius amavit illam Sapientiam, 2) at illum amorem non fuiſſe conſtantem, 3) adeoque reſiluiſſe

(*) Hieron. T. IV. Oper. p. 146.
(**) L. X. c. XXV.

a fide, ad quam transgreſſus erat. Quin imo addit, (*) poſt Apoſtaſiam a Fide ne Gentiliſmo tamen ſincere adhaeſiſſe, ſed trepidantem, ſimulantem & quaſi erubeſcentem, cap. XXIV. Viderunt nuperi Auguſtini Editores, Sancto Praeſuli Apoſtaſiam Philoſophi fuiſſe notam, eaque propter addidere, eum prius fuiſſe Chriſtianum, poſtea deſertorem. Quo arctius vero Praeſulem tango, tanto magis conſpicio potiſſima deſertionis Porphyrianae incitamenta, nempe Incarnationem Chriſti & Reſurrectionem, quorum illam parum decoram, hanc parum poſſibilem credidit. Auguſtino ſuccedat Caſſiodorus, qui id ipſum confirmat, Vir Gr. litteraturae callens, eaque ſervans, quae apud Graecos patres didiciſſet. Quod ſi omnis ille numerus tibi nimium adhuc exiguus videatur ad coërcendum inter Apoſtatas Porphyrium, recorderis, 1) Porphyrii aetate Apoſtatarum vocabulum nondum ſatis ſolenne fuiſſe, 2) neque inter Philoſophos ἀποϛασίαν fuiſſe ignominioſam, ſi Pythagoreos exceperis, 3) ex prudenti ratione mentem aliquando cenſuramque occultandam fuiſſe, quod Lactantius meminit, quando ait: Temporum gratia Chriſtianos aliquando conticuiſſe. Vid. Edit. Valeſiana p. 573.

Iſta ſuffectura puto, ut Tibi Vir Cl. fidem faciam, ne hariolationibus tuis plus tribuendum putes, quam manifeſtis indiciis tantorum hominum, quos fabulis ſomniisque paſtos eſſe vix ac ne vix quidem mihi perſuadere poſſum. Quod ad reliqua petita tua pertinet, mitto tibi varias Lectiones e MSS. Codice Lipſienſi decerptas, quem Ill. Boernerus perbenigne mecum communicavit. Comparanda vero tibi erit Editio Lugdunenſis Gallica Fogerolliana, ad quam Codicem conferri juſſi. Liber MSS. eſt papyraceus, nitide ſcriptus, non admodum vetuſtus, neque ita comparatus, ut multum fidei tribui poſſe putem. Aliquando aliquot lineae, quae apud Fogerollium extabant, omiſſae erant, nonnunquam ſyllabae neglectae. Interea tamen ſpero, non plane inutiles eas Tibi lectiones fore, ſed uvas ex hiſce ſpinis colligi poſſe. Deus conatus tuos in edendo Porphyrio ſecundet, ceterosque labores tuos larga fortunarum meſſe felices auſpicatosque reddat. Lipſiae d. V. a. Cal. Januarii, MDCCXVI.

(*) L. X. c. XXVI. p. 199.

INDEX

VOCUM ET PHRASIUM GRAECARUM,

De quibus in Notis agitur.

Ἀγαθοὶ θεοὶ. 206
ἀγάλλειν. 378
ἀγάλματα. 240
ἄγγελοι. 340
ἄγειν ἑορτὴν. 119
ἄγεσθαι ad ſuplicium. 159
ἀγιςεία. 159
ἁγνὰ θύματα. 161
ἄγρωσις. 113
ἀγύναιος. 360
ἀδδηφάγα ζῶα. 303
ἀδηφαγία athletarum. 104
ἀδιάςολος. 170
ἀέναοι. fluvii & fontes. 369
ἆθλον πρόκειται. 297
αἶρα. 51
αἵρεσις. 217
αἱρεσιώτης & αἱρετιςὴς. 335
αἰὼν ἐκεῖνος. 330
αἰώρα & ἐώρα. 318
ἀκαλήφη. 260
ἀκεῖσθαι ἀδικίαν. 160. 209
ἄκεσις. 176
ἀκηλίδωτον. 188
ἀκήρατον. 288. 368
ἀκούειν. *intelligere.* 221
ἀκραιφνὲς. 368
ἀκρόδρυα. 79. 166
ἀκρόπολις κακίας. 55
ἀλείπτην & ἀλύπτην. confunduntur. 286
ἀληλεσμένος βίος. 111
ἅλις δρυὸς. 110. 297
ἀλλὰ καὶ. 112
ἀλληλοφαγία. 34
ἀλλόφυλα ζῶα. 17
ἅμαλλαι. 135
ἁμαξόβιοι. 248
ἄμβωνες in poculis. 302
ἄμικτος. 257
ἅμιλλαι *ludi equeſtres.* 56
ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι. 122
Ἄναβις vicus. 325
ἀναγωγὴ. 165
ἀναδέχεσθαι & ἐνδέχεσθαι. 319
ἀνακεῖσθαι θεοῖς quae dicantur. 377
ἀνανήφειν. 374
ἀναρπάζεσθαι de urbibus. 116
ἀνάςατον γενέσθαι. 139
ἀνατείνεσθαι in comminationibus. 13
ἀνατρέπειν δόγμα. 5
ἀνεπίςατον. 14
ἀνευφημεῖν. 161
ἀνήνυτα μοχθεῖν. 186
ἀνὴρ *maritus.* 118
ἀνθρωπεία & ἀνθρωπίνη φύσις. 14
ἀνόργανος βίος. 9
ἀντέχεσθαι. 84
ἀντίγραφα. 139
ἀπαθανατίζειν. 108
ἀπεικασμὸς. 315
ἀπειρία & ἀπορία. 291
ἄπεραντον. 92
ἀπερείδεσθαι. 172
ἀπερίσπαςος. 78
ἄπλατος & ἄπλετος. 96
ἀπὸ & ὑπὸ confunduntur. 12
- - - - τινος qui dicantur. 5
ἀφ' ἑξίας. 107. 307
ἀπογκῶσαι. 157
ἀποδιδόναι & ἐπιδιδόναι βίον. 309
ἀποδῦναι adfectus. 52

ἀπο-

ἀποθνήσκειν de fructibus. 254
ἀποκναίειν. 268
ἀπολαύειν. 256
ἀπολύειν, τοῦ ζῆν &c. 326
ἀπομαρτυρεῖν. 320
ἀπομειλίττεσθαι. 307
ἀποῤῥαίειν. 152
ἀποῤῥεῖν. 174
ἀπόσιτος παθῶν. 187
ἀπόσπασις. 18
ἀποσερεῖν. 330
ἄπτεσθαι. edere. 122
Ἀρισοβούλη. 197
ἄρισον & ἀόρισον confund: 94
ἀρχαιοπρεπὴς. 310
ἄρχεσθαι & ἔρχεσθαι conf: 172
ἀρώματα. 109
ἀσελγεία. 186
ἀσκαρδαμυκτεῖν. 312
ἀξάθμητος. 14
ἀξεῖος. 89
ἀσύγκλωστος. 254
ἄτρυτος πόνος. 320
αὐχμεῖν. 334
ἄφθορος γυνή. 369
ἀφιδρύματα. 166
ἀφολίδωτος. 343
ἀφορίζεσθαι. 188
ἀχαρισεῖν. 97
ἀχαρισία & ἀχρησία conf: 96
ἀχθοφορεῖν. 220
ἄψυχος & ἔμψυχος conf: 79
Βαΐς. 318
βάναυσοι τέχναι. 42
βαρεῖσθαι & βαρύνεσθαι. 187
βασανισήριον ὄργανον. 342
βίος. homines ipsi. 41
- - - - vitae genus. 209
βλάπτειν & βλασάνειν confund: 50
βλασάνειν Metaphorice. 50
βοᾶν καὶ κεκραγέναι. 56
βόσκειν mari tribuitur. 262
βοϊκῶς λαλεῖν. 218. 223
βούτης, βουτύπος, βουφόνος. 158
βουφάγος Hercules. 34
βουφονία. 119
βραβεύειν. 152
βραγχᾶν. 232
βωμολοχία. 306
Γέμειν εὐηθείας. 20
γένεσις natura humana. 69
γεννᾶν de fructibus. 51
γεωργεῖν ἄμπελον. 239
γραῶν ὕβλον. 354
γρύζειν. 42
Δάκνειν Metaphorice. 117
Δάνδαμις nomen Indicum. 356
δεκάζειν & δικάζειν confund: 289
Δελφίνιος Apollo. 253
Δελφοὶ cives Delphici. 131
δεξιοῦσθαι. 108
δεσπότης ἥλιος. 329
δημιουργὸς. 262
διαβάλλειν εἰς γοητείαν. 354
διαγράφειν. 215
διάθεσις. 301
δίαιτα. 278
διακωδωνίζειν. 359
διακονεῖν. 16
διατίθεσθαι tractare, adficere. 98
διαφθείρεσθαι ψυχῇ & ψυχὴν. 306
διαφορεῖσθαι. 64
διευκρινεῖν. 105
Διϊπόλια, Διοσπόλια, Διπόλια. 119
Δίκη mortalia opera speculatur. 186.
δίκην τίνειν. 186
δοκοῦντες. 179
δοξοκοπεῖν. 64
δοξοκοπία. 194
δοξοποιεῖν. 166
δούλευσις. 12
δουλοῦσθαι Metaphorice. 72
Δουμάτιοι. 206
δρακεῖν. 234

δρὰξ. 131
δρᾶν ſacra facere. 185
δυνάμεις Poteſtates caeleſtes. 103.
δυσέκνιπτον. 368
δυσεπίμικτον. 310
δυσχολία. 156
E & εἰ confund: 27
ἑβδομὰς. 341
ἐγγὺς τείνειν. 43
ἐγείρειν θεὸν. 325
ἐγκατοικοδομεῖσθαι. 302
ἐγχρονίζεσθαι. 37
εἴλη. 113
εἰλυσπᾶσθαι. 113
εἰπέ μοι. 248
εἰραφιώτης. 253
εἰσαγόμενα quae. 81
ἐξ οἵων εἰς οἷα. 3
Ἑκάτη τριπρόσωπος. 253
ἐκβαίνειν Metaphorice. 109
- - - - - & ἐκφαίνειν. 109
ἐκβάλλειν ἔπος &c. 294
ἔκγονος & ἔγγονος. 113
ἐκεχειρία. 160
ἐκτραχηλίζειν. 70
ἐλαττοῦσθαι. 286
ἐλευθεροῦν. 292
ἑλεῖν opinari. 230
ἐμμένειν πίϛει &c. 147
ἐμπίπλασθαι & ἐμπίμπλασθαι. 78
ἐμφορεῖσθαι cum gen. & accuſ. 34
ἔμψυχα quae. 1
ἐναργὴς & ἐνεργὴς. 8
ἐνοχλεῖν. 194
ἐντρέχεια. 241
ἐξάγειν ἑαυτὸν. 64. 189
ἐξαλείφειν. 145
ἐξευμενίζεσθαι θεοὺς. 171
ἐξευρίσκειν. 21
ἐξηγεῖσθαι. 138
ἔξις. 371
ἐξιϛορέω. 191
ἐπαρτᾶν Φόβον. 4
ἐπεὶ alioqui. 180
ἐπεισάγεσθαι. 114
ἐπερωτᾶν oraculum. 155
ἐπιβαίνειν cum genit. 151
ἐπιδιδόναι. 157
- - - - βίον. 309
ἐπίδοσις. 354
ἐπιθύειν. 208
ἐπικρίνειν. 65
ἐπιμήνια ſacra. 129
ἐπίπνοια θεῶν. 310
ἐπιϛρέφεσθαί τινος. 307
ἐπισύρειν. 196
ἐπιτελείωσις. 268
ἐπιφημίζειν. 10
ἐργάζεσθαι μέλι. 33. 135
ἔργον opus ruſticum. 155
ἐρείκεσθαι. 111
ἔρχεσθαι & ἄρχεσθαι conf. 172
ἑσθὴς λαμπρὰ & καθαρὰ. 136
ἑσμὸς παθῶν. 58
ἑσχάρα. 169
ἑτερόφθαλμα quae. 315
εὐάγκαλος. 77
εὐάγωγος. 97
εὐηθεία. 20
εὐήνιος. 176
εὔλυτος. 96
εὔνοια. 89
εὐνομία. 362
εὐποιΐα. 122
- - - - & εὐποιητικὸν. 285
εὐπρεπὴς & εὐτρεπὴς. 78
εὔρασθαι. 161
εὖϛομα κείσθω. 169
εὔτονος. 319
εὐφυῆ quae. 19
εὐχαριϛεῖν. 166
εὐχρηϛία. 260
ἐφόδιον. 373
ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. 3

Ζαγρεύς. 366
Ἢ οὐ. 124
ἡγητηρία. ἡγητορία. 114
ἤδη καὶ. 364
ἡδύσματα. 258
ἧϊα. 152
ἠλίβατος. 20
ἦλος Metaphorice. 95
ἡμίθεοι. 33
Θακεύειν. 341
θεοποιΐα. 322
θεοπρόπος. 118
θεσμοὶ. 380
θεωρία & θέασις. 309
θηροκτόνος. Diana. 33
θίγω, θιγγάνω, comedo. 163
θῖνες. 375
θνησείδια. 255
θρέμματα. 259
θύηλαι. 111
θύημα. 154
θυλεῖσθαι. 131
θυλήματα. 111. 126
θυμέλη. 208
θυσία & ὁσία conf. 150
Θῶες. 115
I & εἰ conf. 27
ἴβις avis. 327
ἰδιόζολος. 170
ἰδιῶται. 80
ἰέναι εἰς λήθην, ἐπινοίαν &c. 151
ἱερᾶσθαι & ἱεροῦσθαι. 187
ἱεραφόροι Aegyptiorum. 321
ἱερεὺς. Pontifex M. 37
ἱερογραμματεῖς Aegyptiorum. 321
ἱεροζολισαὶ Aegyptiorum. 321
Ἴλιας κακῶν. 80
ἰχθύων βίος. 9
Καθαγιάζειν. 130
κάθαρος cum genit: 136
καθάρσιον. 185
καθεχηκὸς βλέμμα. 311
καθεζῶσα δαψίλεια &c. 19
καθῆσθαι & καθίζειν lugentibus ac ſupplicibus proprium. 348
καὶ σὺ. 292
κακὸν & καλὸν conf. 291
κακοποιοὶ. 281
καλύβη. 358
καλῶς Ironice. 75
κάνθαρος. 327
καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς. 81
Καρχήδων & Καλχήδων conf. 224
κάρυον. 110
καταβάλλειν λόγον &c. 6
- - - - θεμέλιον. 239
καταδουλοῦσθαι. 60
κατακρημνίζειν. 346
καταλύειν νόμον. 199
κατανέμεσθαι. 17
καταποντοῦν. 159
κατασπᾶσθαι adfectibus. 69
καταξέλλειν. 310
κατάξημα. 311
καταξροφὴ. mors. 162
κατατίθεσθαι χάριν. 211
κατχρᾶσθαι. 154
καταψεύδεσθαι cum genit: 80
κατέχεσθαι νόσῳ. 26
κατοικεῖν & μετοικεῖν. 334
κεῖσθαι de legibus. 45
- - - ἐν μέσῳ. 297
κεράμια. 133
κλιμακτὴρ. 107
κνίσσα. 182
κοιμίζειν & κομίζειν. 76
- - - ὀργὴν &c. 76
κόπτειν νόμισμα. 301
κόρακες qui ſacris Coracicis initiabantur. 350
κόρος & πόρος conf. 289
κρατοῦντες qui. 339
κρεηφαγία, κρεοφαγία, κρεωφαγία. 27
κρείττονες Dii. 193

κριοπρόσωπος. 250
κρόκοττα. 223
κτίζειν. 106
κύεσθαι *parere*, proprie & inproprie. 92
κύρβεις. 139
Λαβεῖν & λαχεῖν γέρας. 207
λαλεῖν βοϊκῶς &c. 218. 223
λέοντες qui ſacris Leonticis initiabantur. 350
λεοντόπολις. 324
λευχειμονεῖν. 334
λῆξις ἀθάνατος. 361
λῆρος. 289
λιμὸς & λοιμὸς conf. 29
λιμώττειν de anima. 372
λόγος ἐνδιάθετος & προφορικός. 215
λόγιοι. *ſapientes*, *periti*. 106
λυγίζειν. 56
Λύκειος Apollo. 253
λυκοκτόνος Apollo. 253
λυμαίνεσθαι. 19
Μὰ τὴν & μὰ τὸν. 247
Μαῖα. 352
μακράν quaevis diſtantia. 60
μᾶλλον cum comparativo. 76
- - - - omittitur. 126
μαραίνεσθαι de adfectibus. 68. 285
μαχὴρ. 107
μάχαιρα. 157
μεγάλη πόλις. 203
μειδιᾷν, μειδίασις. 32
μὲν orationi inſeritur. 240
μερικοὶ θεοὶ. 100
μετὰ *poſt*, cum genit: 156
μετεμψύχωσις. 350
μετοικεῖν & κατοικεῖν. 334
μητρόπολις κακῶν. 55
μιαίνειν quid proprie. 368
Μιθραδάτης. 38
μιμαίκυλα. 114
μίσγεσθαι, μίξις &c. de coitu. 316
μόνως 22. 153
μοσχοσφραγισαὶ Aegyptiorum. 316
μυκεῖσθαι. 39
μύραινα. 225
Νέκρωσις. 367
νέφος ἀκρίδων. 36
νικᾶν ἀγῶνα &c. 247
νόμος & νομὸς. 323
νοσηλεία & νοσηλία. 304
νυκτὸς ὕπνος. 45
νύττειν Metaphorice. 83
Οἷοι νῦν βροτοὶ. 361
ὁμιλία. 66
- - - - de congreſſu Venereo. 363
ὄμμα ψυχῆς. 81
- - - ἐπιστατικὸν. 73
ὀμνύειν κατά τινος. 249
ὁμοούσιος. 30
ὁμόφυλα ζῶα. 17
ὄνθος & ὄρθος conf: 306
ὀπώρα. 357
ὁρᾶν ὄναρ. 37
ὀργαὶ. 285
ὄργανον μελίσσης *mel.* 135
ὀρθόσαται. 114
ὅρκον ἐπάγεσθαι. 251
ὄρνιθες *gallinae*. 353
Ὀρνιθευτικὴ. 89
ὄρυζα. 357
ὁσία. 151
- - - & θυσία conf: 150
ὅσσα vel ὅττα. 195
ὅσῳ id eſt ὅσῳ μᾶλλον. 69
ὅτι vacat. 220
οὐ in fine periodi. 69
-- μόνον ſupprimitur. 13
-- γὰρ δὴ οὐχὶ. 233
οὐδὲ -- οὔτε. 170
οὖδος. 325
οὖλαι & ὅλαι. 135
οὐλοχυθεῖσθαι. 110
ὀχεία & ὀχεῖα. 258
ὀψοφαγία. 5
Παιὰν. 133

INDEX.

παιδαγωγεῖν animam. 15
παῖς inrationalis pars animae. 15
παλάθη. 114
πάλιν αὖ. 179
πανόπτης Sol. 148
πάντα id est ἑκάςου γένους. 209
παντορέκτης. 72
παραδιδόναι doctrinam. 340
παραθραύειν. 214
παραίνεσις & παραίτησις conf: 354
παρακολουθεῖν *animo consequi.* 11
παραλαμβάνειν doctrinam. 340
παραμυθεῖσθαι. 253
παράσπασις. 18
παραςῆσαι sacrificia. 39. 130
παρατήρησις. 315
παρατίθεσθαι de ferculis. 95
- - - - - - - *seponere, removere.* 95
πασοφόροι Aegyptiorum. 321
πάσχειν an *bono adfici?* 143
πατεῖν ὄφεις. 24
πατέρες qui Patricis initiabantur. 350
πάτρια & πατρῷα. 137
παχύνειν animam. 55
πέλανοι. 112
πένεσθαι. 303
περὶ *inter.* 251
- - - cum genit: 160
περίβολος. 198
περιγράφειν. 206
περιεργάζεσθαι. 134
περιίζασθαι. 306
περιουσία. 255
περιπίπτειν νόσῳ. 29
περιῤῥαντήριον. 150
περιςάσεις. 95
πήρωσις & πώρωσις. 277
πηρῶσθαι. 264
πιαίνειν πάθη &c. 57
πίθος τετρημένος. 291
πιςεύεσθαι τὴν εὐσέβειαν. 308
πλέθρα. 288
πλεονεξία. 193
πλησμονὴ. 43
πλουτοδόται Daemones. 178
ποιεῖν & ποιεῖσθαι θυσίας. 128
πολιεῖς & πολιοῦχοι θεοὶ. 119
πόπανα. 130
πόρος & κόρος conf: 289
πόῤῥω quaevis distantia. 60
πράγματα. 78. 372
πράττεσθαί τινα μισθόν &c. 363
πρίσεις. 262
προβάλλεσθαι. 339
προγνωσικὸς. 328
προεςῶσα δύναμις. 182
πρόθεσις & πρόσθεσις. 266
προϊςάμενοι. 308
προκαλεῖσθαι. 222
προκάμνειν. 257
προκοπή. 194
προνοεῖσθαι *praecavere.* 130
προπίπτειν. 108
πρὸς an *de?* 270
- - τι λέγειν. 260
προσαγρυπνεῖν. 319
προσανατρέχειν. 372
προσηλοῦσθαι adfectibus. 53
προσϊέναι de aditu religioso. 210
προσίζασθαι. 63
προσπλέκεσθαι. 72
προσφέρειν & προσφέρεσθαι τροφήν. 38
προσφέρεσθαι ἀβλαβῶς &c. 8
προσόδιον & προσώδιον. 250
προφῆται Aegyptiorum. 321
πτυάδες. 237
Πυθῶ nomen Delphorum. 118
πυρῆνες & πυρίνες. 113
πυρίκμητος. 23
Ῥαθυμία. 14. 297
ῥηθορεύειν. 248
ῥοὰ & ῥοιὰ. 353
Σάλαμις Urbs. 198
σαφὴς. 195
σκαρδαμύττειν. 312

σκε-

σκεπάσματα. 337
σκευάζεσθαι de ciborum adparatu. 29
σκῆνος corpus, tam hominum, quam beſtiarum. 322
σκηνοῦν dicitur anima in corpore. 322
σπάδιξ. 318
σπουδαιότης. 362
στέργειν βίον &c. 291
στέρεσθαι & ζερεῖσθαι. 97
στέξαι. 71
ζεφανοῦν. 145
ζέφειν ἄνθη. 112
ζῆλαι. 139
ζοχάζεσθαι συμμέτρου. 105
συγγενὲς ἦν proprium erat. 309
σύγκλωσις. 254
σύες καὶ τράγοι. 214
συμμονὴ. 87
συμπόσιον. 337
συνειδὼς pro συνιδὼν. 15
συνεφελκύειν. 85
συντάσσειν & σύνταξις in re Medica. 35
συσσίτια. 305
σφοδρός. 176
σφραγιζαὶ ſacerdotes. 200
Ταριχευταὶ Aegyptiorum. 329
ταυρόδετρον. 366
τάφος venter. 192
τελειοῦσθαι de fructibus. 35
τέτανος. 231
τί ἡμῖν ἔζαι. 290
-- πρός σε. 88
-- τοῦτο. 218
τιμαὶ ἰσόθεοι. 171
τιμωμένα bruta quae. 315
τρέπεσθαι & τρέφεσθαι conf: 175
τρίττυες ſacrificii genus. 209
τρυβλίον. 360
τυγχάνειν θεῶν. 168
Ὕαινα. 223
ὑβρίζειν. 331
ὑδροφορεῖν. 157
ὑμνωδοὶ. 324
ὑπέκκαυμα. 55
ὑπόκρισις. 227
ὑποζάθμη. 246
ὑποζέλλεσθαι. 99
ὑποτάσσεσθαι. 339
Φάλαιναι. 262
Φάττα. 352
Φαῦλοι. 211
Φερέφαττη. 352
Φερσεφόνη. 352
Φησὶ de adverſario. 247
Φθείρεσθαι quid pictoribus. 368
- - - - de mulieribus. 369
Φθοῖς & Φθοῖς. 114
Φίλος καὶ προσήγορος. 188
Φίλτρον. 58
Φοινικὴ & Φοινικικὴ. 201
Φολίδωτοι ἰχθύες. 343
Φρόνημα praeſumtio. 71
Φύλα de animalibus. 280
Φυλάττειν. 59
Χαριέζατοι qui. 16
χαρίζεσθαι. 126
χέδροπα. 110
χειροῦσθαι θηρία. 119
χέρνιψ & χέρνιβον. 119
χιτῶνες de corpore & adfectibus. 52
χόες. 61
χρεία. 320
χρηματίζειν. 328
χρῆσθαι νόμῳ. 12
χρηζηριάζεσθαι. 128
χυδαῖος. 363
χυμοὶ. 233
χύτρος. 114
Ψαίεσθαι, ψαιζὰ. 111
ψαύειν comedere. 163
Ὠμάδιος Bacchus. 200
ὠμοφαγία. 23. 200
ὡραῖα feſti dies. 113
ὡραῖοι καρποὶ. 130
ὡρόλογοι Aegyptiorum. 321

I N D E X

Rerum memorabilium.

Abſtinentiae praecepta ad omnes homines non pertinent. 41
Academia ubi. 59
- - - an locus parum ſalubris. 60
Accipiter avis fatidica. 326
- - - - quare Soli ſacra. ibid.
Acrothoitae. 110
Aegyptii a ſapientia laudantur. 106
- - - - vaccis & bobus maculoſis abſtinebant. 121. 314. 315
- - - - an homines inmolaverit. 199 200
- - - - abſtinebant piſcibus. 314
- - - - ut & quadrupedibus ſolipedis, multifidis & non cornutis. 314
- - - - volucribus carnivoris. 314
- - - - ovis. ibid.
- - - - frumento, ſed certis tantum temporibus. 313
- - - - turturibus. 316
- - - - ſacerdotes multis moleſtiis obnoxii. 319
- - - - Arithmetices & Geometrices erant ſtudioſi. ibid.
- - - - aquam & ignem maxime colebant. 324
- - - - colebant homines vivos. 325
- - - - cadavera condiebant. 329
- - - - furtum an permiſerint. 331
- - - - Soli animas commendabant. 329
- - - - defunctos quo modo laudarent. 329
- - - - an animas poſt mortem ſtatim ad caelum proficiſci docerent. 330
- - - - ventrem defuncti in fluvium abiiciebant. 331
- - - - an animalia pro veris Diis habuerint. 250. 322
Aegyptii non omnes eadem animalia colebant. 323
- - - - hominum & pecudum effigies conpoſitas venerabantur. 322
Aegyptiorum Nomi. 323
Aglaurus & Agraulus. 198
Amoſis, Rex Aegypti. 149
Angelis multa tribuunt Chriſtani, quae Platonici Daemonibus. 172. 173. 174
Animae deſcenſus & reditus. 49
- - - - duae partes. 74
- - - - pars inrationalis equo conparatur. 73
- - - - infelices eorum qui violenta morte pereunt. 189. 190
- - - - e tenuiſſima materia conſtare, & tamen inmortales credebantur. 342
Animalium nomina ad deos & homines tranſlata. 253. 352.
- - - - - illa inter ſe colloquuntur. 219
- - - - - a nonnullis intelliguntur. 220
- - - - - quali ſermone utantur. 222
- - - - - viribus ſuis uti norunt. 237
- - - - - an invideant? 239
- - - - - quotuplicis generis ſint. 246
- - - - - quae prudentiora & robuſtiora. ibid.
- - - - - ab illis Semiramis, Cyrus &c. nutriti. 253
Animalibus *συνέργοις* an e lege divina parci deberet. 344
Anthropomantia. 193
Anthropophagia. 202
Antiochus Epiphanes hoſtis Iudaeorum. 331
Apis an primus legiſlator. 248
Aquila avis regia, Iovi ſacra. 226

INDEX.

Ara Apollinis Γενέτορος. 153
Arabes corvis &c. ad divinandum utebantur. 220
Arbores ante animalia terra edidit. 107
Aromata unde dicta. 109
Aves futuri conſciae. 226
- - - quarundam avium celeritas. 236
- - - caſtitas & pietas. 241
- - - intemperantia. 274
Athletarum voracitas. 104
Autophonia damnata. 189

Bacchae crudis carnibus veſcebantur. 200
Bacchus tener & gracilis. 200
- - - - corniger. 250
Bactriani quo ſepulturae genere uterentur. 377
Bovem aratorem occidere non licebat. 109
Brachmanes Indorum. 355 &c.

Cadavera omnia an polluere crederentur. 354
Caedes involuntaria expiari debebat. 13
Camelis quinam veſcebantur. 26
Canes, equi & aſini non mactabantur a Graecis. 25
Carnis eſus an homini a natura inſitus. 22
- - - - unde inductus. 28. 346
Caro humana in cibum adhibita. 204. 205. 376
Caſtricius quis. 2
Cauponae honeſtis viris infames habitae. 363
Cecropis ſacrificia qualia. 198
- - - - uxor quae. 198
Cereri & Proſerpinae promiſcuae adpellationes tribuuntur. 353
Cervae an cornutae. 233
Chriſtianorum duplex vivendi ratio. 41
- - - - - multi ritus e Philoſophia Platonica orti. 41
Coquus luxuriae inſtrumentum. 96
Corocotta. 223

Daemonum natura, ordo, officia &c. 170
Daemones mala quando averruncant. 171
- - - - - quem mundi tractum incolant. 172. 176
- - - - - quale corpus habeant. 172. 182
- - - - - interpretes ſunt Deorum & hominum miniſtri. 173
- - - - - vitam turbant. 178
- - - - - res futuras ſignificant. 181
- - - - - mentiuntur multa. 182
- - - - - vapore & nidore victimarum paſcuntur. 182
Deus ratione colendus. 165
- - - donis noſtris non indiget. 163
- - - ſilentio colitur. 165
- - - in extis. 195
Deos humeris portabant, vel in curribus vehebant. 311
Derbices quo mortis genere delectarentur. 375
Dyſares Arabum. 203

Epicurus ſobrie vivebat. 80
- - - - quodnam illi ſummum bonum. 82
Equorum caſtitas. 274
Erechtei filiae ſacrificatae. 203
Eſſeni multa cum Pythagoreis habuere communia 332. &c.
- - - an in agris tantum habitarint. 334
- - - quaedam illis communia cum ſodalitate des Francs Maçons. 335
- - - an Solem adoraverint. 336
- - - ſingulares eorum ritus. 147
Eunuchi an calvi fiant. 233

Femi-

Feminae conparatur animae pars rationis expers. 37
Ficus, pruna & alia huius generis in maſſam denſata. 114
- - - Athenis primum inventa. ibid.
Gallus Proſerpinae ſacrificatus. 353
Graeci canibus, equis, aſinis non veſcuntur. 25
Gymnoſophiſtae Indorum. 355
Halcyones. 252
Hebdomadicus dierum orbis apud Aegyptios. 317
Hecate. 352
Hippopotamus. 273
Homo homini cognatus. 287
- - - antiquiſſimis temporibus cum brutis verſabatur. 296
Hordeum poſt legumina primum inventum. 110
Hyrcanii homines canibus & avibus devorandos exponebant. 376
Hyſſopi uſus apud veteres. 313
Ichtyophagi. 374
Indis quare multa cum Aegyptiis communia. 355
Indorum legati ad Imperatores Romanos. 356
Iudaeorum diverſae ſectae. 331
Iudicia in bruta & res inanimatas exercita. 158
Iuno Aegyptiorum. 200
Iupiter generali urbium tutela fungebatur. 119
Iuſtitia ob hominum ſcelera terram reliquit. 290
Lanae uſus in ſacris. 134
Lavare ad purificationem pertinebat. 317
Leges iuſtis non ſunt latae. 12. 362
Legum patriarum veteres ſtudioſiſſimi. 380
Leo Soli ſacer. 352
Leporum fecunditas. 28
Locuſtae pro cibo. 36
Luxuriae inſtrumenta. 96
Maccabaeorum conſtantia & abſtinentia. 4
Magi. 348
- - - qua re in tanto pretio apud Perſas. ibid.
Maia eadem quae Proſerpina. 352
Manus intra veſtem tenere modeſtiae ſignum. 312
Maſſagetae quo mortis genere delectarentur. 375
Mellis uſus in ſacris. 135. 148
Mens ſola videt & audit. 267
Methydrium oppidum. 129
Mors Philoſophica quae. 60
Mortem violentam aliqui populi amabant. 378
- - - quare multi ſuis maturarent. 376
- - - multi hilaritate, natales flebiliter celebrabant. 361
Muſae alatae. 250
Nomadum vita. 374
Nomina Romanorum ab animantibus ducta. 351
Noxia animalia naturali inſtinctu interficimus. 141
Pan ex homine & apro conpoſitus. 250
Paſſeres ſupplices qua religione habiti. 344
Perdices cicures. 223
Philoſophi Peripatetici &c. de ſummo bono diverſa ſentiebant. 47
- - - - aliis ſimul artibus ſe commendabant. 167
Phoenices humanas victimas inmolabant. 348
- - - - in luctu ſaccis ſe involvebant, pulvere foedabant &c. 348
Piſcium intellectus. 225

Piſces cantu illiciuntur. 269
- - - - illis an Syri omnes abſtinerent. 212. 347
Plantae an animatae. 30
- - - - non temere laedendae. 287
Plutus caecus ubi. 304
Porcus ad cibum natum animal. 25. 260
- - - eo multae gentes abſtinebant. 25
- - - fecunditas illorum. 28
- - - an Aegyptii eos inmolaverint. 26
- - - antiquiſſimum ſacrificium. 117. 259
Primitiarum oblatio antiquiſſima. 379
Proſerpina quo modo a Cyzicenis culta. 38
Puerperae inpurae. 353
Pygmalion Tyri & Cypri Rex. 345
Pythagoras, a Philoſopho diverſus. 40
- - - - Philoſophus an animatis abſtinuerit. 40
- - - - Eius obſonium. 283

Religionis myſteria profanis non indicanda. 340
Rhadamantus per quae iuraret. 249. 252

Sacerdotes commercium cum profanis fugiebant. 309
- - - - adſidui apud Deorum imagines. 311
- - - - Eorum multi ordines apud Aegyptios. 312. 321
- - - - vitae ratio. 312
Sacra Eleuſinia. 353
- - - nudipedalia. 188
- - - ollarum uſus in ſacris. 114
- - - Hyperboreorum quae. 135
- - - Coracica, Leontica, Patrica. 350
- - - multa utriusque ſexus homines ſuſcipiebant. ibid.
Sacrificia antiquiſſima quae. 107. 138
Sacrificia Rhodiorum, Athenienſium, Aegyptiorum &c. 197 & ſeqq.
- - - - pauperum qualia. 111
- - - - Taurorum. 116
- - - - quare homines obferant. 143
Samanaei Indorum. 358
Scythae ſuos comedebant. 377
- - - - quo ſepulturae genere uterentur. ibid.
Seleucus Theologus. 199
Serpens Soli ſacer. 352
Serpentes inter & homines odium. 25
- - - - pro cibo. 36
Sirenes alatae. 250
Socrates homo ſapientiſſimus. 28
- - - - per quae iuraret. 249. 252
- - - - Eius obſonium. 283
Sol, Luna & alia corpora caeleſtia Dii ſecundum Pythagoreos. 168. 242
- - - ratione praedita credebantur. 242
Solis & Horarum feſti dies. 113
Staſanor Alexandri praefectus. 377
Supplicia non infligebantur die feſto. 197
- - - - extra portas. ibid.
- - - - illis qui ad ſupplicium ducebantur vinum dabatur. 198
Supplicum maxima olim ratio. 249
- - - - paſſeres ſupplices. ibid.
Syri an omnes piſcibus abſtinerent. 212. 317
- - commiſſum gulae facinus tumoribus &c. caſtigari credebant. 348

Taurus ad Solem & Lunam reſpectum habet. 352
Thoës qui populi. 115
Tibareni ſenes e rupibus praecipitabant. 376
Triptolemi leges. 378

Troglodytarum vivendi ratio. 374
Vaticinandi peritia a ſerpentibus inſpirari credita. 221
Veſtae ignis ſacer. 108
Veſtes purae & candidae. 136
- - - albae ſacerdotum. 187
Victimae debebant eſſe integrae, non tamen ubivis. 142
- - - humanae. 197. 201. 202 & ſeqq.
Vulgi inconſiderantia. 89
Urbes olim in alicuius Dei vel Deae tutela. 119

INDEX LOCORUM

S. SCRIPTURAE,

quae vel inluſtrantur, vel a Porphyrio reſpici creduntur.

Iacobus. 98. 254. 339
Ieſaias. 182. 368
Ioannes. 147. 254
Lucas. 24. 320. 348
Malachias. 188
Matthaeus. 53. 55. 71. 197. 198. 290. 294. 347
Michas. 331
Moiſes. 188. 192. 287. 341. 343. 344
Paullus. Epiſt. ad Roman. 98. 99. 187. 242. 339
- - - *Corinth.* 49. 52. 71. 169. 175. 254. 340
- - - *Galat.* 98. 99
- - - *Epheſ.* 172
- - - *Philipp.* 171
- - - *Coloſſenſ.* 43. 340
- - - *Timoth.* 11. 12. 46
- - - *Hebr.* 52. 65. 191. 261. 289. 338. 343

IN-

INDEX AUCTORUM,

qui expreſſe, vel ſuppreſſo nomine a Porphyrio citantur, illorumque qui Porphyrium exſcripſerunt, vel in notis inluſtrantur aut emendantur.

Aeſchylus. 257. 258
Antipater. 274
Antiphanes. 131
Apollodorus. 201
Appianus. 195
Apuleius. 173
Ariſtoteles. 229. 230. 238. 243
Aſclepiades. 345
Baldeſanes. 356
Carneades. 261
Chaeremon. 308. 321
Chryſippus. 259
Claudius Neapol. 6. 40
Clemens Alexandr. 61. 259. & in Addend.
Critias. 302
Cyrillus. 117. 136. 137. 152. 164. 169. 181. 188. 196. 202. 206. 343
Democrates. 377
Dicaearchus. 295
Empedocles. 3. 139. 152. 161. 230. 288
Epicharmus. 69. 267
Eubulus. 349
Euelpis. 201
Euphantus. 329
Euripides. 281. 365
Euſebius. 10. 61. 106. 107. 121. 122. 124. 147. 149. 152. 164. 165. 174. 175. 180. 181. 194. 197. 209. 322 -- 327. 332 -- 343. 375
Heraclides Pontic. 40
Hermachus. 40
Hermippus. 378
Heſiodus. 8. 116. 134. 292. 295. 369
Hieronymus. 55--59. 68--71. 79. 80. 82. 84. 88. 90. 295. 308. 313. 318. 323. 345. 355. 360. 365. 374. 375. 378
Hippocrates. 233
Homerus 23. 125. 195. 208. 234. 236 262. 296. 368. 373
Iamblichus. 174. 312. 314
Incertus. 207. 211
Inſcriptio templi Epidaurici. 136
Ioſephus. 332--343
Iſter. 202
Iulius Capitol. 248
Libanius. 262
Manetho. 200
Maximus Tyrius. 233. 248. 380
Menander. 132. 347. 348
Neanthes. 345
Oraculum Incerti. 118
Orpheus. 200
Palaephatus. 319
Pallas. 202. 351
Philo Byblius. 201
Philoſtratus. 221. 358
Photii Lex. 139
Phylarchus. 203
Pindarus. 61
Plato. 60. 63. 66. 67. 173. 180. 230

Plu-

Plutarchus. 36. 199. 228. 255. 263--278. 291. 292. 299--306. 368. 373
Pollux. 313
Sanchoniaton. 201
Stobaeus. 203
Sophocles. 134
Strabo. 36. 358
Suidas. 152. 195. 249. 254
Theodoritus. 61. 108. 114. 121. 122. 124. 181. 197
Theophraſtus. 106. 121. 137. 147. 184. 197. 278. 304 355. 373
Theopompus. 127
Tynnichus. 133
Varro. 259
Xenocrates. 378

DAVENTRIAE, e typographia JOANNIS DE LANGE, 1767.